









600092776.







STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.

ACHTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL.
1875.



STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.

ACHTER BAND.

Zweites Heft.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL.
1875.

STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.

ACHTER BAND.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL.
1875.

STUDIEN

ZUR

GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN

GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN



VON

GEORG CURTIUS.

ACHTER BAND.

Zweites Heft.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1875.


BODLEIAN LIBRARY
OXFORD.

INHALT.



DE
ALPHA INTENSIVO.

SCRIPSIT

VILELMUS CLEMM.
GISSENSIS.

Hanc commentationem in honorem G. Curtii scriptam cum praefatione et cum titulo dedicatorio auctor separatim edidit.

Veteres grammatici et recentiorum ii, qui linguarum comparationis rationem habere vel nondum potuerunt vel, si potuerunt, noluerunt tamen, quattuor distinguunt genera alpha praefixi, quorum tribus totius vocabuli notio plus minusve mutatur, unum, cum soli euphoniae debeatur, nihil ad significationem valet. Haec quattuor genera sunt:

1) alpha privativum (*ἀ στερητικόν*), quo vocabuli, cui praefixum est, notio negatur velut *ἄβατος* non tritus, *ἄδικος* injustus, *ἀσθενής* sine robore. Inde latius usus patet.

2) alpha copulativum (*ἀ ἀθροιστικόν*), quo conjunctio quaedam et societas exprimitur, ut jam Plato Crat. p. 405 C recte explicavit *ἀκόλουθος* et *ἄκοιτις* commemorans *ὅτι τὸ ἄλφα σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ.*

3) alpha intensivum (*ἀ ἐπιτατικόν*), quo adjectivi, cui praefixum est, notio augeri et intendi dicitur, velut *ἀσελγής* secundum Et. Magn. 152, 40 *παρὰ τὸ θέλγω τὸ ἀπατῶ καὶ σκοτίζω θελγής· καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀθελγὴς καὶ ἀσελγής*, vel *ἀσπερχής*, cujus adverbium secundum Et. Magn. 156, 55 i. e. q. *ἀδιαλείπτως, τοῦ α κατ' ἐπίτασιν, τουτέστι τὸ ἄγαν ἐσπευσμένον, παρὰ τὸ σπέρχω.*

4) alpha euphonicum, de quo varia traduntur. Recentiorum grammaticorum, qui quidem veterum collegarum sententias amplecti solent, Passovius fortasse probabilissimam explicationem protulit, cum hoc alpha leniendae pronuntiationi inservire diceret, ut in *ἀβληχρός, ἀσπαίρω, ἀσταφίς.* Minus distincte Lobeckius, path. serm. Gr. el. I 36 alpha euphonicum etiam pleonasticum dicit, quia



simplicem vocis naturam pleniore sono circumlinat, aliis locis idem in iisdem vocabulis, quae alii ab alpha euphonico incipere volunt, alpha prostheticum agnoscit. Neque hac definitione contentus ab alpha euphonico vel pleonastico formativum distinguit, quod vocabulis concinne formandis necessarium sit ut *ἀχανής*, et ab utroque tertium quoddam, quo itidem ut privativo et copulativo vis vocis subjectae commutetur. Huic vero subicit duas species, ablativam sive disjunctivam praepositioni *ἀπό* non dissimilem et eam, quam paremphaticam nuncupat, quia non unam certam significationem, unde denominari possit, sed multas variasque habeat. Quae quam vana sint omnia, ex iis maxime elucet, quae deinceps Lobeckius exponit de variorum vocabulorum varia origine, cum ex alpha praefixo vel lenissimas significationis differentias elicuisse sibi videatur, quae nullae sunt. Neque haec tota distinguendi ratio cuiquam magis arrideat quam ea, quae Choerobosco et Theodosio placuit, septem genera alpha praefixi statuentibus. Cf. Bekk. adnott. ad synt. 352 et Et. Magn. 141, 53 *σημαίνει τὸ ἄλφα ἑπτά... στέρησιν ὡς τὸ ἄφιλος, ἐπίτασιν ὡς τὸ ἄξυλος ὕλη ... ὁμοῦ ὡς τὸ ἀδελφός, ... κακὸν ὡς τὸ ἄφωνος ὁ κακόφωνος, ὀλίγον ὡς τὸ ἀμαθής, ὁ ὀλιγομαθής ... ἄθροισιν ὡς τὸ ἄπας, πλεονασμὸν ὡς τὸ ἀσταφίς.* Haec singula refellere longum est, cum praesertim nonnulla jam Lobeckius l. l. 44 docte refutaverit, sed si quid tamen veri iis subesse videatur, in iis quae sequuntur commemorandi saepius occasio erit. Nunc teneamus, etsi singulorum generum definitio non raro fluctuaret, tamen paene omnium consensu quattuor illa, quae ab initio posuimus, probata ac constituta fuisse, ut nobis quoque in eam materiam denuo inquisituris ab ea potissimum distinctione proficisci liceat.

Ac de alpha quidem privativi natura dubitari vix posse videbatur, cujus significatio ubique facile perspiceretur. Nihilominus in usu simplicissimi hujus praefixi tam multa sunt dignissima, quae accuratius tractentur, ut ea quae vel veteres

vel recentiores viri docti de origine ac de significatione alpha privativi vel in commentariis vel in adnotationibus vel in exercitationibus grammaticis passim observarunt, minime sufficiant ad rem illustrandam. Accedit, quod nonnullis in vocabulis ne id quidem satis exploratum est, utrum ab alpha privativo incipiant, an alia via ad negandi significationem pervenerint, cum praesertim non pauca exstent *ἀνετυμόλογητα*, in quibus omni explicandi probabilitate destituimur. Universe tamen si quaerimus, alpha privativum haud ita magnas difficultates praebebat.

Nec de alpha copulativo veteres grammatici multa habuerunt quae dicerent, cum ejus vim jam Plato recte notasset. Formam recentiore demum tempore viri docti explicare poterant cognatis linguis comparatis, unde statim cognoscerent, quam diversa esset hujus praefixi origo ab origine ceterorum alpha praefixorum. Exempla si quaeris, Boppius, Benfeyus, Curtius alii, etsi multa collegerunt, tamen, quoniam id a suis quisque operibus alienum esse putabant, non omnia uno quasi conspectu comprehenderunt. Explicatio autem ipsa tam aperta est, ut nihil nobis illi viri reliquerint nisi ceterorum exemplorum additionem.

Multo difficilius ad explicandum est alpha quod vocatur intensivum, de cujus origine ac natura jam antiquitus tam diversae sententiae prolatae sunt, ut veteres ipsi vix habuisse videantur quod satis liqueret. Grammatici enim Graeci alpha illud intensivum non solum in nominibus admiserunt, quorum exempla supra allata sunt, verum etiam in verbis velut in *ἀείδω* sec. schol. L ad *Α* 1, *ἀλαπάζειν* schol. B L ad *E* 166, *ἀλέγειν* Et. Magn. 58, 43 aliis, in quibus notionem verbalem auctam esse aut omnino negabis aut non poteris nisi subtilissimae argumentationis artificiis tibi persuadere. Sed hoc levius est, magis forsitan quispiam miretur, quod Graecis grammaticis regium quod vocatur Scaligeri praeceptum adeo ignotum fuerit, ut cum verbis etiam alia praefixa conjungerent ac praepositiones. Sane Buttmannus, gramm. ampl. II, 472 non pauca exempla praecepto illi repugnare docet,

sed quae enumerat verba, omnia fere denominativa esse patet praeter *ἀτίειν*. Hoc Theognis, ut simplici *τίειν* verbo opponeret, posuit v. 621

πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρόν

nec minus haec singularis forma est quam *θέρμετο* *θ* 347, *δείλετο* *η* 289, de quibus cf. Curtius, de verbo Gr. I 331. Paullo aliter comparatum est *ἀτίζειν*. Sed haec et similia hoc loco persequi nolo; certe verbum *ἀτίειν* equidem cum Pottio, quaest. et. I² 389 non comparaverim cum Sanscrito *a-pak'asi* „non coquis" pro majore ejus compositionis libertate. Ceterum quia non multa sunt verba Graeca, quae ab intensivo praefixo veteres ipsi repetiverint, nos quoque ea tantummodo afferemus, quae etiam recentiores ad calculos vocarunt, nominum vero exempla ab utrisque enarrata infra deinceps omnia proponentur.

Cum autem et Alexandrini grammatici et posteriores, ubicunque occasio erat, *ἀ ἐπιτατικόν* agnoscerent, tertio p. Chr. n. saeculo Porphyrius, ut in aliis rebus saniore judicio utebatur (cf. Schraderus, de Porph. schol. ad Il. Hamb. 1872 p. 4), ita in hoc quoque genere plus vidit quam ante eum quisquam perspexerat. Is enim schol. BL ad *Δ* 155 (Porph. schol. ed. Kammer. p. 74) complura vocabula, quae intensivo praefixo incipere dicebantur, aliter explicare studuit non melius quidem omnia sed tamen ita, ut *ἀ ἐπιτατικόν* plane evitaret. Quae cum non multis probaret, post eum nemo fere ad inveteratos illos errores non revertit, quos si quis exstirpare et funditus tollere vellet, ei longe alia refutandi ratione utendum erat. Recentiorum vero grammaticorum, qui quidem explicando alpha intensivo operam navarunt, primus Valckenarius peculiarem commentationem „de vocibus, in quibus *ἀ* dicitur *ἐπίτασιν δηλοῦν*" ad Theocr. p. 214 edidit. Post eum Phil. Buttmannus cum ab initio alpha intensivo nullum locum concessisset, postea id non paucis in exemplis agnoscere coactus erat. Itaque qui lexil. I² p. 167 in vocabulo *ἀθέσφατος* significationis difficultatem negasset tam misera-

bili adminiculo quam esset alpha intensivum tolli posse, idem postea gramm. ampl. II[2] p. 466 sqq. certissima intensivae notionis exempla haec esse vocabula voluit: *ἀτενής*, *ἀχανής*, *ἀσπερχές*, *ἀσκελές*, *ἀκηδής*. Quorum paucitate non contentus Doederlinus in commentatione „de alpha intensivo“ (Erlangae 1830) numerum exemplorum duplicavit non tamen iisdem omnibus vocabulis usus, quibus ante eum viri docti praefixum illud adscripserant. Erant autem exempla ab eo proposita haec: *ἀγέρωχος*, *ἀμαιμάκετος*, *ἄμοτος*, *ἄπλετος*, *ἀπέρωπος*, *ἄσχετος*, *ἀσύφηλος*, *ἄσκιος*, *ἄστονος*, *ἄτρυτος*, *ἀχύνετος*. Verum etiam explicare studuit Doederlinus alpha illud intensivum, cum spreta antiquiore explicatione, qua ab *ἄγαν* deduceretur, idem esse contenderet quod alpha privativum idque probari posse putaret collatis quibusdam compositis Germanicis velut *Unlust*, *Unstern*, *Unthier* sim., quorum praefixum *Un* item inserviret augendae significationi. Sed quamvis multis haec explicatio arrideret, Hartungio probata non est, qui de particulis gr. ling. I p. 227 (Erl. 1832) ad analogiam praepositionis *con-* alpha intensivum e copulativo ortum esse diceret, quia notio intensiva nihil aliud esset nisi compressio quaedam vel artior in eundem locum conjunctio. Contra hanc discrepantem discipuli sententiam Doederlinus socium nactus est Frid. H. Hennickeum, qui duobus programmatis („schedae etymol.“ I Coeslini 1838 et „de alpha intensivo“ ib. 1846) multa exempla cum ex aliis linguis tum e Germanica conquisivit, quibus quo conexu intensivum alpha et privativum inter se cohaererent clare demonstrasse sibi videbatur. Sed is veram ejus similitudinis naturam ac rationem perspicere non potuit propter nimiam linguarum comparandarum inscientiam, quae quanta fuerit, e primo statim capite cognoveris, ubi acturum se esse profitetur de radice *α*, *αι*, *αλ*, *αμ*, *αν*, *αρ*, *αυ*, *ο*, *οι*, *ολ*, *ομ*, *ορ*, *ου* ejusque significatione primaria!

Quae cum ita essent, cum multi multis in vocabulis alpha intensivum agnoscerent, quamvis varie explicarent, prospere evenit, ut acutissimi ingenii summaeque doctrinae

vir, Lobeckius in dissertatione prima de prosthesi et aphaeresi (= path. serm. Gr. elem. I 13 sqq.) in difficillimam hanc quaestionem inquireret et probabilissima disputatione ostenderet, quam infirmis fundamentis totum illud praefixum niteretur et quantae difficultates exemplis a Doederlino prolatis obstarent. Sed ab hac disputatione tantum abfuit ut, qui totam quaestionem ad certum quendam exitum perducere vellent, proficiscerentur, ut vel ii, qui grammaticam comparativam didicissent in dies tunc magis efflorescentem, veteres illos errores exuere nollent. Pottius ipse, licet Hartungii explicationem minime amplecteretur, alpha tamen intensivum e privativo ortum esse non solum non negabat sed etiamnunc defendit collatis Sanscritis quibusdam exemplis, quae paullo aliter comparata esse infra elucebit. Plerique sane grammatici, qui quidem nunc sunt, dubitationes a Lobeckio excitatas non aspernati, cum passim ea vocabula, quibus alpha intensivum subesse dicitur, attingerent, vel omnino fabulosum id esse censuerunt vel fictum a veteribus grammaticis, alii contra a se impetrare nullo pacto potuerunt, ut alpha intensivum prorsus dimitterent. Quid? quod acerrimus ejus exstitit patronus J. Savelsbergius, cum „quaestion. lexil. de epith. Hom." (Aquisgr. 1861) prorsus novam explicandi viam ingressus praefixum illud fallacissimum ad Sanscritum *ati* revocaret Graecae linguae variis formis vindicandum? Hunc libellum ignorasse videntur Toblerus, de compos. vocab. (Berol. 1868) p. 108 et Kuehnerus, gramm. ampl. I² p. 742, quorum uterque Hartungium secutus denuo ad alpha copulativum confugerit; quin Kuehnerus ne Lobeckio quidem laudato omnia exempla repetit a Doederlino perperam exposita.

Quaeritur igitur ante omnia, num alpha illud intensivum aut ex alpha privativo, ut Pottius vult, aut e copulativo, ut Toblerus Kuehnerusque statuunt, omnino possit explicari. Qui illam sententiam sequuntur, ut Doederlinus de alpha int. p. 24 et Hennickeus, sched. et. p. 2 sqq., licet exemplorum cum Latinorum tum Germanicorum satis

largam analogiam proponant, eo tamen maxime falluntur, quod utriusque linguae diversissima vocabula inter se miscere et confundere solent nullo ordine disposita nulloque judicio discreta. Atqui id diligenter cavendum erat. *In* intensivum jam antiquitus linguae Latinae tributum esse testatur Paul. ep. Fest. p. 108 his verbis: *in non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur, ut involando, inclamando, invocando* et p. 109: *in praepositio significat modo, quod non, ut inimicus, modo auctionem, ut inclamavit, modo ubi, quo tendatur, ut incurrit, modo, ubi qui sit, ut inambulo.* Quo in genere mirabile non debet videri veteres grammaticos, qua erant linguarum originis ac naturae inscientia, *in* negativum et *in* praepositionem plane non distinxisse, illud potius mirari possemus etiam recentiores veterum collegarum sectatores in re tam aperta non plus vidisse, nisi saepius acciderent similia. Sed non in omnes idem cadit. Nam Doederlinus quidem syn. et etymol. Lat. I 45, III 222 notionem intensivam e privativa sola deducere studet omissa *in* praepositione, sed mirum est, quantos inciderit in errores. Sic, ut exempli instar hoc unum afferam, *immanis* derivat ab adjectivo *magnus* et ab *in* illo quidem quod videatur intensivo sed re vera privativo, spreta veterum explicatione, qui vocabulum compositum esse recte intellexerunt e prisco adjectivo *mânus* „bonus“ et ex *in* negativo. Quid vero? qua ratione e privativa illa significatione sive, ut ait Doederlinus, e depravativa intensiva nasci poterat? nimirum ita, ut optima quaeque et laudabilissima, si nimia sint, in contrarium verti putemus. Exempla vulgo afferuntur *informis, intestabilis, ingens, incanus,* apud Drakenborch. ad Liv. T. III p. 400 *impotens* „valde potens“ aliaque pauca.

Horum vocabulorum *informis* et *intestabilis* cum *in* privativo composita esse facile intellegitur: *informis* est, cui forma scil. pulchra atque elegans non est, *intestabilis,* qui testis esse vel testamentum facere non potest ut legg. XII tab. ed. Schöllius p. 149, 22 *qui se sierit testarier libripens-*

que fuerit, ni testimonium fatiatur, improbus intestabilisque est et aliis locis a Dirkseno, man. p. 497 collatis. Ex hac notione explicandus est usus Plautinus et ea significatio, quae apud ceteros scriptores saepius invenitur: improbus, nefarius, scelestus. Alia ipsi Doederlino, de alpha int. 23 admodum dubia visa sunt. Sic apud Verg. Aen. VI 114 e prava interpretatione nata est opinio, *invalidus* adjectivum esse idem quod pervalidus. Nec profecto sua significatione hoc vocabulum carere probatur dubiis locis ap. Lucr. I 971 *invalidis viribus* (*validis* Lachm.) et ap. Sil. Ital. I 552 *invalidam hastam*, ubi jam Ernestius *validam* scripsit. Apud Livium XXI 25, 11 nunc recte legitur: *dum per patentia loca ducebatur agmen*, neglectis vel variis lectionibus *impatentia, impactentia, impatientia*, vel inutilibus conjecturis. *Impotens* est nonnumquam sui non potens ideoque suae auctoritatis, sua ipsius auctoritate fretus, *in* negativum est, non intensivum. Quod nullam sibi dubitationem relinqui Doederlinus profitetur de adjectivo *improbus* in Vergiliano (Georg. I 145) *labor omnia vicit improbus* vel de *incanus* apud ipsum Colum. VIII 2 vel de *immanis* vel de *ingens*, jam vidimus, quam non recte *immanis* attulerit. *Improbus* in proverbio illo est „pervicax", „constans", quae significatio e primigenia „non probus" ita orta est, ut hoc adjectivum primum omnia significet, quae modum excedunt, immodica, nimia, injusta, ideoque improbanda, deinde etiam sine reprehensione sit i. q. acer, vehemens, pervicax. Exempla si quaeris, cf. Orellium ad Hor. od. III 9, 22, Forbigerum ad Verg. Georg. I 119 alios. *Incanus* nusquam necesse est idem sit, quod percanus, ne apud Columellam quidem VIII 2: *gallinaceorum paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent,* sed hoc loco et aliis a simplici adjectivo haud ita differt velut ap. Catull. 64, 340 *cum cinere incanos solvent a vertice crines* (cf. ib. 95, ubi translate usurpatur pro „antiquus") et ap. Verg. Georg. III 311 *barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci*, immo vero deminutivum habet intellectum apud Suet. Dom. 20 *caput varietate capilli subrutilum et incanum.*

Multo vero minus in aperto esse videtur adjectivi *ingens* significatio. Veterum grammaticorum explicationes servant Paul. ex Fest. p. 114: *ingens dicitur augendi consuetudine ut inclamare, invocare; quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum,* et Papiae gloss.: *ingens quasi ultra gentem suam,* quam explicationem non solum Doederlinus defendit collato ὑπερφυής adjectivo sed etiam novissimi lexicographi receperunt. Jos. Scaliger *ingens* putabat idem esse quod *incens* h. e. tantum, ut censeri non possit, alii alia commenti sunt, nostri etymologi, cum vocabulum nostrum silentio praeterierint, de probabili explicatione desperasse videntur. Ac si solam sonorum conformationem spectas, multa temptari possunt, sin significationem, quam generalis sit, certa te videbis ratione destitui, quia nihil nobis ansam praebet divinandi, unde duxerit illa originem. Nihil enim proficimus comparato Germanico *un-gislaht,* quod proprie est „non ex eadem stirpe oriundus", deinde „alienus, aliter comparatus, malus, rudis, immanis", cf. Pottius, lex. rad. Indog. II 2, 24. Doederlinus autem, quandoquidem *ingens* non melius explicare potuit quam veteres, non debuit id quidem pro certissimo *in* intensivi exemplo afferre.

Nec tamen hoc adjectivum ut documentum auctae significationis prorsus abiciendum est. Nam quoniam me Curtius confirmavit, ut, quam explicationem jam diu animo volutaveram, confidentius proponerem, verisimile mihi videtur *ingens* ad radicis *gan, gen* primigeniam formam *ga, ge* pertinere, cui notio insit fiendi, crescendi. Quod si ita se habet, stirps participialis *in-ge-nt* cum *in* praepositione conjuncta, cujus quae vis intensiva sit, infra videbimus, significat „increscens" i. e. quod, si quis aspicit, semper crescit, quod immensum est. Plane eundem significationis transitum exhibet vocabulum Graecum ab eadem radice deductum *γί-γα-ντ* (cf. Curtius, etym. Gr. el.[4] p. 175), ubi reduplicationis ope sensus magnitudinis etiam magis efferatur. Ne quis autem hujus radicis primigeniam formam in Latina lingua

que fuerit, ni testimonium fatiatur, improbus intestabilisque est et aliis locis a Dirkseno, man. p. 497 collatis. Ex hac notione explicandus est usus Plautinus et ea significatio, quae apud ceteros scriptores saepius invenitur: improbus, nefarius, scelestus. Alia ipsi Doederlino, de alpha int. 23 admodum dubia visa sunt. Sic apud Verg. Aen. VI 114 e prava interpretatione nata est opinio, *invalidus* adjectivum esse idem quod pervalidus. Nec profecto sua significatione hoc vocabulum carere probatur dubiis locis ap. Lucr. I 971 *invalidis viribus* (*validis* Lachm.) et ap. Sil. Ital. I 552 *invalidam hastam*, ubi jam Ernestius *validam* scripsit. Apud Livium XXI 25, 11 nunc recte legitur: *dum per patentia loca ducebatur agmen*, neglectis vel variis lectionibus *impatentia, impactentia, impatientia*, vel inutilibus conjecturis. *Impotens* est nonnumquam sui non potens ideoque suae auctoritatis, sua ipsius auctoritate fretus, *in* negativum est, non intensivum. Quod nullam sibi dubitationem relinqui Doederlinus profitetur de adjectivo *improbus* in Vergiliano (Georg. I 145) *labor omnia vicit improbus* vel de *incanus* apud ipsum Colum. VIII 2 vel de *immanis* vel de *ingens*, jam vidimus, quam non recte *immanis* attulerit. *Improbus* in proverbio illo est „pervicax“, „constans“, quae significatio e primigenia „non probus“ ita orta est, ut hoc adjectivum primum omnia significet, quae modum excedunt, immodica, nimia, injusta, ideoque improbanda, deinde etiam sine reprehensione sit i. q. acer, vehemens, pervicax. Exempla si quaeris, cf. Orellium ad Hor. od. III 9, 22, Forbigerum ad Verg. Georg. I 119 alios. *Incanus* nusquam necesse est idem sit, quod percanus, ne apud Columellam quidem VIII 2: *gallinaceorum paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent*, sed hoc loco et aliis a simplici adjectivo haud ita differt velut ap. Catull. 64, 340 *cum cinere incanos solvent a vertice crines* (cf. ib. 95, ubi translate usurpatur pro „antiquus“) et ap. Verg. Georg. III 311 *barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci*, immo vero deminutivum habet intellectum apud Suet. Dom. 20 *caput varietate capilli subrutilum et incanum.*

Multo vero minus in aperto esse videtur adjectivi *ingens* significatio. Veterum grammaticorum explicationes servant Paul. ex Fest. p. 114: *ingens dicitur augendi consuetudine ut inclamare, invocare; quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum,* et Papiae gloss.: *ingens quasi ultra gentem suam,* quam explicationem non solum Doederlinus defendit collato *ὑπερφυής* adjectivo sed etiam novissimi lexicographi receperunt. Jos. Scaliger *ingens* putabat idem esse quod *incens* h. e. tantum, ut censeri non possit, alii alia commenti sunt, nostri etymologi, cum vocabulum nostrum silentio praeterierint, de probabili explicatione desperasse videntur. Ac si solam sonorum conformationem spectas, multa temptari possunt, sin significationem, quam generalis sit, certa te videbis ratione destitui, quia nihil nobis ansam praebet divinandi, unde duxerit illa originem. Nihil enim proficimus comparato Germanico *un-gislaht,* quod proprie est „non ex eadem stirpe oriundus", deinde „alienus, aliter comparatus, malus, rudis, immanis", cf. Pottius, lex. rad. Indog. II 2, 24. Doederlinus autem, quandoquidem *ingens* non melius explicare potuit quam veteres, non debuit id quidem pro certissimo *in* intensivi exemplo afferre.

Nec tamen hoc adjectivum ut documentum auctae significationis prorsus abiciendum est. Nam quoniam me Curtius confirmavit, ut, quam explicationem jam diu animo volutaveram, confidentius proponerem, verisimile mihi videtur *ingens* ad radicis *gan, gen* primigeniam formam *ga, ge* pertinere, cui notio insit fiendi, crescendi. Quod si ita se habet, stirps participialis *in-ge-nt* cum *in* praepositione conjuncta, cujus quae vis intensiva sit, infra videbimus, significat „increscens" i. e. quod, si quis aspicit, semper crescit, quod immensum est. Plane eundem significationis transitum exhibet vocabulum Graecum ab eadem radice deductum *γι-γα-ντ* (cf. Curtius, etym. Gr. el.[4] p. 175), ubi reduplicationis ope sensus magnitudinis etiam magis efferatur. Ne quis autem hujus radicis primigeniam formam in Latina lingua

inveniri neget, *Indi-ge-t-es* ipsos i. e. patrios Romanorum deos invocemus, quorum nomen non derivamus cum Corsseno, de Volsc. ling. p. 17, additam. crit. p. 254 a radice *agh* (cf. *nēgo* = *ne-igo*, *ind-ig-itare* „invocare" alia) sed cum Buechelero, de decl. Lat. p. 5 a radice *ge*, quam nasali consona determinatam exhibent priscum illud verbum *genere*, *in-gens* C. I. L. elog. 20, *in-gen-u-s*, reduplicatam *gi-gnere*. Si recte Lobeckius, paral. 308 ἴγνητες, quod habent Choerob. in Bekk. anecd. 1188 et Et. M. s. v., ex ἐν praepositione et e verbo γίγνεσθαι derivat, idem est quod *indi-ge-t-es*. Pottius contra l. l. 22 secundum Apoll. de pron. 330 C ἴγητες (cf. Hesych.) ad stirpem pron. *sva* revocat. Sed haec persequi a proposito alienum est.

Cum igitur Doederlinus, si ab adjectivo *ingens* discesseris, nulla nisi perdubia exempla proferat *in* quod putabat intensivi, Hennickeus diversissima quaeque nullo judicio inter se confundat hinc illinc subsidia petens, tantum abest, ut contortam ejus argumentationem sequamur, ut ipsi, quae nobis recta esse explicatio videatur, breviter exponamus; in quo duo potissimum observanda sunt, primum praefixi negativi et praepositionis diversitas, deinde unius cujusque linguae propria indoles ac natura, ne Latinorum et Germanicorum exemplorum similitudine, licet multa saecula interposita sint, fallamur.

Ac praefixum quidem negativum *an-* omnium linguarum Indogermanicarum variis formis commune est. In lingua enim Sanscrita *a-* invenitur ante consonas, *an-* ante vocales, ad quod in Zendica *a-* et *an-*, in Graeca ἀ- et ἀν-, in Osca *a-* et *an-*, in antiquiore Irica *an-* proxime accedit. Latina vero lingua *in-* exhibet, Gothica *un-*, ant. Germanica *un-*, unde per recentiores Germanicas dialectos usitatissimum illud *un-* propagatum est. Quod vocalis *a* in tam multis linguis servata est, id non tam significationis gravitati tribuendum esse videtur, propter quam etiam in aliis vocabulis antiquius *a* servari nec vel in *e* vel *o* mutari nonnulli opinantur, quam finitimae consonae nasali. Cf. Curtius, et. Graec. elem.[4]

p. 432 adn. Cum autem Latinum *in* et Germanicum *un-* etiam ante consonas maneant, in Aricis contra et in Graeca lingua nasalis consona evanescere possit, Joannes Schmidtius, de cognat. ling. Indogerm. p. 21 cum inde tum ex aliis argumentis collegit artiore cognationis vinculo has linguas inter se contineri. Sed contra eum Fickius, de prist. linguar. Europ. unit. p. 141 animadvertit *n* in utrisque linguis post discessum demum singulorum populorum coeptum esse elidi. Certe quidem idem fortuito et in Graeca lingua fieri potuit et in Sanscrita, quamquam obliviscendum non est etiam multa alia his linguis esse communia.

Praefixum negativum nusquam per se positum invenitur extra compositionem. Quare mirum videretur, si verum esset, quod nonnullis viris doctis placuit, alpha privativum ab initio solvi potuisse pedisequis nominibus vel potius non prorsus cum iis coaluisse. Hoc apparere volunt ex Aesch. Pers. v. 163

ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσί.

Huic versui, qui sine legitima caesura male procedit, Porsonus ad Eur. Hec. p. XLIV vocabulorum transpositione mederi studuit: *μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσὶ διπλῆ*, quod post G. Hermannum, elem. doctr. metr. p. 82 Welckerus dissuasit, addit. ad librum de tril. Gr. conscriptum p. 81. Alii contra, ut traditum vocabulorum ordinem defenderent, ad Soph. Phil. v. 1402 confugerunt

N. εἰ δοκεῖ, στείχωμεν. Φ. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

Sed in hoc versu usitatae caesurae neglectionem ab interpunctione excusationem habere G. Hermannus l. l. 37 recte perspexit, cum Westphalio, de re metr. poet. Gr. II[2] 453 observasse sufficiat in utroque versu caesuram esse neglectam. Christius, de re metr. poet. Gr. et Lat. p. 321 Porsono assentiri videtur, tetrametros illos corruptos esse suspicans. Qui talem conjecturam non sequerentur, iis nihil aliud reliquum fuisse intellegis, quam ut in versu illo Aeschyleo alpha privativum tanquam pro sui juris vocabulo haberent. Quae tamen Teuffelii explicatio ipsa quoque caret probabilitate. Nam ut omittamus in cognatis linguis nihil simile inveniri, etiam alia

difficultate versus laborat, cui ne totius quidem vocabuli ἄφραστος sensus satis conveniat. Quare alia alii proposuerunt. Reisigius scripsit φρακτός i. e. firmus, Hermannus φραστός, Meinekeus θραστός, audacius ut solet Hartungius διπλῆς μερίμνης φραστύς. Haec qualiacunque sunt — nobis Porsoni transpositio simplicissima videtur —, e versu quidem illo Aeschyleo minime sequitur alpha privativum quondam fuisse separabile.

Plenior hujus praefixi, ne dicam antiquior forma est *ana-*, quam in tribus vocabulis compositis ἀνάεδνος (Hom.), ἀνάελπτος (Hesiod.), ἀνάγνωστος (Callim.) jam Buttmannus, gramm. ampl. II[2] 466 agnovit, Justius, comp. ling. Zend. p. 17 Bactricis exemplis *anaquaretha, anazātha, anamarezhdika* aliis confirmat. Graeca illa exempla sane Pottius, quaest. et. I[2] p. 389 in dubitationem vocat, sed equidem non intellego, cur ipsius explicationem proferamus, qua ἀνάεδνος duplicem habeat negationem ut nostrum *ge-g-essen* duplicem praepositionem, *nimmer-mehr* duplex *mehr*. Num in Germanicis exemplis *una-holda* gl. Ker. 85 et *uno-holde* N. 59, 2 eadem forma insit, Grimmius, gramm. II 775 in medio relinquit, quamquam nihil video obstare, quominus ita statuamus. Glossae enim illae Sangallenses e codice saec. VIII exscriptae, quae sub Keronis nomine feruntur, sine dubio perantiquae sunt et, cum fides iis detrahenda non sit (cf. Hattemerus, monum. med. aev. Sang., St. Gall. 1844, I p. 17 sqq.), quidni perantiquam credamus in iis formam servari? Recentius sane Notkerianum est exemplum e codice saec. XI exscriptum, sed ne huic quidem diffidendum est, cf. Graffius, vers. interlin. Germ. Quedlinb. et Lips. 1839 p. 271. Qualis autem forma *ana* fuerit, quem ad casum pertineat, non magis jam pro certo definire possumus quam dijudicare, utrum ἀνήκεστος, ἀνήλατος, ἀνηλεγής, ἀνήλειπτος, ἀνήνεμος, ἀνήνυστος ab instrumentali forma ἀνη- incipiant, unde νη- per aphaeresin decurtatum sit, an eandem productionem subierint, quae in aliis vocabulis metricis tribui soleat rationibus. Mira certe est Weinholdii opinio, qui gramm. Allem. p. 251 in *unaholda* vocalem copulativam agnoscit.

Ab hoc praefixo *an-* prorsus diversa est ea praepositio Europaeis tantummodo linguis propria, cujus forma primitiva nescio an *ani-* sonuerit, et quae, cum notio primaria „intestini" vel intus esse aliquid significet vel inferri, variis casuum formis indutis vel locativi (dat., ablat.) flexionem praebet vel accusativi. Sed hanc formae quoque differentiam nulla lingua praeter Graecam servavit, ubi ἐν et εἰς, ἐς praepositiones ejusdem stirpis pronominalis diversos casus esse viri docti perspexerunt, cum Latinum *in* utriusque praepositionis usum eadem forma ita comprehendat, ut e sola rectionis differentia eluceat significatio. Quod aliter fit in dialectis Italicis, ubi praefixum negativum a praepositione distinguitur. Quo enim magis *a* vocalis negativi praefixi in Latina lingua attenuata est, eo integrior servatur apud Oscos in vocabulis compositis velut *ancensto* i. e. non censa, at praepositio *en-* debilitatam exhibet vocalem et in Osca dialecto et in Umbrica. Quod autem antea ἐν et εἰς praepositiones ex eadem stirpe propagatas esse diximus, id e dialectorum formis atque usu luce clarius apparet. Graecum enim ἐν ex ἐν-ί ortum esse, ea ipsa forma docemur, unde per epenthesin εἰν nascitur Homericum. Curtius, etym. Gr. el.[4] 310 εἰς ex ἐνι-ς, cujus consonam finalem cum exitu formarum Latinarum *ei-s, ul-s* admodum dubio comparat, ortum esse putat, ita videlicet, ut ἐν-ι-ς per formam ἐν-ς aut in εἰς aut in ἐς decurtatum sit.

Sed si ἐν-ί locativus sing. est, quod mihi quoque verisimillimum videtur, quo putas spectare additamentum illud -ς? nonne ipsum quoque pro terminatione casus habendum est, quae tamen non soleat ad aliam terminationem accedere? Jam vero, cur locativus sing. sine additamento cum ablativo conjungitur et commorationem exprimit, εἰς contra i. e. ἐν-ι-ς directionem denotat ad aliquem locum? Num -ς illud finale nescio quod — Curtius ipse l. l. p. 39 de analogo suffixo genitivi loquitur — significationis adeo expressam diversitatem effecit? Haec omnia explicantur, si ἐν-σε forma primigenia erat, cui idem illud -σε additum est, quod

in adverbiis πόσε, ὁπόσε, ὁμόσε, τηλόσε, ὑψόσε, πάντοσε, κυκλόσε aliis invenitur et quo nemo nescit directionem significari ad aliquem locum.

Atque hoc -σε quibus Kisslingius in Kuhnii diar. XVII 209 sq. probaverit pro σϝε i. e. *sva* esse — aliter explicat Schererus, symb. ad hist. gramm. Germ. p. 307 —, ii locativum plur. ἐν-σε cum locativo sing. ἐν-ί non aliter comparabunt atque ὑψό-σε cum ὑψί et ἀμφί-ς cum ἀμφί. Nam in iis quoque formis ut ἀμφίς, ἐξ, λάξ, ὀδάξ, γνύξ aliis Kisslingius l. l. p. 215 sq. locativos plur. agnoscit, modo significatio jam ne sit primigenia illa localis sed posterior instrumentalis. Certe quidem e forma ἐνσε etiam facilius Doricum ἐνς quam ex ἐν-ι-ς nasci potuit (cf. Ahrens, de dial. Dor. p. 358), et, quod nusquam in severiore Doride ἠς invenitur, id non magis offensioni est quam si aliam sequimur explicationem. Attica vero et mitioris Doridis forma εἰς productione suppletoria orta est, quod perpaucis exemplis exaratae diphthongi non refutatur, quae ante Euclidem in titulis quibusdam juxta usitatum ΕΣ inveniuntur, quia forsitan praepositionis vocalis nonnunquam ad verae diphthongi pronuntiationem prope accesserit. Post Euclidem ΕΙΣ exarandi usum increbuisse docet Weckleinius, cur. epigr. p. 58. In dialectis quibusdam Graecis ἐν-ς abjecta finali consona in ἐν mutilatur, quod cave ne cum ἐν pro ἐνί confundas, et cum accusativo eadem significatione atque εἰς conjungitur velut apud Delphos (cf. Curtius, act. soc. lit. reg. Sax. 1864 p. 229) et apud Locrenses (cf. Allenus in Curt. stud. III 274). Ubi ἐνς in ἰνς debilitatum erat, eodem modo ἰν cum accusativo conjunctum facile explicatur, quod exstat in dialecto Arcadica (cf. Gelbkeus in Curt. stud. II 17) et in Cypria (cf. Deeckeus et Sigismundus ib. VII 239).

In aliis linguis cognatis casuum rectio diversa est: in Gothica lingua *in* cum dativo conjungitur nusquam cum accusativo, in Germanica cum utroque casu, Lituanicum *í* solum accusativum patitur, ant. Bulgaricum *vŭ* et locativum habet pedisequum (= ἐν) et accusativum (= εἰς), cf. Miklosichii lex. Palaeoslov.

Apparet Latinam linguam, cum uno praefixo *in* non solum duo vocabula diversae originis ac notionis comprehendat verum etiam ejusdem stirpis diversas praepositiones, quae decursu temporis in eandem formam coaluerint, et ab Italicis dialectis et a ceteris linguis Indogermanicis distare, ubi utrumque praefixum etiam forma sit distinctum. Nec tamen in his negativa significatio clarius perspicitur quam in illa neque usquam e Latino *in* praefixo negativo intensivam notionem fluxisse vel Doederlinus ut vidimus probavit vel alii potuerunt evincere. Itaque, ubicunque vocabuli significatio praefixo *in* augeri atque amplificari videtur, praepositione *in* id effectum esse statuendum est. Ac praecipue e verborum compositione perspicere licet, quam varia ratione haec praepositio sensum intensivum efficere possit non obscurata notione primitiva.

Quid igitur? primitiva illa notio duplex esse potest: aut enim Latinum *in* Graecae εἰς praepositioni aut ἐν respondere intelleximus. Si *in* idem est quod ἐν indicatque actionem verbi vel aliquo loco sive aliqua occasione fieri ut *inambulare* aliquo loco ambulare, *incantare* in aliqua re cantare, vel intus eam sive ex intestino fieri, ut *inardescere, incalescere,* quis est qui, etiamsi neget ea ratione significationem verbalem augeri posse, plus tamen non concedat composito verbo contineri quam simplici? Sin autem *in* Graecae εἰς praepositioni respondet et directionem quandam exprimit, verbi actionem aliquo dirigi significare potest vel ita ut qui loquatur aliquid in aliquem facere dicatur, vel ita, ut notio verbi praecipue intransitivi ei qui loquatur quasi obvia ferri videatur.

Atque haec subtilissima significationis discrimina, quae non raro in eodem verbo prout conexus sententiarum fert conjuncta inveniuntur, nostra lingua reddi nequeunt nisi diversis praepositionibus *an-, ein-* vel alia circumscriptione. Sic Latinum *increscere* vertimus *anwachsen,* sed nostrum *anwachsen* proprie significat aliud ad aliud accrescere et ea cumulatione paullatim crescendi notionem augeri, *incantare*

ansingen, bezaubern est aliquem cantu i. e. carminibus magicis petere, *inaugurare* vertimus *einweihen*, *incedere* est *einherschreiten*, *inhorrescere* respondet nostro *an-, entgegen-, emporstarren* et sic porro alia. Nonnunquam dubitari potest, qua ratione verbum Latinum cum praepositione compositum sensum intensivum assumpserit, nonnumquam idem verbum variis modis eo pervenisse breviter jam indicavimus. Sic *inhorrere, inhorrescere* quod antea commemoravimus, si translate usurpatum respondet nostro *schaudern, sich entsetzen*, proprie significat „intus horrere“, *innerlich, im Innersten erstarren* non aliter atque in ant. ling. Germ. *ingrûên* „horrescere“, *ingrûêntlîh* „horridus“. Cf. Graffii thes. ant. ling. Germ. IV p. 300. Variis nostris verbis *einbrechen, erbrechen, zerbrechen* reddimus Latinum *infringere*, quo quis neget plus significari quam simplici frangendi verbo? Haec exempla facile cumulari possunt sed jam ex iis quae attulimus satis elucet, cum significationis discrimina subtilissima illa quidem sed ab initio prompta et expressa paullatim in singulis verbis evanuissent, praepositionis *in* quasi residua vi intensiva verbalem notionem augeri solitam esse atque amplificari. Multa sane verba Latina, si non omnia, etiam aliter explicari possunt, ut breviter Curtius indicavit in comment. ad gramm. suam[2] p. 185. Nam etiamsi in Latina lingua *in* praefixum variis rationibus ad intensivum sensum pervenire potuit, veri tamen simile est verba illa antea allata ab ingressiva notione profecta esse, unde per se patet quam facile nasci potuerit progressiva itaque intensiva. Nam ingressio in statum aliquem, sive subito fit sive paullatim, ita cogitari potest, ut quo quis diutius actionem continuet quoque propius ad statum accedat, eo vel plus efficere vel ad altiorem evehi gradum videatur. Quod si ita se habet, in verbis inchoativis vis *in* praepositionis cum ejus formationis sensu congruit i. e. notio ingressiva non solum in verbi ipsius forma posita est sed etiam in praepositione, ut *incanescere* proprie sit „sensim in canitiem deduci“, *inardescere, incalescere* in ardorem, calorem abripi, *illucescere*

magis magisque in lucem venire, similia. Haud procul ab his nostra absunt verba ab *ein* et *an* incipientia, quibus antea Latina illa expressimus, si quidem iis praepositionibus paene synonymis nihil aliud commune est nisi directionis sensus versus aliquem locum ut *einschrumpfen*, *eintrocknen*, *anschwellen*, *anwachsen* alia. Sic Latinum *insonare* verbum intransitivum est ad causativum nostrum *anstimmen*, *incitare*, *invocare*, *inferre*, *intrare* non aliter dicuntur ac nostra *eintreten*, *einlaufen*, *anrufen*, *antreiben*, alia. Nonnulla verba Latina etiam verbis cum *er* praepositione compositis reddidimus velut *infringere erbrechen*, quia ea quoque quodammodo sunt intensiva. Cum autem *er* ab initio sit *aus*, rectissime Curtius horum verborum sensum ea explicatione explevit, qua in iis actio quasi ex pristino quodam statu subito erumpere dicatur ut in intransitivis *erklingen*, *erwachsen*, *ergrimmen*, *erschrecken*, *ersterben*, in transitivis *erwecken*, *erfinden*, *erregen*, *erkennen*, *erschliessen*, plane ut in Latinis *efficere*, *evenire*, *evincere*, *evolare*, *excitare* aliis. Videmus etiam in Latina lingua diversas praepositiones ad notionem intensivam efficiendam adhibitas esse.

Quae de verbis modo observata sunt, ea etiam de nominibus compositis valent, quamquam in iis *in* saepius pro ἐν est ut in multis compositis Graecis sive determinativis sive attributivis de quibus Gust. Meyerus in Curt. stud. VI 378 et ego ib. VII 85 sq. disseruimus. *Ingenium* est innata facultas; in quo tamen exemplo nemo *in* intensivum agnoscit, sed *insignis* est is, in quo signa sunt, qui signis ceteris praestat, clarus, *incanus* est is, in quo color canus, canities est. Hoc adjectivum, quo Doederlinus pro certissimo *in* intensivi exemplo utitur, fortasse eadem via ad notionem intensivam, si quidem certa inest, pervenit qua medii aevi Germanicum *ingrüene* „valde viridis" h. e. intus, usque ad intimam partem, penitus viridis et ant. Germ. *ingrûêntlîh*, quod antea commemoravimus. Quo in genere tenendum est adjectiva coloris omnino haud saepe cum praefixo *in* vel in Germanica lingua vel in Latina conjungi. Tertia explicatio est, qua *incanus* sit,



qui incanuit, cf. *incanescere.* Hac sola ratione intellegimus *ingens* i. e. *anwachsend,* quod qua via ad intensivum sensum pervenerit, opus jam non est pluribus exponere. *Ingens* igitur, si nostra explicatio vera est, certum sit exemplum *in* illius si dis placet intensivi cum nomine conjuncti; *incanus* contra et quae praeterea exempla supra rejecimus tantum abest, ut intensivam notionem exhibeant, ut in contrarium possint sensum abire. Atque hoc quoque varia ratione fieri potuit, velut si is, in quo aliquid canum est, vel aliquid cani cernitur, ei opponitur, qui cano colore superfusus est, *incanus etwas grau, graulich, weiss* vertere licet. Potest sane ea significationis mutatio cogitari, non debet, nam quod in lexicis *incanus* nostris adjectivis *grau* et *weiss* redditur, id forsitan quispiam inde explicaverit, quod notiones colorum in omnibus fere linguis mirum in modum fluctuent.

Verum etiam ab ingressiva notione consentaneum est non difficilem transitum esse ad deminutivam, cum ingressio ita quoque cogitari possit, ut ipsa eventui tanquam fini initium vel actionis vel status opponatur: quod fit nondum perfectum est et qui incanescit nondum est canus.

Alii exemplo *in* quod esse voluerunt intensivi non video, cur cum Doederlino fidem denegemus: *incupidus* enim adjectivum legitur apud Afran. v. 361 Ribb. in quo praepositio directionem ita exprimit, ut *incupidus* vel sit, qui in cupidinem abreptus est vel qui gestit aliquid i. e. in aliquam rem. Tertium brevi accedet exemplum, quod cum tenebris obrutum adhuc jacuisset, nuper in lucem protraxit Gustavus Loeweus, qui grata liberalitate quae propediem typis mandabit mecum per literas communicavit. Quoniam autem ejus dissertatio nondum edita est, ne anticipemus quae ibi accuratius exposita legentur, tantum affirmare liceat cum e codicum Plauti Palatinorum scriptura tum e diversis glossarum testimoniis ex eodem fonte non derivandis priscam formam *columis* adjectivi colligi posse juxta *incolumis* nulla fere aut saltem non magna significationis differentia. Atque ut libere profitear quod sentio,

mihi Loeweus ita persuasit adjectivum *columis* quondam exstitisse, ut ejus sententiam secutus nesciam an Plaut. Trin. v. 742 Ritsch.

> *ex eá largiri te ílli neque ita, ut sít data,*
> *incólumem sistere eí, sed detraxe aútument*

restituendum sit *columém te sistere* e librorum Palatinorum testimoniis contra codicem deleticium Ambrosianum. Etenim antiquioris potius scripturae vestigia quam vetus mendum illis inesse videtur, quod ubi tamen irrepsit, librarii in vocabulo usitatissimo facilius *in* praefixo corrigere poterant quam àddito pronomine supervacaneo. Verum de versu illo restituendo videant alii, explicatio certe vocabulorum *columis* et *incolumis* qua Loeweus Sanscr. *kal-ja-s*, Graec. *καλό-ς*, Goth. *háil-s*, nostrum *heil* comparat mihi non satis arridet, quia melior et a significatione et a forma in promptu esse videtur. Quidni enim veteres grammatici quorum ex interpretatione *columis* „sanus, salvus“ est et ad corpus potissimum refertur, cum *incolumis* ad animum spectet, quidni igitur viam nobis eo monstrent, quod *columis* a *columna* derivarunt? Si haec vocabula ejusdem prosapiae sunt, si eodem pertinent *κολωνός, κολοφών, celsus, excello, culmen*, vet. Sax. *holm* collis, Lit. *kél-ti* „erigere“ (cf. Curtius, el.[4] p. 152), *columis* proprie est „erectus, firmus“, nostrum *aufgerichtet*, cui adjectivo optime *in* praefigitur, quod cum directionem exprimat, quodammodo augeat nominis notionem. Jam nihil est, cur grammaticis illis quicunque erant diffidamus simplici vocabulo magis ad corpus relato sanum denotari, translate usurpato etiam integrum animum, non violatum significari, quamquam ex usu id non satis comprobatur. Accedit quod ejusdem stirpis adjectivum *celsus* ipsum quoque et proprie usurpatur et translate. Haec si probabiliter disputata sunt, etiam in adjectivo *incolumis* praepositio *in* eadem vice fungitur qua in vocabulis *ingens* et *incupidus*. Paullo aliter Hainebachius, de vocc. *consul* et *consulere* (Gissae 1870) p. 3 adn. *incolumis* explicavit.

Praeter haec vero nominum exempla, quoniam alia allata non sunt, in quibus viri docti *in* intensivum deprehendisse sibi videantur, nostro id jure a Latina lingua ita abjudicabimus, ut si qua notio maxime verborum *in* praefixo augeatur, una effectum id esse praepositione statuamus, nusquam praefixo negativo. Quod idem cadit in Celticam linguam. Nam quo arto cognationis vinculo Celti cum Italis cognati sint, nemo ignorat, qui Schleicheri aliorumque scripta inspexerit, ubi propinquitas illa legentibus quasi sub oculos subiciatur. Luculentis exemplis vir ille doctissimus probavit non pauca Celticis dialectis et Italicis linguis communia esse, quaedam nusquam nisi in utrisque inveniri. Ad haec nunc aliud accedit. In Britannicis enim dialectis *in* quod vocatur intensivum exstat, cujus nonnulla exempla Zeussius in gramm. Celt.[2] p. 896 sq. enumerat, velut Cambr. vocabula *enlip, enllybyau* calumnia, calumniari, *enryued* mirabilis, *enryuedu* mirari, *enryded* honor, alia; certissima sunt hodierna *en-fáwr* valde magnus (*mawr* magnus, Ir. *már, mór*), *en-wyn* valde albus (*gwyn* albus), *enwir* perverus. Tria alia explicavit Windischius in Kuhnii symb. ad gramm. comp. VIII 42 Corn. *en-chinethel*, Arem. *en-quelezr*, Cymbr. *en-giriawl*, quorum cum significatio sit γίγας, praefixum quasi reduplicationis vice fungi videtur. Windischio autem hoc *en* esse i. q. *in* Latini adjectivi *ingens* suspicanti nihil est cur non valde assentiamur. Significatio enim eadem est.

Summo jure Germanicae linguae *in* intensivum attributum esse videtur, de quo praefixo, posteaquam Grimmius gramm. II 758 sqq. totius quaestionis ut solet fundamenta jecit, usque adhuc saepe viri docti disputarunt, postremum Hoeferus, German. XV (a. 1870) 61 sqq. Exstat enim illud *in* in dialectis Germanicis vel antiquioribus vel recentioribus et manifesto e praepositione ortum est ad augendam notionem vocabulis praefixa. Exempla perlustremus dialectorum ac temporum ordine disposita. Atque in Gothica lingua quoniam reliquiarum paucitate vetamur multa exspectare, ne

Hoeferus quidem operae pretium esse existimavit in composita, quae ab *in* praepositione incipiunt, inquirere. Nec tamen hoc conquirendi negotio supersedere possumus, si quae ibi similia inveniuntur in comparationem vocanda sunt. Verba quae huc pertinent — ut ab iis incipiamus — pleraque sunt derivata velut *inagjan* angore afficere, *inbranjan* incendere, *inliuhtjan* illuminare, *inmáidjan* immutare, deformare, *inraúhtjan* trans. et intr. ira afficere et irasci, *insáiljan* resti alligare, *insandjan* mittere, *insvinthjan* corroborare, *intandjan* incendere, *intrusgjan* inculcare, *invagjan* movere, *invandjan* torquere, juxta quae simplicia ubi inveniuntur eandem fere significationem exhibent velut *gramjan, máidjan, sandjan, tandjan, svinthjan, liuhtjan* (intr.). In his omnibus verbis notio vel causativa vel immediativa, ipsa infinitivi terminatione *-jan* expressa praepositione augetur, quae transferri actionem in aliquem denotat, non intus eam vel ex intestino fieri, ut Hoeferus putat. Itaque inter *máidjan* et *inmáidjan*, inter *tandjan* et *intandjan* non aliud discrimen est atque inter Latinum *mutare* et *immutare.* Eadem ratio intercedit inter verbum derivatum *inaljanôn* ira afficere et *aljanôn* irasci, et *inveitan* cum Latino *invocare* comparari potest. Nonnulla verba primitiva sive ut Grimmio placuit fortiora Latinis verbis compositis cum *in* praepositione eodem ejus sensu respondent ut *insaíhvan* inspicere, *insakan* indicere (unde *insahts* διήγησις, indicium, narratio), *insáian* inserere, intransitivum, *invisan* est i. q. instare.

Alia sunt verba Gothica et primitiva et derivata cum *in* praepositione composita, quibus intensivam notionem subesse etiam confidentius censueris, velut *infeinan* σπλαγχνίζεσθαι, cujus etymon ne novissimis quidem explicationibus exploratum est, *inreiran* intus tremere, horrere, et in *-nan* desinentia *indrôbnan* intestino maerore affici, valde dolere juxta *drôbnan,* fortasse *intundnan* exardescere juxta *tundnan,* quamquam in hoc Latinum *incendere* ultro se offert comparandum. Difficilis ad explicandum est significatio verbi *invidan* ἀρνεῖσθαι negare, infitiari, collato *gavidan* conjun-

Praeter haec vero nominum exempla, quoniam alia allata non sunt, in quibus viri docti *in* intensivum deprehendisse sibi videantur, nostro id jure a Latina lingua ita abjudicabimus, ut si qua notio maxime verborum *in* praefixo augeatur, una effectum id esse praepositione statuamus, nusquam praefixo negativo. Quod idem cadit in Celticam linguam. Nam quo arto cognationis vinculo Celti cum Italis cognati sint, nemo ignorat, qui Schleicheri aliorumque scripta inspexerit, ubi propinquitas illa legentibus quasi sub oculos subiciatur. Luculentis exemplis vir ille doctissimus probavit non pauca Celticis dialectis et Italicis linguis communia esse, quaedam nusquam nisi in utrisque inveniri. Ad haec nunc aliud accedit. In Britannicis enim dialectis *in* quod vocatur intensivum exstat, cujus nonnulla exempla Zeussius in gramm. Celt.[2] p. 896 sq. enumerat, velut Cambr. vocabula *enlip*, *enllybyau* calumnia, calumniari, *enryued* mirabilis, *enryuedu* mirari, *enryded* honor, alia; certissima sunt hodierna *en-fáwr* valde magnus (*mawr* magnus, Ir. *már*, *mór*), *en-wyn* valde albus (*gwyn* albus), *enwir* perverus. Tria alia explicavit Windischius in Kuhnii symb. ad gramm. comp. VIII 42 Corn. *en-chinethel*, Arem. *en-quelezr*, Cymbr. *en-giriawl*, quorum cum significatio sit γίγας, praefixum quasi reduplicationis vice fungi videtur. Windischio autem hoc *en* esse i. q. *in* Latini adjectivi *ingens* suspicanti nihil est cur non valde assentiamur. Significatio enim eadem est.

Summo jure Germanicae linguae *in* intensivum attributum esse videtur, de quo praefixo, posteaquam Grimmius gramm. II 758 sqq. totius quaestionis ut solet fundamenta jecit, usque adhuc saepe viri docti disputarunt, postremum Hoeferus, German. XV (a. 1870) 61 sqq. Exstat enim illud *in* in dialectis Germanicis vel antiquioribus vel recentioribus et manifesto e praepositione ortum est ad augendam notionem vocabulis praefixa. Exempla perlustremus dialectorum ac temporum ordine disposita. Atque in Gothica lingua quoniam reliquiarum paucitate vetamur multa exspectare, ne

Hoeferus quidem operae pretium esse existimavit in composita, quae ab *in* praepositione incipiunt, inquirere. Nec tamen hoc conquirendi negotio supersedere possumus, si quae ibi similia inveniuntur in comparationem vocanda sunt. Verba quae huc pertinent — ut ab iis incipiamus — pleraque sunt derivata velut *inagjan* angore afficere, *inbranjan* incendere, *inliuhtjan* illuminare, *inmáidjan* immutare, deformare, *inraúhtjan* trans. et intr. ira afficere et irasci, *insáiljan* resti alligare, *insandjan* mittere, *insvinthjan* corroborare, *intandjan* incendere, *intrusgjan* inculcare, *invagjan* movere, *invandjan* torquere, juxta quae simplicia ubi inveniuntur eandem fere significationem exhibent velut *gramjan*, *máidjan*, *sandjan*, *tandjan*, *svinthjan*, *liuhtjan* (intr.). In his omnibus verbis notio vel causativa vel immediativa, ipsa infinitivi terminatione *-jan* expressa praepositione augetur, quae transferri actionem in aliquem denotat, non intus eam vel ex intestino fieri, ut Hoeferus putat. Itaque inter *máidjan* et *inmáidjan*, inter *tandjan* et *intandjan* non aliud discrimen est atque inter Latinum *mutare* et *immutare*. Eadem ratio intercedit inter verbum derivatum *inaljanôn* ira afficere et *aljanôn* irasci, et *inveitan* cum Latino *invocare* comparari potest. Nonnulla verba primitiva sive ut Grimmio placuit fortiora Latinis verbis compositis cum *in* praepositione eodem ejus sensu respondent ut *insaíhvan* inspicere, *insakan* indicere (unde *insahts* διήγησις, indicium, narratio), *insáian* inserere, intransitivum, *invisan* est i. q. instare.

Alia sunt verba Gothica et primitiva et derivata cum *in* praepositione composita, quibus intensivam notionem subesse etiam confidentius censueris, velut *infeinan* σπλαγχνίζεσθαι, cujus etymon ne novissimis quidem explicationibus exploratum est, *inreiran* intus tremere, horrere, et in *-nan* desinentia *indrôbnan* intestino maerore affici, valde dolere juxta *drôbnan*, fortasse *intundnan* exardescere juxta *tundnan*, quamquam in hoc Latinum *incendere* ultro se offert comparandum. Difficilis ad explicandum est significatio verbi *invidan* ἀρνεῖσθαι negare, infitiari, collato *gavidan* conjun-

gere, quorum utrumque Leo Meyerus, de ling. Goth. p. 370 cum Gothica stirpe *vadja* „pignus" et cum Latina *vadi* (nom. *vas*) comparat omisso voc. ἄεθλον. Sed satius erit verba illa cum Curtio, et gr.[4] p. 249 ab his nominibus sejungere, quia significationis conexum aegre perspicias. Leo Meyerus enim p. 495 verbi *vidan* notionem primariam esse vult „ligare" et suo jure cum *gavidan* conjungit *gaviss* conjunctio, *disviss* solutio, *usvissi* status dissolutus, *usviss* solutus, sed quomodo inde ad infitiandi significationem perveniamus nisi *in* negativo, quod in lingua Gothica nullum esse satis constat?

In paucis quae exstant nominibus cum *in* praefixo compositis significatio localis facile perspicitur, velut *inkilthô* proprie: gravida i. e. in utero gerens, *in-kunja*, proprie: cognatus i. e. qui in eodem genere versatur, *invitoths*, qui in lege est, *invinds* perversus, injustus et *invinditha* injustitia fortasse ex notione proficiscuntur aversi sive conversi in intestinum. Similiter notionem intestini exhibent adjectivum *inahs* prudens et subst. *inahei* prudentia, quibuscum conferatur *aha* mens a rad. *ak* „acutum esse" derivandum. Quid commemorem ea quae ab *inn* incipiunt vel verba vel nomina, quorum prae fixum Leo Meyerus l. l. 206, 477 recte ab *int* repetit ut *inna* ab *inta* (cf. lat. *endo, indu*)? In his omnibus *inn* idem est quod Graecum εἰς velut *inngaggan* εἰσέρχεσθαι, *innattiuhan* εἰσάγειν, *inatbaíran* εἰσφέρειν sim.

Apparet jam in Gothica lingua simili ratione *in* praefixum usurpatum esse atque in aliis, praecipue autem in recentioribus dialectis Germanicis id fieri statim videbimus, in quibus *in* ab eadem intestini vel inferendi notione repetitum ad augendam vim cum adjectivorum tum substantivorum etiamnunc adhibetur. Ac facillime quidem hoc mente ac sensibus assequi possumus in iis vocabulis, quae animi quosdam motus, affectus, perturbationes significant: nostrum enim *Ingrimm* est intestina ira, *Inbrunst* intimus animi sensus, ardor, quibus plus exprimi compositis vides quam quae respondeant simplicibus. Nonne etiam integris vocabulis synonymis interdum augemus notiones adjectivorum

vel participiorum, an *innig geliebt, innerlich erbittert* multum distant a *sehr geliebt*, *sehr erbittert*? Nonne etiam *heissgeliebt, heissersehnt* dicimus? et sic porro alia, quae omisit Donyus, de adjectivor. quorundam German. et Angl. notionibus vulgariter auctis, Sprembergae 1865. Quo vel lenissimo discrimine haec adjectiva inter se distinguantur, facilius sentimus, quam si essent composita cum ullo praefixo intensivo. Germanos vero ab ipsa intestini notione profectos esse, si adjectivorum illorum quae commemoravimus vim augere vellent, nemo mirabitur, qui, quam altis fuerint animis praediti nostri majores, reputarit memineritque in lingua populorum indolem atque ingenium tanquam in speculo cerni. Verum ea augendi ratio non in iis solum vocabulis invenitur quae ad animum spectant, sed etiam in iis quorum significationem sensibus magis percipimus, ut in coloris adjectivis, ubi notio illa intestini exprimit aliquid esse ex intimis quasi medullis, penitus, prorsus aliqua re h. e. colore imbutum. Non aliter nos quoque dicimus *tiefschwarz*, *tiefblau* similia nec multum abest Latinum *per* in *perviridis*. Sic facilius quae sequuntur exempla intellegemus.

Atque ex lingua quidem vetere septentrionali ubi *î* est forma praefixi huc referendum erit *îthrôtt* dexteritas, ars (cf. *thrôttr* vis, robur), quod Hoeferus omisit. Alia exempla alii conquirant, hoc loco liceat anticipare exemplum Saxonicum *in* intensivi *insath* i. e. persatur, quod legitur in titulo antiquissimo runis quae dicuntur Germanicis scripto. Cf. Franc. Dietrichius, Germ. X 264 et Hauptii diar. Germ. XIII 33. Notandum autem est in lingua vet. septentrionali *î* praefixo non raro contrarium quoque sensum deminutivum inesse, ut Grimmius quae enumerat exempla Latinis adjectivis cum *sub* praep. compositis reddiderit velut *îbeiskr* subamarus, *îbiúgr* subcurvus, *îfeitr* subpinguis, *îgroenn* subviridis al. Quae si quaeris qua via ad hanc deminutivam significationem pervenerint, simili id ratione factum esse respondeo ac supra in adjectivo *incanus* fieri potuisse cognovimus.

Plurima exempla Germaniae inferioris et antiquiores dialecti et recentiores praebent, ubi etiam nunc exstant. Anglosaxonica Franc. Dietrichius in Hauptii diar. XI, 413. XIII, 32 collegit; sunt autem haec: *infrôd* perprudens Beov. 1874. 2449, ubi Greinius id inutili conjectura tollere voluit, *indryhten* pernobilis et quod verisimile est *inflêde* peraquosus. Antiquioris Saxonicae dialecti praeter *insath* nullum exemplum superest, recentiora tamen nonnulla Hoeferus l. l. 64 congessit ut *inboes* pessimus, *inbrâf* probissimus, *infet* valde pinguis, *infrâm* maxime pius, *inklôk* prudentissimus, *inmoer* mollissimus, maxime maceratus, al. Etiam in Hollandica dialecto aliisque cognatis similia inveniuntur. Superioris denique Germaniae lingua intensivi *in* non pauca exempla exhibet et nominalia et verbalia. Atque ex antiquioribus dialectis cum *ingrûên* et *ingrûêntlîh* jam commemorata sint, medium quod vocatur aevum nobis suppeditet *ingrüene* perviridis, *indurstec*, *inviurec*, *inguot* alia, etiam ex aequalium lingua antea substantivorum *Ingrimm*, *Inbrunst* et similium mentio est facta. Recte Grimmius l. l. 761 animadvertit intensivum *in* nunquam *ein* sonare enumeratque *ingut* et vulgaria *inschön*, *inlieb*, *inhohl*, quibus Hoeferus e Vilmarii idiotico Hassiaco (p. 184 sq.) adicit *indüerlich*, *ingescheid*, *inkrank*, *inschlecht*, *ingut*, *ingrün*, *infromm*, *instolz*.

Perlustranti haec omnia exempla dubium esse non potest, quin in Germanicis linguis, si quod praefixum *in* intensivum agnoscendum est, idem sit quod praepositio, quae quomodo augendi vim exprimere potuerit, supra explicavimus. Ac quominus hanc praepositionem intensivam cum negativo praefixo confundamus, ipsa obstat formarum diversitas. Hoc enim *un* per plerasque dialectos sonat, nasali elisa in vetere dial. sept. *ô* efficitur ut *î* ex *in*. Verum obstat etiam significatio vocabulorum illorum Germanicorum, quam priusquam explicemus, pauca altius repetenda sunt.

Praefixo negativo privationem exprimi veteres sive grammatici sive philosophi censebant inprimis stoici, quorum testimonia diligenter collegit Rud. Schmidt, stoicorum gramma-

tica, Halis 1839. Ac Chrysippus quidem, qui in libro *περὶ ἀνωμαλίας* peculiare caput *περὶ τῶν στερητικῶν* inscripsit, vocabula negativa minime respondere docuit notionibus quae iis continerentur. Quoniam enim, quod ex sua cuique natura vel condicione conveniret, eo privatus esse praefixo negativo diceretur, stoicus ille vocabulis cum alpha privativo compositis negavit quidquam positivi posse denotari. Quod contra fieri in lingua, nam haud raro positivis vocabulis privativum sensum, privativis positivum subesse; sic pro pauperis et caeci epithetis exspectari negativa vocabula (*καὶ τοῦτο δὴ ἰστέον, ὅτι ἐνίοτε μὲν οὐ στερητικὰ ὀνόματα στέρησιν δηλοῖ, ὡς ἡ πενία τὴν στέρησιν τῶν χρημάτων καὶ ὁ τυφλὸς στέρησιν ὄψεως*) nec recte deos vocari immortales (*ἐνίοτε δὲ τὰ στερητικὰ ὀνόματα οὐ στέρησιν δηλοῖ· τὸ γὰρ ἀθάνατον στερητικὸν ἔχον τὸ σχῆμα τῆς λέξεως οὐ σημαίνει στέρησιν· οὐ γὰρ ἐπὶ πεφυκότος ἀποθνήσκειν εἶτα μὴ ἀποθνήσκοντος χρώμεθα τῷ ὀνόματι*). Stoici igitur privationem (*στέρησις*), negationem (*ἀπόφασις*), contrarium (*τὸ ἐναντίον*) distinguenda esse arbitrabantur, licet in lingua haec tria genera non raro confunderentur; quin etiam uno eodemque vocabulo ea contineri posse argutius illi docebant, velut in vocabulo *ἄφωνος*, quod negative de piscibus, privative de aegrotis hominibus, contrarie de tragoedis praedicaretur. Cff. Pottius, quaest. etym. I² p. 386 sqq., Steinthalius, hist. gramm. ap. Graec. et Rom. p. 351 sq. Itaque jam veteres philosophos non fugit interdum huic alpha praefixo non tam privativum sensum subesse quam depravativum, sed, ut erant philosophi potius quam grammatici, numquam iis contigit, ut causas penitus perspicerent, immo vero ne hoc quidem intellexerunt privationis notionem non tam artis finibus restringendam esse, ut, quam quis rem non habere dicatur, eam antea habuerit necesse sit. Talia in hoc quidem praefixo lingua non curavit, quamquam similia ei placuisse discrimina non desunt qui statuant. Hermannus enim ad Eur. Iph. Taur. 925, quae nomina, inquit, *ἀπό* habent, ita notant detractionem, ut id quod detractum

significatur ante adfuisse indicetur; sic *ἀπότιμος* apud Soph. est qui remotus ab honore, *ἀπόσιτος* is, cui detractus est cibus. Verum hoc discrimen vir summus subtilius excogitavit quam verius, veteres autem, licet multo saepe subtiliora commenti sint, nihil ejusmodi docuerunt.

Quae omnia longe aliter cecidissent, si grammatici Graeci ea ratiocinatione atque iis subsidiis usi essent, quibus Indici collegae instructi ad eandem materiam tractandam accesserunt. Nihil enim aliud hi *an* praefixo denotari existimabant quam abesse id, quod pedisequo nomine exprimeretur: *ἀθάνατος* non est morte privatus sed a quo mors abest, qui non moritur. Quod scite Benfeyus, hist. ling. scient. p. 128 adnotat ne hanc quidem significationem videri primitivam sed proficiscendum esse a notione dissimilitudinis, id mihi quoque valde arridet, sed ea quaestio multo difficilior est, quam ut hoc loco omnino institui possit ne dicam absolvi. Meminerimus modo — id quod omnes fere viri docti nunc statuunt — radices pronominales cum gestibus ab initio pronuntiatas esse, intellegemus, quomodo ea stirps, qua quid „aliter comparatum“ esse proprie dicatur, facile sensum assumpserit mere negativum. Atque ab initio semper positivam notionem praefixo nostro simpliciter negatam esse Benfeyus ex usu antiquissimo linguae Sanscritae collegit, velut e composito vocabulo *anaçva* non equus i. e. omne quod non sit equus R. V. 152, 5, ubi tamen Grassmannus in lex. Ved. p. 53 vertit: sine equis. Talia composita, quae Aristoteles si cognosset, *ἀόριστα* dixisset, Benfeyus facete cum jocosis illis aenigmatis comparat, in quibus ubi tres adumbrantur res, quarum nulla sit vel rosa vel spina, explicatio est: nulla rosa sine spina. Cum autem in ejusmodi vocabulis mere negativis unicuique permissum sit, ut quodcunque velit positivum cogitatione fingat, manifestum est, quam multiplicem fingendi copiam haec rudis atque incerta compositio uberioribus praebuerit hominum ingeniis. Liceat hoc nonnullis aliis exemplis illustrare.

Varia sunt vocabula Sanscrita, quae huc pertinent quo-

rumque pauca exposuit Pottius, quaest. et. I[2] 388. Atque in nominibus quibusdam abstractis et concretis nihil percipitur nisi negatio velut in Vedico *aditi* absentia possessionis, penuria, *anāhuti* nulla libatio i. e. praetermissio libationum, *anapasaraṇa* absentia exitus, *anājatana* absentia sedis i. e. aptae sedis, sedes non idonea, *anīça* non dominus i. e. qui alicujus rei compos non est, *akshudh* non fames i. e. saturitas, alia. Non semper necessarium est certae cujusquam rei imaginem cogitatione fingere, velut *anātman* omne est, quod non sit animus, deinde, quia *ātman* etiam pronominis *ipse* vice fungitur: non ipse i. e. alius, sed in nonnullis exemplis etiam latior imaginandi campus nobis aperitur quo exspatiemur. Miram quandam significationis varietatem complectitur Vedicum *abhva*: proprie quod non est, deinde quod naturam excedit vel ei repugnat 1) immensus, infinitus 2) infinita magnitudo, immanitas, 3) concr. monstrum, prodigium 4) omne suspectum, terror, inprimis 5) atra nox nubium tempestatem parturientium (cf. Pottius lex. rad. I 1149). Miram diximus hanc significationis varietatem non quo ipsi hoc potissimum exemplum magnopere miremur, sed quia inde vel maxime elucet, quanta fuerit et quam fecunda imaginandi facultas apud populos Asianos. Eadem ex aliis vocabulis Sanscritis cognoscas. Sic *aga* et *agam* nihil aliud est nisi non iens, quod non it, deinde arbor, anguis, mons, *agada* est non morbus, deinde, id, quo morbus arcetur, remedium, medicina, similia. Adjectiva privativa ita sua sponte nos ad sensum positivum adducunt: *aǵa* est non natus i. e. sempiternus, *akava* non malus i. e. bonus, *anāga*, qui culpa vacat, sincerus, sacer, *ananga* sine corpore, quod ad animum pertinet (cf. etiam *na atjādrita* non cultus i. e. neglectus) nec difficilior fit transitus ad depravativam significationem: *aguna* non virtus i. e. mala proprietas, vitium. Quin etiam infesti sensum praefixo privativo Graeci grammatici tribuissent, si Vedicum cognovissent *anindra* non Indra i. e. ab Indra alienus, Indrae infestus, inimicus. In aliis rursus similibus exemplis nulla inest notio infesti *abrahmaṇa*

significatur ante adfuisse indicetur; sic *ἀπότιμος* apud Soph. est qui remotus ab honore, *ἀπόσιτος* is, cui detractus est cibus. Verum hoc discrimen vir summus subtilius excogitavit quam verius, veteres autem, licet multo saepe subtiliora commenti sint, nihil ejusmodi docuerunt.

Quae omnia longe aliter cecidissent, si grammatici Graeci ea ratiocinatione atque iis subsidiis usi essent, quibus Indici collegae instructi ad eandem materiam tractandam accesserunt. Nihil enim aliud hi *an* praefixo denotari existimabant quam abesse id, quod pedisequo nomine exprimeretur: *ἀθάνατος* non est morte privatus sed a quo mors abest, qui non moritur. Quod scite Benfeyus, hist. ling. scient. p. 128 adnotat ne hanc quidem significationem videri primitivam sed proficiscendum esse a notione dissimilitudinis, id mihi quoque valde arridet, sed ea quaestio multo difficilior est, quam ut hoc loco omnino institui possit ne dicam absolvi. Meminerimus modo — id quod omnes fere viri docti nunc statuunt — radices pronominales cum gestibus ab initio pronuntiatas esse, intellegemus, quomodo ea stirps, qua quid „aliter comparatum“ esse proprie dicatur, facile sensum assumpserit mere negativum. Atque ab initio semper positivam notionem praefixo nostro simpliciter negatam esse Benfeyus ex usu antiquissimo linguae Sanscritae collegit, velut e composito vocabulo *anaçva* non equus i. e. omne quod non sit equus R. V. 152, 5, ubi tamen Grassmannus in lex. Ved. p. 53 vertit: sine equis. Talia composita, quae Aristoteles si cognosset, *ἀόριστα* dixisset, Benfeyus facete cum jocosis illis aenigmatis comparat, in quibus ubi tres adumbrantur res, quarum nulla sit vel rosa vel spina, explicatio est: nulla rosa sine spina. Cum autem in ejusmodi vocabulis mere negativis unicuique permissum sit, ut quodcunque velit positivum cogitatione fingat, manifestum est, quam multiplicem fingendi copiam haec rudis atque incerta compositio uberioribus praebuerit hominum ingeniis. Liceat hoc nonnullis aliis exemplis illustrare.

Varia sunt vocabula Sanscrita, quae huc pertinent quo-

rumque pauca exposuit Pottius, quaest. et. I² 388. Atque in nominibus quibusdam abstractis et concretis nihil percipitur nisi negatio velut in Vedico *aditi* absentia possessionis, penuria, *anāhuti* nulla libatio i. e. praetermissio libationum, *anapasaraṇa* absentia exitus, *anājatana* absentia sedis i. e. aptae sedis, sedes non idonea, *anīça* non dominus i. e. qui alicujus rei compos non est, *akshudh* non fames i. e. saturitas, alia. Non semper necessarium est certae cujusquam rei imaginem cogitatione fingere, velut *anātman* omne est, quod non sit animus, deinde, quia *ātman* etiam pronominis *ipse* vice fungitur: non ipse i. e. alius, sed in nonnullis exemplis etiam latior imaginandi campus nobis aperitur quo exspatiemur. Miram quandam significationis varietatem complectitur Vedicum *abhva*: proprie quod non est, deinde quod naturam excedit vel ei repugnat 1) immensus, infinitus 2) infinita magnitudo, immanitas, 3) concr. monstrum, prodigium 4) omne suspectum, terror, inprimis 5) atra nox nubium tempestatem parturientium (cf. Pottius lex. rad. I 1149). Miram diximus hanc significationis varietatem non quo ipsi hoc potissimum exemplum magnopere miremur, sed quia inde vel maxime elucet, quanta fuerit et quam fecunda imaginandi facultas apud populos Asianos. Eadem ex aliis vocabulis Sanscritis cognoscas. Sic *aga* et *agam* nihil aliud est nisi non iens, quod non it, deinde arbor, anguis, mons, *agada* est non morbus, deinde, id, quo morbus arcetur, remedium, medicina, similia. Adjectiva privativa ita sua sponte nos ad sensum positivum adducunt: *aǵa* est non natus i. e. sempiternus, *akava* non malus i. e. bonus, *anāga*, qui culpa vacat, sincerus, sacer, *anaṅga* sine corpore, quod ad animum pertinet (cf. etiam *na atjādrita* non cultus i. e. neglectus) nec difficilior fit transitus ad depravativam significationem: *aguna* non virtus i. e. mala proprietas, vitium. Quin etiam infesti sensum praefixo privativo Graeci grammatici tribuissent, si Vedicum cognovissent *anindra* non Indra i. e. ab Indra alienus, Indrae infestus, inimicus. In aliis rursus similibus exemplis nulla inest notio infesti *abrahmaṇa*

qui non est *brahman,* ut Bactr. *anairja* ex Aria non oriundus. Interdum nomen cui *an* praecedit sensu ut ajunt grammatici praegnanti dicitur, id quod ad vocabuli compositi significationem transferatur necesse est: *anaksha* non est is, qui oculos non habet sed qui iis non utitur, non aliter ac si nos ei qui non videt quod ante pedes est: heus tu, acclamamus, an oculos non habes? Ita in hoc genere Sanscritam linguam nulla alia aequiparat, nec mirum profecto, cum tantae notionum varietati respondeat summa ac paene legibus soluta compositionis libertas. Sanscritum enim praefixum componitur cum substantivis, adjectivis, pronominibus (cf. *a-sa-s* non hic), participiis, infinitivis, cum verbo denique finito (cf. supra p. 6).

Omnia autem exempla quae usque adhuc examinavimus determinativa composita sunt antiquitatis nota satis insignia. Etiam plura exstant attributiva, in quibus id quod membro altero continetur nomen vel ab aliquo abesse dicitur vel parum ei convenire. Quam recte Justius horum vocabulorum compositionem subtiliorem ac perfectiorem esse intellexerit quam cetera genera, ex iis quoque exemplis elucet quae huc referenda sunt, sed haec omnino persequi et longum est et a proposito nostro alienum. Quare ad Germanica illa vocabula cum praefixo negativo composita revertamur, quibus nonnulli viri docti usi sunt ad explicandum alpha intensivum. Egregie Grimmius II 775 sqq. nomina composita cum *un* praefixo — verba enim non componuntur — explicavit, cujus commentationis haec fere summa est: *un* praefixum cum non sit negativum ut *ni,* sed privativum tantummodo ac deminutivum, cum antiquioris Germanicae dialecti praefixis *â, aba, missa, wana* comparari potest. Itaque *un* in nullo est pronomine negativo, ut nunquam dixerint Gothi *unvaíhts* pro *nivaíhts,* significatio autem hujus praefixi diversa est pro vocabulorum natura quibuscum componitur et pro temporibus ac locis quibus invenitur. Haec paullo accuratius examinemus.

Particula *un* omnibus fere adjectivis sensu privativo

praefigi potest, non aeque omnibus substantivis. E magna exemplorum copia commemorentur Gothica: *unbrûks* inutilis, *unfagrs* ingratus, *unhráins* impurus, *unkarja*, non sollicitus, al., ex ant. dial. Germ. *unadalisc* degener (cf. *unadallîh* ignobilis) *unpidarpi* improbus, *ungahiuri* ingens, *unliup* non exoptatus, *unmâzi* immensus, *unmâri* infamis, alia, ex med. aev. lingua *ungobære*, *ungâz*, *ungehiure*, *ungemach*, *unfrô*, *unwæge* alia, nostrae aetatis sunt *unbändig*, *unblutig*, *unedel*, *unnütz*, *unsauber*, alia, Anglosax. *unbrâd* non latus, *unclæne* impurus, *unbëorht* non lucidus, *ungrêne* non viridis, *unfæle*, al., ex vet. sept. *ôargr* impavidus, *ôbrâðr* lentus, *ôglaðr* tristis, *ôharðr* lenis, *ôrîkr* impotens, alia. Singulorum exemplorum qui sensus sit, ex ipsa versione quodammodo cognosci potest, cum ea Latinis adjectivis vel cum *non* negativo compositis vel simplicibus respondeant. Substantivorum praefixum *un* etiam majorem significationis varietatem efficit et sensum quidem plerumque fortiorem.

Atque antepositum nominibus concretis, quibus homines, bestiae, plantae designantur, *un* significat quod naturae repugnans, pravum, malum est, ita tamen, ut non universe contraria indicentur substantivorum notionibus sed ut certa quaedam nomina in malum vertantur sensum. Exempla sunt Goth. *unhultha* daemon, Anglosax. *unvin* inimicus, sept. Germ. *ôvinr* inimicus, *ôvættr* daemon, *ôthiôð* mala gens, ant. Germ. *unerbo* heres alienus, ex med. aev. ling. *undiet* mala gens, *unvolc* idem, *unwîp* mala mulier, alia, nostra *Unhold*, *Unkraut*, *Unmensch*, *Unthier* alia. Quae quamvis simplicia videantur, non pauca tamen licentius composita esse concedes, si v. c. nostrum *Unkraut* animadverteris, quod, ut recte Pottius quaest. et. I² 387 explicat, neque ita contrarium exprimit herbae, ut sit vel arbor vel lapis vel animal, neque herba omnino non esse dicitur, sed quod assumpta pro libidine utilitatis notione herbam significat inutilem. Abstractis nominibus praepositum *un*, si Grimmium audimus, haud raro quidem simpliciter contrarium indicat sed saepe etiam aut lenius aut fortius. Conferantur Goth. *unagei* ἀφοβία,

unháili μαλακία, morbus, *unsêlei* πονηρία, malignitas, ant. Germ. *unkraft* imbecillitas, *unchunni* origo impura, *unchust* malignitas, insidiae, *unende* quod infinitum est, magnus numerus, med. aev. sunt *unart, ungebære, unbilde, unkunst, ungelimpf, ungemach, unmâze* alia, nostrae aetatis *Unart, Ungebühr, Ungeduld, Unehre, Unzucht, Unfriede, Unlust, Unmuth* alia, Anglosax. *unæmta* impedimentum, *unâr* dedecus, *unrîm* multitudo, vet. sept. *ôár* annonae difficultas, *ôâta* res non vesca, *ôbeit* fastidium, *ôdâð* nefas, *ôfarir* iter infelix, *ôhliôð* ululatus, *ôland* terra infelix, *ôsannr* iniquitas alia. Grimmius hanc fortiorem sive intensivam quae videri potest significationem a leniore deducendam esse putat, tantum enim abfuisse, ut homines humanae naturae innata vitia suis quaeque nominibus vocarent, ut earum offensionem circumscribendi quasi quibusdam integumentis delenire studerent, ita dici *unminne, Unthat, Ungesell* sim.

Haec ut vera esse concedamus, illud quoque obliviscendum non est aliis temporibus et aliis locis alium sensum multis vocabulis subfuisse. Sic apud majores nostros *unzucht* nihil erat nisi immodestia, rusticitas, nunc multo gravius vitium significat, *untât* erat male factum, macula, sed jam in vet. sept. dial. *ôdâð* dicitur nefas, nobis *Unthat* est nefarium facinus, scelus.

Grimmius exempla quae huc pertinent si non omnia enumeravit at satis multa collegit, unde cognosci possit, quam late patuerit hic usus. Sed explicata res nondum est. Vel id ipsum discrimen, quod inter fortiorem quam dixit et leniorem significationem intercedere voluit, nimis incertum ac dubium erat. Quod in vet. ling. sept. *ôklârr* obscurus etiam subobscurus verti potest, illud *ô-* nonnulli viri docti idem esse suspicabantur quod *î* praefixum, sed per se patet accuratissime haec esse distinguenda. Grimmius saepe versione Germanica vel Latina deceptus, quem sensum singula composita paullatim induissent, eum opinabatur esse primariam significationem, quam dubiam et incertam fuisse negaret. Ac proficiscendum sane est a negatione quadam

qua notionem nomini alicui innatam in eo agnoscere vetamur praefixo. Talibus compositis cum vel rei alicui vel observationi id quod continetur nomine convenire negemus, non raro in contrarium incidimus. Quare verum si quaeris, praefixo illo ne privatio quidem exprimitur qua quid tollatur quod nomine continetur, sed reicitur tantummodo notio, sive ea nomini suberat sive ex aliorum sententia admittenda erat sive exspectari potest. Praeterea observandum est, quid illud sit cui nomen praefixo negativo addito opponatur, utrum concretum sit an abstractum, utrum qualitatem significet an rem. Quae si omnia meminerimus, facilius intellegemus, quomodo Grimmius *un* particulae modo fortiorem modo leniorem, modo mere negativam modo depravativam significationem tribuere potuerit. Pauca exempla proferantur.

Gothicum *unhultha* cum ab initio nihil significet nisi eum de quo *hultha* adjectivum praedicari nequit, haud difficulter transitus fit ad contrarium quo vel homo vel daemon infestus et hostilis indicatur, ut nostrum quoque *Unhold* ab initio nihil aliud est nisi *nicht hold.* Quid igitur? si adjectiva quaedam in hoc tanquam infimo lenioris significationis gradu subsistunt ut *unschön, unlieb, unklug,* nonne interdum ut Grimmius voluit malam duritiem delenire videntur adjectivorum *hässlich, verhasst, thöricht,* dummodo cum his comparentur vel ponantur ubi haec usurpanda erant? Sed tamen deminutiva vi praefixum *un* in his exemplis non magis caret quam in adjectivo illo *unhultha* intensiva. Antiquius Germanicum *unerbo* nemo recte intelleget nisi praegnantem membri alterius sensum accurate animadverterit: *erbo* enim in hoc vocabulo est heres lege constitutus, *unerbo* igitur eum denotat qui natura non est hereditati destinatus, heres alienus. Ac quandoquidem uniuscujusque nominis plena vis ac notio comprehendenda est neglectis nullis qualitatibus quae una cogitari solent, si quid tamen desit, nemo negaverit nomini omnino nullum esse locum. Sic medio quod vocatur aevo *unwîp* dicebatur ea femina quae summa

muliebri virtute caret, expers castitatis, mala mulier, quamquam pro illorum temporum moribus non tantum sceleris hoc vocabulo continetur quam si eodem praefixo nunc dicimus *Unmensch*. Quae cum ita sint, si *un* praefixum iis vocabulis anteponitur, quae si non quid boni per se at certe nihil mali exprimunt, solita qualitas negatur et sensum depravativum particula habere potest ut med. aev. *undiet* mala gens, *ungewürme* vermes noxii, nostrae aetatis *Unding, Unwetter, Unzeit,* similia.

Eadem ratione nonnullis vocabulis *un* praefixo superlativam ut ita dicam notionem addimus pro natura oppositae significationis. Sic nostrum *Unthier* est animal quod magnitudine modum vulgo observatum excedit, *Unmasse* nimis ampla multitudo i. e. quae usitatum modum egreditur, *Unzahl* numerus solito major, similia. Quin etiam ejusdem compositi significatio ita in diversas partes abire potest, ut ab eodem praefixo contrariae notiones proficisci videantur. Nec tamen a praefixo proficiscuntur, sed ex incerta natura comparatae notionis profluxerunt cui nomen cum particula *un* conjunctum cogitando opponimus. Nam nostrum *Untiefe* aut vadum denotat (cf. vet. Germ. *untiufi* syrtis) in quo notio profunditatis a loco quodam fluminis abjudicatur aut voraginem, imum mare, in quo *un* aut sensum habet depravativum ut in exemplis supra allatis aut solita qualitas i. e. solita fluminis profunditas eodem modo negatur atque in aliis illis compositis antea propositis.

Adjectivorum et participiorum ratio, universe si quaerimus, multo simplicior est, cum iis Germanice reddendis etiam secundum Grimmium nostra negatio sufficiat. Nihilo tamen setius in his quoque tam lenia saepe discrimina percipiuntur, vix ut distincte circumscribi possint vel diversis saltem modis circumscribendae videantur, quo in genere scire refert quid inter nostras negationes *un* et *nicht* intersit. Sed etiam adjectivis in dialectis quibusdam *un* praefixum ita nonnunquam anteponitur, ut insoliti habeat notionem indeque intensivam. Sic Stalderus, de diall. Helv. p. 228 haec affert

Helvetica cum adjectiva tum substantiva: *ungròss, Unkind, Unkuh, Unmaul, Unnase, Unschaaf* (permagnus, magnus infans, magna vacca, m. os, m. nasus, m. ovis) alia. Similia in aliis quoque dialectis Germanicis inveniuntur. Sed utcunque haec se habent, duo certe evicisse nobis videmur, primum composita Germanica quae ab *un* praefixo incipiunt una comprehendi explicatione, cum idem semper sit praefixum negativum, deinde huic ab initio notionem intensivam nullam subesse. Quae si recte disputata sunt, non magis e nostro *un* quam ex Latino *in* colligendum est Graecorum alpha intensivum, ut Doederlinus, Hennickeus, Pottius alii voluerunt, ad alpha privativum redire. Ac si pleraque vocabula quibus intensivum praefixum assignatum est infra tamen a negativo incipere viderimus, huic suam notionem semper fere subesse intellegemus, licet ut inter Indos et Germanos ita inter hos et Graecos usus quaedam similitudo intercedat. Linguas autem accuratius comparantis est non solum, quae communia sint compluribus, enarrare sed etiam suam cuique sermoni indolem tribuere ac naturam. Haec inter se misceret qui e Germanorum consuetudine Graecorum vellet non dissimilem usum illustrare. Jam eo revertamur unde (p. 8) profecti sumus, et alteram illam explicationem examinemus qua secundum Benfeyum, Toblerum, Kuehnerum alpha intensivum e copulativo ortum est.

Hartungius qui primus hanc explicandi viam iniit physica quasi observatione usus intensivam notionem, si ad sensuum perceptionem revocetur, nihil aliud esse vult quam compressionem quandam rerum vel artiorem in eundem locum conjunctionem. Sic, inquit, et ipsa re et *con* praepositionis analogia cogimur, ut alpha intensivum et alpha copulativum idem esse statuamus. Sed neutrum verum est. Vocabula enim ea quae ab alpha copulativo incipiunt primariam semper significationem servant particulae *sa,* ut Sanscrite sonat: *ἀδελφός* est ex eodem utero natus, *ἀολλής*

compressus, ἄλοχος mulier lecti particeps, alia. Nusquam notio intensiva deprehenditur, ne in iis quidem exemplis quibus e posterioris partis propria significatione subesse possit videri ut in ἀολλής adjectivo. An quid aliud alpha copulativum exprimit quam ipsam illam sive conjunctionem sive communionem? Neque vero *con* praepositionis similitudo ad nomina illa quadrat, cum *con* intensivi ne unum quidem exemplum Hartungius afferat. Quin etiam multo contortior est Benfeyi explicatio, qui ἄγονος vertit: prolem secum habens i. e. progenie praeditus et hoc idem fere (?) esse vult quod πολύγονος. Nonne hoc est vim afferre linguae vel ei inculcare quae ipsa respuit? Toblerus denique a penetrandi notione proficiscitur qua plerisque in compositis nos plane destitui facile intellexeris. Quae cum ita sint, quoniam nemo adhuc sat probabili argumentatione evincere potuit quomodo ex copulativo alpha intensivum ortum sit, tota haec explicatio in dubium vocanda est. Accedit quod virorum doctorum quos nominavimus nullus exempla collegit collectaque accuratius examinavit, cum praesertim nonnulla sint admodum incerta. Sic Hesychianum illud ἀγύμναστος in quo explicando Benfeyus frustra laborat firma auctoritate caret, alia exempla a prothetico alpha incipiunt neque ullum intensivae notionis vestigium produnt, in aliis fortasse praepositiones latent de quibus postea agetur, aliorum denique tam incertum est veriloquium, ut nec pro alpha intensivi exemplis nec pro alio genere possint haberi.

Sed priusquam haec singula spectemus, pauca de Savelsbergii conjectura addenda sunt qua is Sanscrito praefixo *ati* „ultra“ Graecum alpha intensivum respondere suspicatus est, idque inprimis glossis quibusdam Hesychianis — quid enim ex Hesychio non probatur? — confirmare studuit. Tria autem sunt vocabula quibus vir doctissimus vel integram formam praefixi ἀσι vel productam servari opinatur: 1) ἀσιασκεῖ· σκευάζει. 2) ἀσίχηρ· δοτικός et ἤσιχερ· δαψιλής. 3) ἠσίπεπον· εὐτραφές. At enim primam formam — ut omittam nullum

esse vocabulum Graecum unde vel summae conjectandi audaciae licuerit novam praepositionem elicere — primam igitur formam Maur. Schmidtius merito in earum glossarum farraginem detrusit, quas Alexandrinorum ingenio indignas esse existimaret. Nam *ἀσκεῖ* sive simplex sive cum praepositione compositum quis sat probabili conjectura assequi potest sententiarum ullo conexu sensum aequasse verbi *σκευάζειν*? *Ἀσιχήρ* vero et *ἤσιχερ* — sic enim nunc scribuntur in novissima Hesychii editione — sine dubio ad idem vocabulum pertinent, quod si *ἡσί-χηρ* vel *ἡσί-χειρ* sonuit, non aliter formatum est atque *ἡσι-επής* et *Ἡσί-οδος* i. e. prius membrum verbale est totumque significat: mittens i. e. cito extendens manus scil. ad dandum, *δοτικός, δαψιλής*. Formam *ἀσιχήρ* sive *ἁσιχήρ* dialecti esse suspicamur ubi pristina vocalis alpha radicis *jā* (*ἁ*) servata sit. Nec diversum ab his est *ἡσι-πέπων* quod neutro genere Hesychius exhibet, i. e. matura (maturos fructus) mittens, ut de Cerere praedicatur *ἀν-ησί-δωρος* cum eodem membro priore. Cf. etiam *ζεί-δωρος* ejusdem significationis vocabulum.

Ex *ἀσι* praefixo Savelsbergius *αἰ* derivat quod latere vult in *ἀίδηλος* et *αἴγλη* pro *ἀσι-γλη* coll. adj. *σι-γαλό-εις*. Verum hoc exemplum, quandoquidem a Sanscrito *ag-ni-s*, Lat. *ig-ni-s* haud facile segregaveris, est pro *ἀγ-ιλη* ut *αἰχμη* pro *ἀκιμη*, *ἀίδηλος* autem longe aliter formatum esse infra videbimus. Praeterea *ἀσ* in *Ἄσ-ανδρος*, *ἀσ-πάσιο-ς*, *ἠε* in *ἐπ-ηε-τανό-ς*, *ἀτ-* in *ἀτ-ρέμας* Savelsbergius ad idem omnia praefixum *ati* revocat ut certissima ejus exempla. At quoniam difficile est nominum propriorum sciscitari veriloquia, mittamus Asandrum sive Liebmannum ut vertit Benselerus, *ἀ-σπάσιο-ς* a verbo *ἀ-σπάζεσθαι* (cf. *σπάω*) segregari nequit, in *ἐπ-ηε-τανό-ς* adjectivo coartatam stirpem *αἰϝες* contineri Curtius 388 nobis persuasit, *ἀ-τρέμ-ας* denique „non timide, tranquille“ non video cur a radice *τρεμ* divellamus. Quid? si variae formae praefixi illius commenticii *ἀτι-, ἀσι-, αι-, σι-, ασ-, ατ-* non melioribus commendantur argumentis quam quibus commendari eas modo nega-

vimus, in tot aliis vocabulis censeamus nihil reliquum esse nisi unum alpha ut in *ἀ-γλαός*, *ἀ-σπερχής*, *ἀ-άατος* similibus? Credat Judaeus Apella, non ego nec mecum opinor alii. Huc accedit — quamquam vix quidquam accedat necesse est — quod Sanscritum illud praefixum *ati* Graeca particula *ἔτι* ad amussim exaequat (cf. Curtius 207) cujus dentalis litera nunquam in *σ* mutatur vel adeo evanescit. Itaque ne novissimus quidem alpha intensivi patronus, quamvis sagaciter egerit causam, judicium vicit, etiamsi non defuerunt qui eum sequerentur. Praeter Duentzerum et Autenriethium, quorum utrique quae de singulis placuerint infra cognoscemus, Quirinum dico Esserum qui, quaest. etymol. (Bonnae 1869) p. 27 sqq. non modo omnia exempla a Savelsbergio prolata repetiit sed multa addidit alia cum *η* intensivo composita. Ab hoc enim praefixo *η* (pro *ἀσι-*) ei incipere videntur *ἤ-πειρος*, *ἠ-βαιός*, *ἦ-νωρ* alia idemque continere *εὐ-η-γενής*, *ἀπ-η-λεγής*, *ἐπ-ή-βολος*, *ὑπ-ή-βολος*, *δυς-ή-βολο-ς*, *ὀλιγ-η-πελέων*, *θυ-η-πόλος* similia, de quibus cum alii nuper saepius egerint, tum ipse quid sentiam aperui in Curt. stud. VII 21 sqq.

Quaenam est igitur — id possumus cum Doederlino quaerere — tam longae disputationis summa quam brevissima? Ne cum illo respondeamus majorem partem eorum vocabulorum, in quibus aut vulgo aut quorundam opinione alpha agnoscatur intensivum, prorsus eximendam esse, immo vero tale praefixum omnino nullum exstare libere profiteamur linguarum cognatarum certa similitudine utique destituti. Sed ut damnum statim reficiamus, novum genus praefixorum pro abjecto inducamus, quod brevitatis causa liceat praepositionale vocare. Constat enim praepositiones, si cum aliis vocabulis conjunguntur, gravissimas saepe mutationes subire et ita nonnunquam quasi truncari, ut quondam eas exstitisse aegre perspicias. Cujus generis recentiores linguae multa exempla suppeditant, sed ne in antiquis quidem plane desunt, quamquam multo ibi sunt rariora. Exstiterunt sane nostra aetate qui mutilatas prae-

positiones permultis vocabulis subesse perperam censerent, sed quominus tali suspicione temere abutamur, Graecarum formarum mira illa perspicuitate prohibemur qua initiales vocabulorum partes integrae servari solent. Nam quamvis usitata sit apocope praepositionum bisyllabarum, tamen ejusmodi aphaeresis magis dialectorum propria est inprimis epicae et Aeolicae. Virorum autem doctorum sententiae valde inter se discrepant: Lobeckius enim, path. el. I 37 sqq. non pauca exempla praepositionum mutilatarum admittit, Pottius, quaest. et. I² 218 sqq., II² 386 sqq. permultis in vocabulis Graecis locum iis concedit, Curtius denique, et. Gr. el. 679 caute ut solet hunc canonem nobis commendat, ut talem suspicionem omnino abiciamus, nisi singulis in vocabulis cum sonis tum significatione fiat ea verisimilis. Ac negari nequit haud multa esse vocabula quae a mutilatis praepositionibus incipere videantur, sed praepositionum *ἀνά, ἀπό, ἀμφί* nonnulla exempla exstant ubi aliam viam recentiorum explicatorum quantum quidem ego scio nullus est ingressus. His fortasse pauca alia addi possunt in quibus interpretandis hac ratione spreta frustra laboraveris.

Sic ex quattuor illis alpha praefixi generibus quae nostrae aetatis viri docti secundum veterum grammaticorum auctoritatem distinxerunt sublato tertio aliud substituimus ab his plerumque neglectum. Verum ne quartum quidem genus, sive alpha euphonicum nuncupas sive prostheticum sive alio nomine, eo sensu accipere possumus quo nobis oblatum est. Nam contra literas euphonicas non solum nostra aetate viri docti exstiterunt sed etiam, antequam linguae inter se comparari coeptae sunt, fuere qui de eo valde dubitarent. Hennickeus, sched. etym. p. 4 merito reicit alpha illud euphonicum cujus paene taedeat Passovii lexicon legentes, inconsiderate eos agere criminatus qui vocalem initialem Francogallicorum vocabulorum *espérance, épouse, espèce, être* euphonicam esse velint. Quid vero? prosthetici alpha quod putabant naturam melius perspexisse credis veteres? qui, cum alpha intensivo ea tantummodo exempla non tribuerent

in quibus ne summae quidem fingentium audaciae contigisset ut ullum intensivae notionis vestigium deprehenderent, tum alpha *κατὰ πρόσθεσιν* esse praefixum dicerent, tum *πλεονασμῷ*, tum ubi commodum videbatur *εἰρωνίας ἕνεκα*. Commodissimum autem hoc erat in formis duplicibus ubi alpha vel praefixum esse vel deesse poterat ut in *σκαρίζω* et *ἀσκαρίζω*, *σκαλίζω* et *ἀσκαλίζω* similibus. Nunc scimus linguarum comparatione edocti permultis vocabulis non mutata significatione vocales praefigi quarum forma et usus pro temporum ac locorum diversitate variat et quae vulgo dicuntur protheticae. Hoc praefixum quale sit quaerere hic nihil attinet, sufficiat hoc novum genus euphonico illi substituere et frequentiorem ei usum concedere, quam veteres praefixo suo sive euphonico sive prosthetico sive pleonastico concedere potuerunt propter eas causas quas supra exposuimus.

Quae cum ita sint, quattuor omnino genera alpha praefixi exstant: protheticum, copulativum, privativum, praepositionale. Ex his generibus primum vocabula simplicia complectitur quorum praefixum rationibus mere phoneticis debetur; quae ceteris tribus generibus exempla continentur, omnia sunt composita quorum priora membra sunt indeclinabilia. Itaque tractaturis jam nobis singula vocabula in quibus vel veteres vel recentiores grammatici alpha intensivum deprehendere sibi visi sunt quattuor illa genera distinguenda erunt, in singulis autem vocabulis enumerandis primum ea secludenda videntur quorum alpha initiale manifesto sit stirpis, deinde ea quorum alpha initiale nondum exploratum est utrum ad stirpem pertineat an sit praefixum, i. e. *ἀνετυμολόγητα*. Ab his denique segregabimus ea exempla quae, etsi in dubiis lectionibus posita sunt, tamen a viris doctis huc referri solent. Sic septem habemus classes vocabulorum, quae ab alpha quod esse voluerunt intensivo incipere visa sunt quaeque omnia deinceps proponentur. Nam ne quid in recensione nostra deesse videatur, Doederlinum sequamur

qui ut ait ipse ne ea quidem vocabula in quibus error grammaticorum satis per se manifestus esset omittere voluit, quotiens ipse in transitu utiliter aliquid moneri posse existimaret. Atque ut consentaneum est a simplicibus vocabulis ordiamur.

I. ALPHA PROTHETICUM EST.

Tria sunt quae de vocalibus protheticis non semper satis accurate observari solent qualia sint: consonarum natura quibus hae vocales antecedunt, vocalium ipsarum sonus, temporum ac locorum diversitas. De his rebus pauca universe disserenda sunt, priusquam singula exempla suo ordine enarrentur.

Ante consonas quasdam sonus nascitur vocali similis qui auditur, priusquam consona ipsa ex ore loquentium erumpit. Hoc sono qui qualis sit nondum quaerimus totius vocabuli significatio minime mutatur, quia e solis pendet physicis rationibus, quas quo accuratius explicaveris, eo magis intelleges, quam sit tota res naturae legibus accommodata. Ante omnia igitur in consonae initialis naturam inquirendum est quod optime fecit Curtius etym. Gr.[4] 710 sqq. Quoniam enim consentaneum est duplices consonas difficiliores esse ad pronuntiandum quam simplices, lingua quasi vires colligit, antequam illae pronuntiantur, sive ut physicorum verbis utar glottides ita inter se appropinquant ut, priusquam aura per rimam perflet, sonus edatur. Jam si prior consonarum initialium ipsa est fricativa sive spirans sive sibilans, transitum ad sonum vocali similem et deinceps ad vocalem eo esse faciliorem intellegis: en habes cur ante tales potissimum consonas duplices saepissime inveniantur protheticae vocales. Sin autem prior consona non est continua sed explosiva quae vocatur, rariora exempla sunt.

Verum etiam ante simplices consonas vocales protheticae nascuntur. Quod si fit, ante continuas maximeque

ante liquidas, quoniam natura sua vocalibus finitimae sunt, facilius prothesin exspectes quam ante explosivas, et quod exspectaveris invenies. Ubi tamen his quoque potheticae vocales antecedunt, multum refert, utrum explosivae sint mediae an tenues. Cum illis enim, quibus vocem inesse physici docent, vocales cognationis quodam vinculo conjunctae sunt, ab his prorsus alienae. Inde explicandum est quod unum tantummodo certum exemplum Curtius afferre potuit ubi ante *κ* consonam est vocalis prothetica, ante *τ* et *π* literas nusquam ea invenitur. Vides, si ita naturam linguae ipsius spectas, quam non alia exspectare possis atque in ea reperis.

Sonum illum vocali similem sive ut apte Corssenus dicit vocalem irrationalem incertam fuisse, priusquam ad plenam verae vocalis vocem accresceret, cum ex iis intellegi potest quae modo de origine ejus exposita sunt tum ex ipsius diversitate, sive unam linguam perscrutamur sive plures. Quid vero? qua ratione tam incertum sonum ad diversas vocales accrevisse censeamus? Tria cogitari possunt: vocalis enim prothetica aut ad naturam initialis consonae ex affinitate quadam interiore sese applicavit aut progressiva assimilatione vocalem syllabae initialis secuta est aut denique neutrius soni propinquitati debetur. Haec omnia licet observare. An casu factum esse putas quod in posteriore lingua Latina ante *s* potissimum literam *i* vocalis, non alia nascitur in vocabulis *iscripta*, *ispirito*, *istatuam Isticho* aliis? quae recte Corssenus, de pron., accent., vocal. l. Lat. II² 268 sqq. ita explicat, ut in *s* sibilanti consona tanquam semen positum latere statuat tenuissimae *i* vocalis quae etiam in *e* debilitari potuit velut in Romanicis linguis. Cf. Prov. *estable*, Francogall. *espèce*, *état* (estat), *étude* (estude), similia.

Quod prothetica vocalis non raro vocali syllabae initialis assimulata est, e lingua Bactrica maxime et e Graeca elucet quarum in illa *r* consonae prout aut *i* aut *u* sequitur eae vocales antecedunt, cf. *irithjêithi* (*irith*), *irish-*

jēiti (*irish*), *urupi* (*urup, rup*), *uruth* vel *ruth*, alia. Tota res ita explicanda est ut jam in prima syllaba animo locuturi ea vocalis obversetur quae insequentis demum syllabae sit. Cf. Justius, comp. ling. Zend. p. 359, Spiegelius, gramm. ling. Bactr. p. 42 sq., 60 sq. Ex Graeca lingua cum Christio et Curtio huc referimus *ἄσταχυς, ἀσπαίρω, ἀσπάλαξ, ὄνομα, ὀτρύνω, ἐχθές, ἐνεγκεῖν, ἰκτίς*. Latinam linguam antea aliis rationibus duci vidimus, simile tamen aliquid in mediis vocabulis invenitur velut in *balatrones* vel *blaterones* et *blaterare* de quibus cf. Corssenus l. l. II² 384.

Nulli denique si pedisequae vel consonae vel vocali prothetica ipsa vocalis obtemperat, quid aliud exspectas quam primum ac simplicissimum *a* praeter quod interdum etiam vel *o* vel *e* inveniatur? Hoc plerumque in Graeca lingua factum esse ex iis maxime exemplis elucet in quibus eaedem radices diversas exhibent vocales protheticas: *ἀμέργω* et *ὀμόργνυμι, ἀσταφίς* et *ὀσταφίς*, et ex iis ubi alpha vocalis cuivis consonae antecedit. Verum in ejusmodi quaestionibus semper uniuscujusque linguae propria indoles ac natura quam accuratissime spectanda est eaque re ad tertium illud adducimur quod supra indicatum est.

Graeca lingua jam antiquitus vocales protheticas adamasse videtur, quia multa vocabula non sine prothesi inveniuntur, in paucis tantummodo exemplis formae vocali prothetica auctae posteriori debentur aetati. Hoc in ea lingua mirum videri potest quae et sonorum et formarum tam antiquam integritatem prae se fert, ut Sanscritam linguam ea paene exaequari, nonnunquam etiam superari constet. Verum etiam ipsos Graecos sonos observanti quomodo mutentur nonnulla occurrunt quae, cum pernicioso illi pronuntiationis languori tribuenda sint cui omnes linguae obnoxiae succumbunt, in aliis tamen aut nondum inveniuntur aut rarius. Atque ex hoc numero est etiam vocalium illa prothesis quae senescentis demum Latinae linguae imbecillitatem prodit, cum ex aliis quoque vestigiis ingra-

vescentis aetatis, e sonorum defectu, flexionis perturbationibus nulla dubitatio reliqua erat quin totius linguae interitus jam non posset evitari. In Graeca vero lingua protheticis vocalibus tantum abfuit ut formae destruerentur vel nulla jam esset earum perspicuitas, ut pleniores nascerentur nec raro fortasse numerosiores, licet ipsa vocabulorum explicatio additis illis non fieret facilior.

Tractaturis igitur nobis ea vocabula protheticis vocalibus aucta quorum alpha initiale perperam viri docti pro intensivo habuerunt, exempla enarranda sunt ex ordine consonarum quibus illud antecedit. Ac quoniam ante duplices consonas saepissime prothesin inveniri cognovimus, ab iis incipiamus. Praeter unum *ἀστήρ* in omnibus vocabulis ubi ante *σ* cum pedisequa consona explosiva vocalis prothetica nascitur etiam formae exstant sine ea vocali sive antiquiores sive aequales sive recentiores. Praeter formam *ἀστραπή* invenitur *στεροπή* nec magno temporis intervallo differunt *ἀσταφίς* apud Plat. et Xenoph. et *σταφίς* ap. Theocr., *ἄττα* et *τινά* sunt aequalia. Recentior forma est cum prothetica vocali *ἀσκαίρω* ap. Quint. Smyrn. quam Homericum *σκαίρω*, *ἀσπάλαξ* autem ap. Plut. legitur, *σπάλαξ* ap. Aristot., *ἀστρηνές* Hesychius explicat, *στρηνής* posteriorum debetur aetati. Possum nonnulla alia commemorare quae Curtius, quia minus certa sunt, omisit velut *ἀσκαλαβώτης* et *σκαλαβώτης*, sed nolo longus esse et transeo ad id exemplum quod primo loco simpliciter enarrandum est. Nam de forma Homerica

1) *ἄσταχυς*

praeter usitatum *στάχυς* non est cur post Curtium l. l. 712 verba faciamus. Thierschius, gramm. Gr. § 140 hoc vocabulum inter exempla alpha intensivi recensuit, cui ne Doederlinus quidem et Hennickeus in commentationibus de alpha intens. assentiuntur.

2) *ἀσφάραγος*

X 328 legitur; Hesych. *σφάραγος· λαιμός* exhibet, quae

forma etiam compositis vocabulis comprobatur *βαρυ-σφάραγος*, *ἐρι-σφάραγος*. Commenta veterum grammaticorum in Etym. M. 160, 50 collecta sunt, alpha *κατ' ἐπίτασιν* ortum esse Orion. Theb. p. 12 putat, rectius Doederlinus et Hennickeus alpha pro euphonico venditarunt. Veriloquium a Pottio indagatum Curtius l. l. 185 proponit, neque habeo quod addam.

3) *ἀσκελής*

varie explicatur apud Homerum. Circe Ulyssem ejusque socios ita alloquitur *κ* 463 (coll. 454, 457 sqq.)

νῦν δ' ἀσκελέες καὶ ἄθυμοι
αἰὲν ἄλης χαλεπῆς μεμνημένοι (scil. *ἐστέ*),

ubi schol. B. Q. *ἄγαν κατεσκληκότες καὶ κεκμηκότες, σκληροί, ἐσκελετευμένοι καὶ νενεκρωμένοι καὶ ψυχικῆς ἰσχύος ἐστερημένοι.* Ulysses ejusque socii exsiccati, exhausti dicuntur, quare Circe eos cibis vesci jubet atque recreari. Neutr. pro adv. legitur *α* 68

ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος ἀσκελὲς αἰεὶ
Κύκλωπος κεχόλωται·

i. e. dure, rigide, assiduo, continuo cf. schol. V. Et. M. 154, 39 *ἀδιαλείπτως καὶ ἄγαν σφοδρῶς*. Idem *δ* 543

μηκέτι, Ἀτρέος υἱὲ, πολὺν χρόνον ἀσκελὲς οὕτως
κλαῖ', ἐπεὶ οὐκ ἄνυσίν τινα δήομεν·

schol. E. *ἀμετακινήτως, ἀμεταμελήτως, ἀμετατρέπτως, ἀδιαλείπτως καὶ συνεχῶς.*

Adverbium denique habes *T* 68 *ἀσκελέως αἰεὶ μενεαίνειν* cum schol. B. *ἀντὶ τοῦ ἄγαν σκληρῶς*. Omnes fere veteres et recentiores interpretes in eo consentiunt *ἀσκελής* a torrendi verbo *σκέλλειν* esse derivandum, dissentiunt autem quam maxime de alpha praefixo quod alii euphonicum esse volunt, alii privativum, alii intensivum, alii praepositionem vel loquelarem vel separabilem. Neque equidem video cur hoc adjectivum a *σκέλλειν* verbo et ab adjectivo *σκληρός* segregemus, cum praesertim Lobeckius

ad Soph. Aj. v. 649 etiam περισκελής communem cum his habere significationem docuerit sicci, duri, rigidi. Quare Benfeyi explicatio, lex. rad. Gr. I 200 reicienda est qua comparatur Scr. *kshar, akshara* „quod conteri nequit, sempiternus". Alpha initiale simplicissimum videtur pro prothetico habere, quamquam etiam praepositionale esse potest, ita tamen ut non mutilatum sit ex ἀπό quod Pottius, quaest. et. II² 393, lex. rad. II 1, 686 statuit, sed ex ἀνά h. e. ἀν-σκελής. De significatione autem hujus vocabuli optime Doederlinus, de alph. int. 17, gloss. Hom. III 113 animadvertit duplicem esse ariditatis notionem; primum enim torrida tanto constantius inflectere cupientibus resistere, quanto magis humore careant; quam esse roboris speciem; tum eadem exsiccando suum vigorem amittere ac sine succo et sanguine fatiscere vel torpere; quam esse infirmitatis causam. Priorem significationem locis laudatis tribuit α 68, δ 543, Τ 68, posteriorem κ 463. Haec vere observata esse quis neget? sed audiendus tamen est Hennickeus, cum de alph. int. 22 addat, quemadmodum ἀβλεμέως πίνειν et ἀκρατῶς πίνειν eum bibendi modum indicet quo quis impotens omnique animi vi spoliatus esse videatur, sic ἀσκελὲς κεχολῶσθαι eam iram significare quae coerceri non possit et cui reprimendae vires non sufficiant. Quare δ 543 μηκέτι πολὺν χρόνον ἀσκελὲς οὕτως κλαῖε ita interpretatur: ne amplius longum per tempus ita te lacrimis tradas, ut propter animi imbecillitatem eas retinere non posse videaris. Haec mea quoque explicatio est, sed futilia sunt quae praeterea Hennickeus de ἀσκελής a σκέλος derivando adnotavit.

Ut ante σ cum pedisequa consona sic etiam ante sonum compositum qui ζ litera exprimitur alpha protheticum nasci potuit, idque factum est in adjectivo Homerico

4) ἀζηχής.

Cui ab initio notionem penetrandi infuisse ex eo satis elucet quod de sono maxime usurpatur.

P 741 ὥς μὲν τοῖς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν αἰχμητάων
ἀ ζ η χ ὴ ς ὀρυμαγδὸς ἐπήϊεν ἐρχομένοισιν.

Δ 435 ὄϊες . . ἀ ζ η χ ὲ ς μεμακυῖαι,

ubi schol. V. ἀκατάπαυστον, ἀδιαλείπτως, συνεχῶς, Ap. 11, 32 ἀδιηχές, ἀδιάλειπτον, Hesych. ἀζηχές· διηνεκές, ἀδιάλειπτον, μεγαλόφωνον, ἰσχυρόν.

O 658 . . . ἀ ζ η χ ὲ ς γὰρ ὁμόκλεον ἀλλήλοισιν

sch. B. L. ἢ λίαν σκληρῶς ἢ ἀδιαλείπτως.

Translate deinde hoc vocabulum etiam de dolore animum penetranti dicitur

O 25 ἐμὲ δ' οὐδ' ὥς θυμὸν ἀνίει
ἀ ζ η χ ὴ ς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο

ubi Aristarcheam lectionem F. A. Wolfius restituit a nullo editore nunc non receptam. Inde denique fluxit significatio assidui, continui, non intermissi, quam habes σ 3

μετὰ δ' ἔπρεπε γαστέρι μάργῃ
ἀ ζ η χ ὲ ς φαγέμεν καὶ πιέμεν

sch. O. διηνεκές, ἀδιάλειπτον. Veterum grammaticorum explicationes ex Et. M. aliisque fontibus quoniam repetere taedet, unam sufficiat commemorare plerisque etiam recentioribus interpretibus probatam qua ἀζηχές est pro ἀδιεχές. Nihil valet in hac quaestione glossa Hesychii a Diogeniano aliena quam Suidas quoque exhibet de forma ἀδιεχές, nec probarunt quod nulla sonorum mutatione fieri potuit factum tamen esse vel Lobeckius, path. proll. 336 vel Benfeyus, lex. rad. I 358 vel Pottius, quaest. et. II[1] 204 vel Duentzerus ad σ 3 vel alii. Unde enim η illud natum sit? num etiam ex διά et ἔχω unquam vel δήχω vel ζήχω conflatum est? Nec profecto quisquam in eum inciderit errorem quo deceptus Apollonius Rhod. Arg. II 99 scripsit κορύνας ἀζηχέας pro ἀζαλέας, nimirum quia suae aetatis grammatici quidam ἀζηχής a nomine ἄζη derivarent, ineptam illam quidem



amplexi explicationem sed quae Hennickeo de alpha int. 9 non displicuerit. Quae cum ita sint, nihil reliquum est nisi ut ἀ-ζηχής pro ἀ-διηχής esse cum Doederlino, gloss. Hom. II 279 statuamus, quod cave ne propter locum antea laudatum σ 3 cum ἀδιεχής confundas: compositum enim est e stirpe verbi ἠχέω et e praep. διά addito alpha prothetico, ut sensum habeat penetrandi ad sonos revocatum. Accedit quod etiam in posteriore Graecitate διηχής, διηχέω recurrit, quae tamen non infitior a Plutarcho novari potuisse. Quod autem apud Homerum potissimum formam ἀζηχής invenimus, id quidem minime iis mirum videri debet qui Homericae linguae varietatis meminerint quanta sit reputentque Aeolicae potissimum dialecti non solum ζα pro διά proprium fuisse verum etiam alpha protheticum ibi inveniri ubi nullum sit Atticis velut in ἄσφε, ἄσφι pronominibus.

Ante mutam cum liquida prothesis rarius invenitur, sed nonnulla certe exempla Curtius investigavit velut ἀτρυγηφάγος vel ὀτρυγηφάγος, quo e numero duo sunt etiam huc referenda: ἀβληχρός et Ἄτλας.

5) ἀβληχρός

legitur *E* 336 χεῖρα ἀβληχρήν, Θ 178 τείχεα ἀβληχρά, λ 134 θάνατος ἀβληχρός. Veteres grammatici dubitabant utrum alpha esset privativum an intensivum an euphonicum, recentiores omnes fere intellexerunt alpha esse otiosum, quia nusquam plus significare apparet ἀβληχρός quam quod item traditur βληχρός. Lobeckius, path. el. I 31 de praepositione loquelari ut saepius cogitavit, Hennickeus non nescius quam lubricum ac difficile esset judicium de sonitu vocum jucundiore qui a Graecis εὐφωνία diceretur non solum rectius alpha prostheticum nuncupavit sed etiam in radicem μαλ, μλα incidit, quod veriloquium (cf. μαλθακός, ἀ-μαλός, βλάξ, Lat. *mollis* al.) nunc Curtius l. l. 327 ita ab omni parte defendit ut nobis nihil reliquerit quod addamus.

6) Ἄτλας

Et. M. p. 164, 28 σημαίνει δὲ καὶ . . . . τοῦ α κατ' ἐπι-

τ α σ ι ν, ἵν' ᾖ ὁ μὴ τλῶν καὶ ἀνάγκῃ ποιῶν, ἀλλ' ἑκουσίως φέρων καὶ οὐ κατὰ κόλασιν. Hom. α 52:

Ἄ τ λ α ν τ ο ς θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅστε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

et Hes. theog. 58

Ἄ τ λ α ς δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.

Ex his versibus summorum poetarum cum nominis explicatio quasi ultro occurreret, jam Odofredus Müllerus secundum veterum grammaticorum interpretationem id recte a radice ταλ (cf. τλῆναι) derivavit alpha tamen esse intensivum affirmans. Curtius nunc prothesin agnoscit, quamquam haud contemnenda mihi Doederlini explicatio videtur qui, cum de alph. int. 20 dubitasset, utrum alpha intensivum an euphonicum esse judicaret, postea gloss. Hom. III 276 Ἄτλας e forma ἀνάτλας deduxit nimirum per mediam quandam formam ἄντλας. Concedit autem Ἄτλας non tam impatientem laborum heroem quam ferocem esse posse, qua interpretatione nescio an Hennickeus in eum errorem inductus sit ut alpha pro negativo praefixo haberet. Ἄτλας enim ei is est qui animo invito neque ita malum fert ut non perturbetur sed ut rem adversam constanter et patienter sustineat. Nos in priore explicatione acquiescimus. Huic exemplo subjungimus

7) ἀ τ μ ή ν

servus. Et. M. 164, 34 ἀτμήν ἀτμένος, ὁ δοῦλος . . . οἷον ὁ ἄτιμος· ἢ πολύτμητός τις ὢν ὑπὸ τῶν μαστίγων τοῦ α ἐ π ι τ α τ ι κ ο ῦ. Quia in Et. M. 18, 31 ἀδμενίδες· δοῦλαι legitur, Doederlino Schneiderus persuasit utrumque vocabulum cum synonymo δμώς a verbo δαμῆναι esse derivandum. Hoc quadrat ad δμώς et ἀδμενίδες (cf. ἀδμὴς παρθένος), non cadit in ἀτμήν, quod Hennickeo ab ἄω (cf. ἀτμίς, ἀτμός, ἀτμή) descendere videtur, quia servi (ἀτμένες) mandata exsequentes anhelent. Omnia explicari

possunt, si ἀτμήν ab eadem radice ταμ, τεμ derivamus unde simili significatione ταμίας, ταμίη descendunt. Cf. Curtius l. l. 221. Quod si ita se habet, alpha sine dubio protheticum est.

Duabus consonis quondam praepositum erat alpha in vocabulo

8) ἄεδνον,

quod Hesychius ἄφερνον ἢ πολύφερνον explicat. Cum nemo dubitare possit, quin idem sit quod ἔεδνον, ex hac ipsa varia praepositae vocalis forma luce clarius apparet eam esse protheticam ut in Cretica forma ἄερσα praeter Homericam ἐέρση, Atticam ἕρση. Curtius 228 radicem esse σϝαδ probavit unde ἁνδάνω, ἕαδον, ἥδομαι, ἡδύς sim. descendunt.

Ubi ante simplices consonas protheticum alpha invenitur facillime id explicari cognovimus ante continuas atque imprimis ante liquidas et nasales, cujus generis Curtius non pauca exempla collegit. His adnumeramus

9) ἀλαπάζω

Schol. B. L. ad *E* 166 ἀλαπάζοντα· . . . ἡ γὰρ λάπαθος κενωτική ἐστι τῶν κατὰ γαστέρα παθῶν καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀλαπάζοντα. Cf. Et. M. 535, 49, Eust. 838, 61. Verbum ἀλαπάζω ab eadem stirpe ἀλαπαδ sive ἀλαπαδj (cf. Curt. 636) descendit unde adjectivum ἀλαπαδνός quod varie explicant recentiores grammatici. Si Sanscritum *álpa-s* „exiguus, rarus“ comparare liceret, alpha sine dubio ad stirpem pertineret, sed cum λαπάσσειν haud procul absit, alpha malui pro prothetico habere. Nihil enim proficit Doederlinus quod in gloss. Hom. III 208 ἀλαπάζειν a pleniore forma ἀναλαπάζειν derivat, errat Duentzerus quod in Kuhnii diar. XII 12 sqq. ἀ-λα-π-άζειν censet delendi habere significationem. Immo vero exhauriendi notio omnibus illis vocabulis subesse videtur et ἀλαπαδνός proprie est: exhaustus. Quod si ita se habet, quid magis consentaneum est quam λάπτω

et λαφύσσω comparare, licet non prorsus eadem sit significatio? Curtius sane 335 si id non prorsus dissuadet, at certe non concedit. Ante μ consonam prothesin exhibent ἀ-μα-λό-ς ut ἀ-μβλ-ύ-ς, ἀ-μαρύσσω praeter μαρ-μαίρω, μάρ-μαρ-ο-ς, ἀ-μείβω et ἀμεύω coll. Lat. *moveo*, ἀ-μάω coll. Lat. *meto*, ἀ-μέλγω coll. Lat. *mulgeo*, ἀ-μέργω coll. Lat. *mergae*, ἀ-μύνω coll. Lat. *moenia*, *munire*, ἀ-μύσσω, ὀ-μιχέω, ὀ-μίχλη coll. Lat. *mingo*, quibus accedit ex nostra collectione

10) ἀμαιμάκετος

Hujus epitheti si nobis contigerit ut significationem explicemus, forma jam nullam habebit difficultatem. Ac primigenia significatio nobis cum Doederlino fuisse videtur: furens, impetuosus unde facile notionem atrocitatis, immanitatis elici potuisse concesseris. Itaque ἀμαιμάκετος optime attribuitur Chimaerae, igni, rupibus magna incitatione coeuntibus, ideoque vix aptius epitheton reperias quod in vetustissimos locos quadret. Ζ 179 coll. Π 329 πρῶτον μέν ῥα Χίμαιραν ἀμαιμακέτην ἐκέλευσεν πεφνέμεν.

Et. M. 76, 14 ἄμαχον, ἀκαταγώνιστον, φοβεράν, ἀνυπόστατον, ἢ ἀπροςμάχητον καὶ μεγάλην cf. Ap. 25, 16, Hesych., schol. V. L. Quo autem jure Homerus Υ 490 dicit

ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ

eodem Hes. theog. 419 Chimaeram appellat πνέουσαν ἀμαιμάκετον πῦρ imitante Sophocle Oed. R. 177 κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον ἀκτάν ubi sensum generaliter reddunt scholiastae. Nec diverso ut ait Doederlinus sensu idem postea Oed. Col. 127 Furias vocavit ἀμαιμακέτας κόρας furentes, impetuosas virgines, ubi schol. genetivum ἀμαιμακετᾶν κορᾶν explicat ἀκαταμαχήτων ἢ ἀπροςπελάστων. Inde Pindarum intellegimus Pyth. III 58 dicentem πέμψεν κασιγνήταν μένει θύοισαν ἀμαιμακέτῳ ἐς Λακέρειαν de Neptuni impetuoso robore et ib. IV 370 συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον ἐκφυγεῖν πετρᾶν. Ita,

VI 323

Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem,
di cujus jurare timent et fallere numen

XII 816

adjuro Stygii caput implacabile fontis
una superstitio superis quae reddita divis

quo loco Schraderus p. 10 Homerica illa verba Ξ 271 expressa esse censet. Cf. praeterea de juramento Stygio Ov. met. II 100, III 290, her. XII 319, XXI 2, Tib. IV 13, 15, Prop. I 15, 35, Cic. ad fam. VII 12 multosque alios locos. Neque aliter epitheton ἀάατος usurpatur φ 91

κλαίετον ἐξελθόντε, κατ' αὐτόθι τόξα λιπόντε,
μνηστήρεσσιν ἄεθλον ἀάατον· οὐ γὰρ ὀΐω
ῥηϊδίως τόδε τόξον ἐΰξοον ἐντανύεσθαι.
οὐ γάρ τις μέτα τοῖος ἀνὴρ ἐν τοῖςδεσι πᾶσιν,
οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν κτλ.

His verbis Antinous Eumaeum et Philoetium pastores increpat, cum certamine proposito arcum domini intuentes desiderio fleant. Perniciosum hoc loco ut Amcisius interpretatur certamen non posse dici Buttmannus Savelsbergio persuasit, qui certamen intellegit quod multas fraudes, multum erroris habeat. Non ambigo hoc ferri posse, sed melius Antinous pastores sedat, si certamen praedicat non attingendum. Neque enim mihi placet quod vel Buttmannus voluit: non reprehensum, vel Schraderus: immobile (i. e. difficile?), vel Doederlinus: innoxium pastoribus, vel Sonneus: non laetum. Summum praemium procis propositum est, quo jam diu tendunt, sed difficillimum est certamen ideoque non attingendum pastoribus. Ne illud erat non attingendum, ut ipse certamine finito Ulysses praedicat paullulum irridens Antinoum χ 5

οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται.

Qui viri docti alpha privativum defendunt iis hiatus post primum alpha explicandus est. Ac duplex aperitur

ἐπίσταμαι καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀείδω, τὸ λίαν γιγνώσκω. Nescio aliud quid sit alpha nisi protheticum quo radix *vid* forma secundaria radicis *vad* amplificata sit, quae subest Sanscritis vocabulis *vadāmi* loquor, *vandē* celebro, *vādajāmi*, Graecis *ὕδω, ὑδέω* canto, *ὕδης* cantor similibus. Cf. Curtius 247.

Consonae explosivae rarissime ante se prothesin patiuntur, sed aspiratae, quoniam erant difficillimae ad pronuntiandum, quidni alpha nostrum admiserint? Unum etsi exemplum Curtius attulit, verbum *ἐθέλω* praeter *θέλω*, tamen nihil est cur prothesin a gutturali aspirata abjudicemus, cum praesertim non modo non expeditiorem pronuntiationem haberet sed omnium fortasse literarum maxime impeditam. Quare unum huc referre exemplum non vereor ne audacius videatur

12) *ἀχανής*

hians, patens, immensus. Primum apud Sophoclem frg. 852 Dind. invenitur, ubi teste Phrynicho de labyrintho praedicatur; deinde rarius usurpatum esse videtur, donec Plutarchus hoc epitheton conjunxit cum vocabulis *πέλαγος, πεδίον, χώρα, τόπος, ἄμμος, ἐρημία, στράτευμα, βάθος*, aperta semper significatione immensi. Pauci tantum loci exstant ubi negativo sensu *ἀχανής* usurpatum esse nonnulli viri docti censuerunt velut apud Theophr. de vent. 29 *ἁπλῶς δὲ οἱ τόποι πολλὰς ποιοῦσι τῶν πνευμάτων μεταβολάς, ἄλλως τε καὶ τὸ σφοδρότερα καὶ ἠρεμέστερα γίνεσθαι, καθάπερ ἐὰν διὰ στενοῦ καὶ ἀχανοῦς πνέῃ* i. e. ut si per angustum aut patentem locum spirent. Quae cum ita sint, perverso judicio Hennickeus non dubitavit, quin alpha sit negativum. Prudentiores veteres grammatici, qui alpha intensivum esse judicarent ut Et. M. 180, 16 *ἀχανὲς πέλαγος· παρὰ τὸ χαίνω, χάνω, χανὲς καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α ἀχανές, τὸ λίαν κεχηνός.* Et. Gud. p. 99 *τὸ λίαν ἀνεῳγμένον.* Buttmannus alpha intensivum agnovit, Passovius et Lobeckius euphonicum, quorum ille male comparat

ἀχήν. Nobis alpha protheticum esse videtur, nisi quis mavult esse praepositionale, nam ex ἀγχανής i. e. ἀναχανής cui praepositionis significatio quam maxime convenit ἀχανής nasci potuit nasali consona elisa. Verum enimvero non sum nescius in tali conjectura summa cautione opus esse.

Haec sunt exempla in quibus alpha protheticum falso pro intensivo venditatum est, multo plura sunt ea quorum praefixo negativo decepti vel veteres vel recentiores grammatici similes in errores inciderunt.

II. ALPHA PRIVATIVUM EST.

Ex iis quae supra de origine ac natura alpha quod male vocatur privativi exposuimus facilius spero intellectum iri ea vocabula quae ab intensivo praefixo incipere vel aliquando dicta sunt vel dicuntur etiamnunc. Cognovimus autem illo praefixo nihil aliud effici ab initio nisi ut notio ejus nominis cui particula privativa antecedit simpliciter negetur, sed quoniam id variis rationibus fieri possit, varium vidimus sensum effici posse vocabulorum ita compositorum. Aut enim in negando acquiescimus nec quidquam aliud significamus quam abesse id quod nominibus pedisequis exprimitur aut a negata notione ad positivam huic contrariam progredimur aut denique non ea omnia reicimus quae membri alterius intellectu continentur sed insigniorem quendam ejus sensum vel ita, ut translatam tantummodo significationem ab aliquo abjudicemus vel usitatum qualitatis modum. Haec exemplis omnium populorum omniumque temporum illustrare studuimus non obliti ejus cautionis qua sui cuique aetati mores, suum cuique populo ingenium atque indoles relinquenda sint. Quodsi ita explicasse nobis videmur quomodo factum sit ut tam multa vocabula speciem intensivae notionis prae se ferrent, grammaticos Graecos et aequales nostros eorum collegas non vitu-

perabimus, quod proprium quidem praefixum intensivum excogitabant sed, verum si quaerimus, a negativo illo minime diversum. Quid? quod tot vocabula scabra quadam robigine adeo obducta sunt, ut eorum originem ne nos quidem probabili conjectura assequi possimus, nedum veteres potuerint. Alia sane tam facilem habent intellectum, ut mirarere cur is cum veteres interpretes lateret tum recentiores, nisi notum esset, quanta ac paene dicam quam effrenata conjectandi libidine illi in quaestionibus etymologicis uterentur.

Etiam illud ex disputatione nostra apparuisse arbitramur, quam diversis viis populi ad intensivam notionem, si ita magnam significationum varietatem comprehendere licet, pervenerint. Sic Romani praefixum negativum ad augendam vim vocabulorum non adhibuerunt, Celtae omnino amiserunt, utrique autem *in* praepositione prorsus simili ratione utebantur. Nec tamen Latinae linguae particula negativa defuisse videtur quae contrario sensu et negative et intensive usurparetur, si ipsos audimus grammaticos Romanos. *Ve enim Particula,* Gellius inquit V, 12, 9, *quae in aliis atque aliis vocabulis varia, tum per has duas literas, tum a litera media immissa dicitur, duplicem significatum eundemque inter sese diversum capit.* 10. *Nam et augendae rei et minuendae valet, sicuti aliae particulae plurimae; propter quod accidit, ut quaedam vocabula quibus particula ista praeponitur ambigua sint et utroqueversum dicantur, velut „vescum“, „vemens“ et „vegrande“, de quibus alio in loco uberiore tractatu facto admonuimus; „vesani“ autem et „vecordes“ ex una tantum parte dicti, quae privativa est, quam Graeci κατὰ στέρησιν dicunt.* 11. *Simulacrum igitur dei Vedijovis quod est in aede, de qua supra dixi sagittas tenet, quae sunt videlicet partae ad nocendum.* 12. *Quapropter eum deum plerumque Apollinem esse dixerunt; immolaturque ritu humano capra ejusque animalis figmentum juxta simulacrum stat.*

Alio loco Gellius de origine ac significatione vocis *vestibulum* agit falsosque esse eos probat qui vestibulum cum

atrio confundant, rectius a C. Aelio Gallo locum intellegi ante januam domus vacuum per quem a via aditus sit ad aedes. De veriloquio autem Gellius ad praeceptorem suum, Sulpicium Apollinarem provocat cujus haec verba XVI 5, 6 afferuntur: *„Ve“ particula sicuti quaedam alia tum intentionem significat tum minutionem. Nam „vetus“ et „ve(he)-mens“, alterum ab aetatis magnitudine compositum elisumque est, alterum a mentis vi atque impetu dicitur. „Vescum“ autem, quod ex „ve“ particula et „esca“ copulatum est, utriusque diversae significationis vim capit.* 7. *Aliter enim Lucretius „vescum“ salem dicit ex edendi intentione, aliter Lucilius „vescum“ appellat cum edendi fastidio.* 8. *Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante januam vacuum relinquebant qui inter fores domus et viam medius esset.* 9. *In eo loco qui dominum ejus domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant et neque in via stabant neque intra aedes erant.* 10. *Ab illa igitur grandis loci consistione et quasi quadam stabulatione „vestibula“ appellata sunt spatia sicuti diximus grandia ante fores aedium relicta* e. q. s.

E Gellio manarunt quae Macr. sat. VIII 15—21 habet ubi tamen *vestibulum* etiam ad *„ve“* negativum paene ridiculum in modum revocatur: *alii referunt non ad eos qui adveniunt sed ad illos qui in domo commanent, quoniam illic nunquam consistunt sed solius transitus causa ad hunc locum veniunt exeundo vel redeundo.* Est igitur *vestibulum* i. q. Nicht-stand. Majoris momenti sunt quae in XVImo Festi quaternione legimus quem edidit Mommsenus, act. soc. reg. lit. Berol. a. 1864 p. 57 sqq.: *„Vegrande“ significare alii ajunt male grande, ut „vecors, vesanus“ mali cordis maleque sanus, alii parvum, minutum, ut cum dicimus „vegrande“ frumentum, et Plautus in Cistellaria: „quin is si itures nimium is vegrandi gradu“. Vecors est turbati et mali cordis. Pacuvius in Iliona: „paelici superstitiosae cum vecordi conjuge“ et Novius in Hercule coactore: „tristimoniam ex animo deturbat et vecordiam“.* Huc accedunt ex

Pauli ep. p. 279 M. *Vesculi male curati et graciles homines. Ve enim syllabam rei parvae praeponebant, unde Vejovem parvum Jovem et vegrandem fabam minutam dicebant.*

Haec veterum testimonia exscripsimus, quo melius qui legent judicare possint de iis quae recentiores viri docti de *ve* particula praeceperunt. Ac multi in eam inquisiverunt velut Henr. Stephanus, diatr. II, Lambinus, Bentleyus, Heindorf. ad Hor. sat. I 2, 129 multique alii interpretes, Gronovius ad Gell. l. l., Passovius et Jahnius ad Pers. I 97, alii. Quorum singuli quid senserint ne quaeramus, satis erit commemorasse *ve* plerumque pro synonymo adverbii *male* habitum esse, quod quoniam tum nimium tum parum aliquid esse significaret, vocabula cum eo composita in diversum sensum abiisse. Verum est adverbium *male* non raro cum apud poetas tum apud posteriores potissimum scriptores adjectivis antecedere, cujus conjunctionis nonnulla exempla etiamnunc ambigitur quid significent. Sic ad Hor. carm. I 9, 24 *digito male pertinaci* Bentleyus: non est, inquit, parum pertinax, ut vulgo exponitur, sed qui simulat se pertinacem esse et tamen pertinaciam suam expugnari cupit. Cf. Lehrs., mus. rhen. XXX 107. Alii etiamnunc „admodum pertinax“ interpretantur, alii „praefracte et obstinate pert.“ Vim intensivam habet *male* ib. I 7, 25 *ne male dispari | incontinentis iniciat manus* i. e. nimis imparibus viribus. Cf. Hor. sat. I 3, 25 *oculis male lippus inunctis,* ib. 32 *male laxus | in pede calceus haeret,* ib. 45 *male parvus | si cui filius est,* I 4, 66 *rauci male,* I 9, 65 *male salsus* sim. Contrario sensu *male* usurpatum videtur Hor. ep. I 19, 3 *male sanos* i. e. vesanos (cf. sat. I 3, 61 *bene sano*) Verg. Aen. IV 8 *male sana,* Ov. Met. III 474, Cic. ad Att. IX 5 idem habent, Verg. Aen. II 23 *statio male fida carinis,* Tac. hist. I 52 *male fidas provincias,* Ov. her. VII 27 *male salsus,* met. VII 741 *male gratus,* fast. VI 785 *male sobrius,* Lucan. I 87 *male concordes* sim. Etiam verbis *male* anteponitur, ut sit idem quod vix, non valde Liv. 23, 24, 9 (*arbores*) *alia in aliam instabilem per*

se ac male haerentem incidentes, Hor. sat. II 6, 86 *cupiens varia fastidia cena | vincere tangentis male singula dente superbo.* Hunc usum adverbii *male* illustraverunt Bentl. ad Hor. carm. III 14, 11, Heind. ad sat. I 2, 129, Ruhnk. ad Vell. II, 27, Bach. ad Tib. II 4, 27, Forbigerus ad Verg. Georg. I 105, Aen. II 23, Handius, Tursell. III 584.

Verum si quaeris, *male* suam semper significationem retinet nec per se vel nimium aliquid esse vel parum declarat ut nonnulli sibi persuaserunt. Quare non tam hoc adverbium quaeritur qualem habeat sensum, quam qualem adjectiva habeant quibuscum conjungitur. Si ipsa quoque malam rerum condicionem indicant, adverbio *male* eam augeri per se patet (*male* i. e. q. valde, admodum), sin bonam, ea significatio si non in contrarium vertitur at certe minus valere dicitur (*male* i. e. q. non admodum, non satis), ut v. g. *male sanus* non sit i. q. insanus sed non admodum sanus. Ubi in utramque partem adjectiva explicari possunt, non raro ambigitur de sensu ejusmodi conjunctionis et e nexu totius loci quaestio dijudicanda est ut apud Horat. l. l. Hanc igitur duplicem ac paene dicam contrariam significationem adverbii *male* etiam *ve* particulae inesse viri docti statuerunt, non eam solam ut Handius l. l. docet qua defectus et vitium designetur, prout aut nimia res noceat vel displiceat aut defectus in se habeat vitium. Nam a veteribus quidem interpretibus intentionem efferri vidimus sine ulla vitiosi nota et quae hujus ipsius significationis exempla vel illi vel recentiores protulerunt prius examinanda sunt quam ad alteram illam sive deminutivam sive depravativam accedamus. Qua in recensione mirandum est quod post Ricardum Bentleyum nostrae aetatis viri docti non ad severioris artis praecepta enarrationem exemplorum revocaverint ac ne singula quidem qua nitantur auctoritate circumspexerint praeter unum Ribbeckium qui, de part. Lat. (Lips. 1869), meo quidem judicio rectam aperuit explicandi viam.

Atque e numero vocabulorum quae huc pertinere di-

cuntur statim tollenda esse vides *vetus* et *vehemens* quorum illud simplex sit (cf. *vetus-tu-s,* Gr. *ϝέτος, ἔτος*), hoc adhuc certa careat explicatione. Alii enim ut Pottius et Curtius *vehemens* a vehendi verbo et a suffixo *mant* derivant, sed hoc suffixum et in aliis vocabulis secundarium nec Latinum est, alii ut Ebelius et Ascoli ad praepositionem Sanscr. *vahis* i. e. „ex“ et *mens* confugiunt ut sit exmens (cf. exlex, egregius), sed quid de hac praepositione judicandum sit infra videbimus. Nihil profecit Ribbeckius qui *vehemenus* primigeniam participii formam fuisse censet unde nescio qua via ad stirpem *vehementi* perveniri possit. Cf. Pottius, quaest. et. I² 720 sq.

Vestibulum intensiva notione particulae *ve* concessa omnino intellegi nequit, nisi cui forte Sulpicii Apollinaris commentum placet.

Vescus, ut sit pro *ve-escus* (cf. etiam Philarg. et Serv. ad Verg. Georg. III 175), secundum Ribbeckium vel activo vel passivo sensu usurpatur: rodens et derosus, *nagend* et *abgenagt* (melius *zernagend* et *zernagt* vid. infra). Quod si ita se habet, injuria Sulpicius Apollinaris aliter legi apud Lucretium censuit atque apud Lucilium, cum apud illum I 326 *vesco sale saxo pereso* sensum habeat: *die Salzfluth zerfrisst langsam den Felsen.* Apud Lucil. contra fr. XVI 29 Muell.

– ◡ – ◡ *quam fastidiosum ac vescum vivere*

Sulp. Apoll. „cum fastidio edendi“ explicat et Paul. ep. Fest. 368 M. „fastidiosus“. Recte uterque, nam qui cibi fastidio tenetur vacat edendi cupiditate. Cf. Non. 186, 34, Labb. gloss. vescus *ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής* et *προςκορής*. Verg. Georg. IV 131 *vescum papaver* dubito num active cum Ribbeckio vertendum sit: *fressender Pfeffer* (?), immo passive significat obesum, gracile, exile. Hunc sensum habet ib. 175

nec vescas salicum frondes ulvamque palustrem

Philarg. „teneras, exiles“ Non. „minutas“. Ov. fast. III 446

vegrandia farra coloni
quae male creverunt, vescaque parva vocant.



Plin. h. n. VII 20 *corpore vesco.* Translate Afran. 315 Ribbeck.

et puer est vescis imbecillus viribus.

Ribbeckio non prorsus assentior vescendi verbum explicanti: *zernagen, die Speise zertheilen,* immo sensum facilius intellegimus si *vescor* pro *ve-ed-sco-r* verbum inchoativum esse reputamus ut proprie sit „ab“ aliqua re vel „de“ alq. re paullatim edere. Quid enim si *ve* separationis est particula ut infra videbimus, nonne simul apparet cur cum ablativo casu hoc verbum conjungatur? Alia de origine vocabuli excogitarunt Vossius, Bryceus, Doederlinus, vix digna quae commemorentur.

Vegrandis egregie tractatum est a Ribbeckio. Etiamnunc in omnibus lexicis legimus esse i. q. valde grandis apud Lucil. frg. XXVI 79 Müll. (cf. Non. 183, 30 et Fest.)

non idcirco extollitur nec veitae vegrandi datur

Bentleyus ad Hor. l. l. cum vitam humilem et miseram intellegat, supplet haec: nec in adversis rebus sapiens concutitur neque in prosperis, *non idcirco* e. q. s. Verum non ad sapientem hunc versum spectare sed ad infantem Ribbeckius recte collegit e verbis: *vitae datur,* coll. Non. 295, 35, ubi versus repetitur. Quoniam autem *vegrandis* vita de brevitate vitae non magis praedicari possit quam *grandis* vita de diuturnitate, vir ille doctissimus *vegrandi* aut ad nomen aliquod versus insequentis referendum esse existimat (v. g. corpore) aut legendum *vegrandis.* Utrum praeferas haud multum interest, certe quidem ex fragmento illo significationis intentio colligi nulla potest, grammatici autem utinam ne graviores errores admiserint. Minus dubia videtur intensiva significatio apud Cic. de leg. agr. II 34, 95 (*Considium*) . . . *hominem macie torridum vegrandi* ubi recte Ribbeckius *vegrandi* per litoteta dici existimat sed nec magis nec minus litotes conspicitur quam iis omnibus locis ubi est exilis, gracilis, tenuis. Cumulatis vocabulis synonymis

Cicero Considium describit ut macerrimum. Tertius denique locus ubi intensive *vegrandis* usurpari dicitur obscurior est ac ne librorum quidem mscrr. auctoritate satis certus, in quibus legitur *praegrandi.* Sed facile concedes Pers. I 96 scripsisse:

arma virum! nonne hoc spumosum, et cortice pingui
ut ramale vetus vegrandi subere coctum?

Opponuntur inter se duo genera dicendi: genus tumidum et leve ac genus grande et grave, illud cum subere vegrandi i. e. minus grandi, humili comparatur, qua de arbore Plin. h. n. XVI 8, 13 *suberi minima arbor . . . cortex tantum in fructu, praecrassus ac renascens atque etiam in denos pedes undique explanatus.* Jahnius *vegrande* explicat *male grande* e consueta interpretandi ratione, cum simpliciter intentionem extulerit Porphyrius ad locum quem jam examinemus. Nam unum restat adjectivum *vepallidus* ap. Hor. sat. I 2, 129

nec vereor, ne dum futuo vir rure recurrat,
janua frangatur, latret canis, undique magno
pulsa domus strepitu resonet, vepallida lecto
130. *desiliat mulier, miseram se conscia clamet*
cruribus haec metuat doti deprensa, egomet mi.

In plerisque libris mss. est *ve pallida* sive *vepallida,* in tribus Paris. saec. X et XI *vae pallida.* Porphyr. ed. Meyer: *quidam putarunt vepallidam nunc unam partem orationis, ut vegrandi subere coctum quod ait Persius Flaccus, ut significet: valde pallida ve* (l. *vae*) *imitativo charactere dictum, ut illa perturbata mariti adventu hanc lamentationis vocem proferat.* Hanc interpretationem ferri non posse Bentleyus sine dubio probavit, nam licet *vae demens, vae miser* junctim construantur, *vae pallidus* ridiculum esset. Sed frustra idem satis compertum esse negavit *ve* particula significationem augeri atque intendi, ideoque correxit: *ne pallida,* omnes fere recentiores editores adjectivum illud *vepallidus* reduxerunt ut Heindorfius, Doederlinus, Kruegerus, Kirch-

nerus, Hofmannus, Dillenburgerus, Orellius, Hauptius, Lehrsius alii, quin etiam Kellerus Holderusque scripserunt *vaepallidus*, Bergkius mediam viam ingressus sagacius quam felicius conjecit *resonet via*. Unus Ribbeckius nuper viro divini ingenii suffragatus est, in cujus ego quoque partes discedere non dubito. Nam quod contra Bentleyum dicere solent interrumpi asyndeton quo magnus per totam domum tumultus legentibus quasi sub oculos ponatur, id vereor ne aliter se habeat, immo vero repetita conjunctione *ne* tanquam duo momenta perturbationis distinguuntur, ut prius describantur quae fiunt donec ipsa conjux redeuntem maritum audit, deinde cetera. Sic, cum non unum habeamus asyndeton octo membrorum sed duo quaternorum, tantum abest ut locus Horatii languescat ut plus accipiat venustatis.

Quae cum ita sint, quoniam *ve* intensivum nulla certa auctoritate nititur, altera significatio sola valet quae contraria esse videtur sed nec depravativa est nec deminutiva. *Ve* enim ut jam supra expositum est separationem indicat ejus rei vel ab eo quod pedisequo nomine exprimitur. Sic *vesanus* est cui sanitas deest, *vecors* cui cor, *vegrandis* cui amplitudo, paullo aliter *vescus* est qui paullatim „de“ aliqua re edit vel „de“ quo editur (cf. supra), *vestibulum* ut recte Ribbeckius interpretatur est locus separatus ante aedes nec confundendus cum ipso stabulo ubi commorantur homines, *vestigium* est passus separatus vel potius pedis forma seorsum expressa, *Vedijovis* denique (*Veiiovis, Vedius*) deus est ab ipso Jove separandus, qui non in capitolio cum ceteris diis sed separatim colitur inter duos lucos. Haec certe explicatio praeferenda videtur commentis veterum interpretum, cf. Gell. l. l., Ovid. fast. III 430. Ab his autem vocabulis diversa sunt *vesica, vespa, vespillo* quorum illud ad *vas, vasis* refero, haec probat Zeyssius in Kuhnii diar. XIX 178 a *ve* particula non incipere.

Superest ut de origine praefixi *ve* pauca addamus quae triplici ratione explicatur. *Ve* enim idem esse quod

Sanscr. *vahis* Ebelius et Ascoli statuerunt. Sed praeterquam quod summa cautione opus est in transferendis particulis Sanscritis ad alias linguas, e lexico Petropolitano apparet *bahis* veram esse formam. Ac ne significatio quidem „ex“ ad omnia exempla quadrat: *vestigium* ut Curtius 195 monet non est „exitus“, *vestibulum* non is locus, ubi ex aedibus exeunt homines sed quo conveniunt introituri. Aliam viam Fickius, lex. Indog.[2] 400, I[3] 759 ingressus *ve* sive *vae* cum Latina interjectione *vae* comparavit quae inest etiam in verbo Gothico *vai-faírhvjan* et cum praefixo stirpis nominalis *vai-dêdjan* sceleratus (cf. etiam *vaja* in *vaja-mêrjan*, sim. ap. L. Meyerum, de ling. Goth. p. 354, 692 sq. et ant. septent. *vesæll* infelix, *ve-sældh* calamitas). Sed licet formae inter se conveniant, repugnare significationem ex iis quae antecedunt intellegitur. Itaque tertia reliqua est explicatio Curtio, Pottio, Ribbeckio, aliis probata (qua particula *ve* a praepositione Sanscr. *vi* diversa non sit. Hujus praepositionis multiplex usus est, nam cum ab initio separationem exprimat ut *vikāma* sine cupidine, *viçloka* sine gloria, *viguna* sine virtute, paullatim paene in negationem abiit: *vikrama* intermissio grammaticae mutationis *krama* quae vocatur. Separandi sensum habent *vikarsha* discessio, *vighna* qui derumpit alq., *vidāra* destructor; nec penetrandi significatio deest: *vimāna* permetiens. Omnino cum mutationem vel diversitatem indicet, ad depravativum quendam sensum delabi videtur: *vikara* mutatio, *vikarman* actio abnormis i. e. illicita, alia, ac ne quid desit, exprimit quod modum excedit: *vimahant* immensus. Hoc ne quis miretur, conferat nostra vocabula composita quae a syllaba *ur* incipiunt, quod cum constet i. q. „ex“ esse, res describitur quae e finibus usitatis egreditur: *urkomisch, urgemüthlich,* alia. Atque hac augendarum notionum ratione juvenes nostros literarum studiosos non raro uti constat. Cf. praeterea quae supra p. 19 de nostro praefixo *er* quod ab *ur* non diversum est exposuimus.

Praepositio *vi* a stirpe numerali *dvi* derivatur unde in-

strumentalem casum deflexerunt Graeci *διά* i. e. *δϝι-α*
gulari numero, plurali fortasse Romani *dis* (cf. *ἐξ*, *ἀμ*
sup. p. 16). Quae huic explicationi repugnare vide
duo sunt: ejusdem stirpis tam diversae propagines *dis*,
ve et productio vocalis in Latino praefixo *vē*. Prius a
mentum jam Curtius l. l. 35 refutavit comparatis certissi
cognationis vocabulis *duo*, *bis*, *vī-ginti*, *ϝίκατι*, alterum
neglectum est. Sed perspicua res erit, si mecum ad stir
dva confugeris, cujus per locativum casum *dva-i* ad *vē*
venimus. At quaecunque forma erat, separandi signifi
eadem manet negationi cognata; Romani autem praefi
ve non magis ad augendam vocabulorum significationem
hibuerunt quam *in* negativum, similem tantummodo
finem usi *in* praepositione. Quod contra fieri videmus a
Graecos qui etiamsi non eodem modo quo Germani p
fixum negativum posuerunt, tamen alpha privativum
paucis cum vocabulis ita conjunxerunt, ut speciem a
intensivi prae se ferret, grammaticis certe semper hoc p
tum auxilium erat, quotiens sana ratione destituerentur.
ipsa enarratione exemplorum id magis apparebit.

1) ἀάατος.

In hoc statim vocabulo grammaticos sana ratione des
videmus qui quid de tribus illis alpha vocalibus judica
plane nescirent. Alii enim bis additum esse alpha privati
putarunt quorum alterum altero tollatur ut Eust. 985,
1902, 50, alii de duplici alpha intensivo cogitasse vide
ut schol. V ad Ξ 291 *ὑπερεπιτατικὸν τὸ τοιοῦτο*
ναί φασιν, ὅ ταὐτόν ἐστιν ἐνὶ ἁπλῷ κτλ., schol. BL
λίαν βλαπτικώτατον, alii privativum et intensivum p
fixum conjuncta esse voluerunt ut schol. B ad Ξ 271
καὶ στέρησιν καὶ ἐπίτασιν δηλοῖ, ὡς ἀβλαβὲς μὲν
εὐόρκοις, πολυβλαβὲς δὲ τοῖς ἐπιόρκοις, schol. V φ
Et. M. 1, 20, Hes., fuerunt etiam qui ad diectasin confuge
ne multa, nihil non temptarunt. Nec major consensu
recentiorum interpretum quorum alteri privativum d

dunt, alteri intensivum, in eo tantummodo omnes fere consentiunt *ἄϝατος* esse eam formam cui alterutrum praefixum antecedat. Ita Buttmannus, lexil. I 229, Lobeckius path. el. I 193, Doederlinus, gloss. Hom. I 167, Schraderus, etymologica (Stendalii 1845) 6, Faesius, alii significationem innoxii, inviolabilis agnoscunt, cum Sonneus in Kuhnii diar. XIII 420 ab alia radice profectus *freudlos* vertat, Duentzerus contra ad *φ* 91, Ameisius ad eund. loc., Savelsbergius l. l. 14 interpretantur: damnosus, fraudis plenus. Equidem non dubito quin prior illa significatio ad tres locos Homericos ubi hoc epitheton legitur egregie quadret. Neque enim quidquam valet quod Savelsbergius *ἀάω* i. e. *βλάπτειν* secundum veteres ad solam mentis fraudem vel damnum referendum esse contendit, quandoquidem, si ita translate usurpatur verbum, primariam habuerit notionem necesse est quae nulla alia erat nisi notio laedendi, violandi. Quodsi *Ξ* 271 legimus

ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ

quid sacramento quo nihil veteres antiquius habebant melius conveniat quam aquam Stygis praedicari „non violandam“? Styx enim, ut haec exempla a Savelsbergio collecta in meum usum convertam, vocatur *δεινὸς ὅρκος* *Β* 755, *Ο* 38, ejus aqua *Στυγὸς ὄβριμον ὕδωρ* h. Hom. Merc. 519, quia inde in perjuros cum homines tum deos magna redundat calamitas. Cf. etiam Hes. Theog. 400, 792 sqq. Fraudis plenam aquam si poeta nuncupasset, multo id languidius foret et nimis recederet a poetarum Latinorum usu. Eorum enim imprimis Vergilius saepe homines per Stygis flumina jurantes commemorat velut Aen. IX 104 (= X 113)

dixerat: idque ratum Stygii per flumina fratris
per pice torrentes atraque voragine ripas
annuit

VI 323

> *Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem,*
> *di cujus jurare timent et fallere numen*

XII 816

> *adjuro Stygii caput implacabile fontis*
> *una superstitio superis quae reddita divis*

quo loco Schraderus p. 10 Homerica illa verba Ξ 271 expressa esse censet. Cf. praeterea de juramento Stygio Ov. met. II 100, III 290, her. XII 319, XXI 2, Tib. IV 13, 15, Prop. I 15, 35, Cic. ad fam. VII 12 multosque alios locos. Neque aliter epitheton ἀάατος usurpatur φ 91

> *κλαίετον ἐξελθόντε, κατ' αὐτόθι τόξα λιπόντε,*
> *μνηστήρεσσιν ἄεθλον ἀάατον· οὐ γὰρ ὀΐω*
> *ῥηϊδίως τόδε τόξον ἐΰξοον ἐντανύεσθαι.*
> *οὐ γάρ τις μέτα τοῖος ἀνὴρ ἐν τοῖςδεσι πᾶσιν,*
> *οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν κτλ.*

His verbis Antinous Eumaeum et Philoetium pastores increpat, cum certamine proposito arcum domini intuentes desiderio fleant. Perniciosum hoc loco ut Amcisius interpretatur certamen non posse dici Buttmannus Savelsbergio persuasit, qui certamen intellegit quod multas fraudes, multum erroris habeat. Non ambigo hoc ferri posse, sed melius Antinous pastores sedat, si certamen praedicat non attingendum. Neque enim mihi placet quod vel Buttmannus voluit: non reprehensum, vel Schraderus: immobile (i. e. difficile?), vel Doederlinus: innoxium pastoribus, vel Sonneus: non laetum. Summum praemium procis propositum est, quo jam diu tendunt, sed difficillimum est certamen ideoque non attingendum pastoribus. Ne illud erat non attingendum, ut ipse certamine finito Ulysses praedicat paullulum irridens Antinoum χ 5

> *οὗτος μὲν δὴ ἄεθλος ἀάατος ἐκτετέλεσται.*

Qui viri docti alpha privativum defendunt iis hiatus post primum alpha explicandus est. Ac duplex aperitur

via: aut enim cum Schradero l. l. a forma reduplicata ἀ-ϝα-ϝα-το-ς proficiscendum est — idque mihi simplicius videtur — aut ν excidisse statuendum (ἀάατος = ἀν-αϝατο-ς) id quod nescio an iis non displiceat qui cum Curtio, act. soc. lit. Sax. 1870 p. 32 reputaverint particulas interdum non tam certis sonorum mutandorum legibus esse astrictas quam cetera vocabula. Videant ipsi exempla qui dubitant. Multum praeterea nonnulli viri docti elaborarunt in expedienda mensura ἀάᾱτον Ξ 271, cum alii hanc difficultatem silentio praeterierint. Doederlinus et Sonneus trochaeum in quarto pede ferri posse arbitrantur ante bucolicam ut hic ait caesuram, quae tamen nulla inest. Unum ejusdem rei exemplum Hermannus, el. doct. metr. 41 attulit *E* 487 μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου. Hoc versu jam Bentleyus duali numero pluralem substituit et transpositis vocabulis audacius scripsit λίνου πανάγροιο ἁλόντες, quo multo simplicius esset quod in Et. M. 183, 32 editur λίνοιο ἁλόντε. Sed fortasse productio ex amisso digammo orta est quo constat etiam progressive vocales produci potuisse (cf. Brugmanus in Curt. stud. IV 135, Mangoldius ib. VI 164). Certissime progressiva productione suppletoria et medium alpha et ultimum vocis ἀάᾱτος i. e. ἀ-ϝα-ϝα-τος produci potuit, de tertio enim nihil valet quod ἀϝαjω s. ϝαϝαjω verbum denominativum est, ubi j nisi regressiva relicta productione non evanesceret. Fickius, lex. Indogerm. 187, I[3] 419 rem non expedivit quod Scr. *vāta* laesus, *avāta* non laesus, integer comparat quae a rad. *van, vā* „ferire" descendant et ἀάατος esse dicit pro ἀϝα-το-ς.

Verum enimvero etiam iis qui opinionis suae tenaciores significationem damnosi retinent habeo quod suadeam, dummodo abiciant alpha intensivum. Scimus enim jam dudum, quid de distractis quae vocantur formis epicis judicandum sit, quas cum multi alii viri docti bene explanarunt tum nuper Mangoldius in Curt., stud. VI 139 sqq. Quid, si ad tot participia vel praes. pass. vel med. pass. nunc accedit forma praet. pass. ἀϝα-jα-τος, in qua servatum



a-ja non minus spectatae antiquitatis est quam in *ὁρᾴ* pro *ὁρα-jα-σι* aliisque formis? Mensura *ἀάᾱτος* sane ita non tam facile expediri potest, sed si vel Savelsbergius vel Duentzerus eam metri causa factam esse statuerent, non solum non repugnarem sed hoc in meum quoque usum converterem. Ita enim sine reduplicatione *ἀάατο-ς* esset pro *ἀϝᾱ-jα-το-ς*. Sed obstat Siculorum *ἀάβακτος* apud Hes. *ἀάβακτοι· ἀβλαβεῖς*.

2) *ἀαγής*.

Et. M. I 50 *ἀαγές· ἄθραυστον, ἀπὸ τοῦ ἄγω τὸ κλάνω, ἀγής· καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἄλφα ἀαγής· τὸ οὐδέτερον, ἀαγές. ἢ τὸ ἄθραυστον κατὰ στέρησιν ἢ τὸ πολύθραυστον.* Res in aperto est: *ἀαγής* est pro *ἀϝαγής* (cf. Curtius, et. Gr. el.[4] p. 530) et compositum cum alpha privativo. Ex hoc autem luculentissimo exemplo discere possumus, quam neglegenter et inconsiderate veteres grammatici alpha suum intensivum ad explicanda vocabula adhibuerint, idque facile nobis excusationi erit, si quando ab eorum versionibus recesserimus.

3) *ἄαπτος*

quod comprehendi nequit, cui quis appropinquare non potest, *unnahbar*. Sic vulgo vertitur hoc epitheton, quod saepius apud Homerum legitur de manibus potissimum Jovis, Ajacis, Agamemnonis, Patrocli, Hectoris, Achillis, Ulixis usurpatum, et quoniam versio illa ad omnes locos quadrat, plerique nunc viri docti eam explicationem amplectuntur qua *ἄαπτος* a verbo *ἅπτειν* et ab alpha privativo duxit originem. Verum jam antiquitus hoc vocabulum interpretibus magnos scrupulos injecit, ut ex schol. V ad *Α* 567, ex Et. M., Suid., Hes. aliorumque testimoniis elucet. Aristarchus, cum *ἀάπτους χεῖρας τὰς δεινὰς καὶ ἀπτοήτους* esse vellet, *ἄαπτος* decurtatum esse existimavit ex *ἀπτόητος*, quod fieri non posse perspexit Lobeckius, path. el. I 390. Cf. etiam Lehrsius, de Arist. stud. Hom.[2] 305. Zenodotus ut postea Apion *ἀάπτους* scripsisse Dindorfio

videtur in annal. phil. et paed. 87 p. 78, quod recte Duentzerus improbat, de Zenod. stud. Hom. 30. Aristophanes Byzantius (ed. Nauck. 212) *ἀέπτους* scripsit i. e. *ἀποῤῥήτους*, quod fortasse receptum esse ab Aristarcho in proecdosi La Rochio concesseris, de cond. crit. text. Hom. 175. Ut Zenodoto sic Herodiano placuit *ἴαπτος* scribere, quod is a verbo *ἰάπτειν* ita repetiit, ut esset aut cum alpha privativo: qui necari, feriri nequit, aut cum alpha intensivo: qui multos ferit, multos necat. Huic quoque sententiae nostra aetate non defuit patronus: Duentzerus enim Homeri interpres alpha intensivi amantissimus ad χ 70 vertit: *schwer treffend.* Nos *ἄαπτος* a verbo *ἅπτειν* i. e. a radice *ἀπ* repetere non dubitaremus, si ullo argumento probari posset quondam eam a consona spiranti incepisse, qua forma usitata pro *ἄναπτος* excusaretur. Quod quoniam probari nequit, nihil reliquum esse video quam ut aliam rationem circumspiciamus. Repetamus igitur *ἄαπτος* cum alpha privativo a radice *ἰαπ* non illa quidem ejus verbi *ἰάπτειν* de quo Herodianus cogitavit, sed a pleniore forma radicis *ἰπ* sive *ἰκ* „laedere, violare" quam aoristo *ἤν-ιπ-απ-ο-ν* inesse optime viri docti perspexerunt. Cf. Curtius 454 sq., Fritzscheus in Curt. stud. VI 330. Ita *ἀϳαπτος* sive amissa consona spiranti *ἄ-απτο-ς* nihil jam difficultatis habet et est quod veteres esse voluerunt: inviolatus, inviolabilis.

4) *ἀάσχετος*

quoniam idem est quod *ἄσχετος* (cff. *E* 892, *Ω* 708, *Π* 549), non debebant tot interpretes alpha initiale pro intensivo habere ad augendam vim praefixi negativi. Hoc fecerunt Apoll. lex., Et. M. I 31, Eust. 618, 39 et nostra aetate Buttmannus, gramm. ampl. II 359, Lobeckius, path. el. I 20, 33, Duentzerus, alii. Aliam viam ingressus I. Bekkerus, plag. Hom. I 158 cum *ἀάσχετος* pro *ἀανσχετος, ἀν-ανσχετος* esse censeret, elisae prioris *ν* literae eam causam argute excogitavit ne *ἀν-άσχετος* cum *ἀνά-σχετος* confunderetur. Sed vereor ne non omnibus iis haec causa sufficiat quibus alia

ratio in promptu est. Potest enim *ἀάσχετος* a reduplicata stirpe *σα-σεχ* derivari, ab antiquiore forma stirpis *σι-σεχ*, unde *σι-σχω*, *ἴσχω* descendit. Vocalem alpha eadem radix exhibet etiam in verbis *ἀ-σχαλ-άαν*, *ἀ-σχάλλ-ειν*, *ο* in *σχο-λή* (cf. Curtius 193) nec raro in vocabulis reduplicatione formatis ipsa reduplicatio stirpem superavit et oppressit, cf. Brugmanus in Curt. stud. VI 191 sqq. Sic *ἀ-άσχετος* ex *ἀ-σασχετο-ς* facilius intellegitur quam ex *ἀανσχετος*, Alexandrini autem grammatici caeco imitandi Homeri studio abrepti ad hanc similitudinem alia vocabula effinxerunt quorum ipsi rationem reddant. Huc pertinet ex Quinto Smyrnaeo *ἀάπλετος*. Cf. Spitznerus, observat. ad Quint. Smyrn. (= de vers. Graec. her. p. 209 sqq.).

5) *ἀβλεμής*.

ἄτολμος, ἀτερπής, παρειμένος· οἱ δὲ κακός Hesych. *ἀβλεμέως· ἀφροντίστως*, Orion. lex. p. 14. Invenitur autem apud Panyas. 6, 8 (ed. Duebner.) *ἀβλεμέως πίνειν* incontinenter, constanter i. e. largiter *πίνειν* et ap. Nicandr. Alex. 81

> *ξηρὰ ἐπιλλίζων ὀλοὴ χελλύσσεται ἄτη*
> *ἀβλεμές· ἦ γὰρ ἐκεῖνα πέλει κάρος.*

Veteres et recentiores grammatici comparant *βλεμεαίνω* „scatere, plenum esse" varias conjecturas de hujus verbi origine proferentes. Quae qualiscunque fuit — forsitan *βρῖ-θω, βρι-μή* sim. haud procul absint — *ἀβλεμέως* cum alpha privativo compositum esse putamus et similiter dici ut *ἀκρατῶς πίνειν*. Clare etiam ap. Nicandrum significatio apparet. Ad eandem prosapiam pertinet *ζαβλεμέως· μεγάλως πεποιθώς*, nisi cum Maur. Schmidtio *ζαβλεμένως* scribimus. Erravit certe Hennickeus quod *νωλεμέως, νωλεμές* cum nostro vocabulo comparavit.

6) *ἄβυσσος*.

Eusth. p. 1340, 37. *τὸ βυσσὸς πλεονασμῷ ἢ ἐπιτάσει γίνεται ἄβυσσος.* Sed est potius, inquit Lobeckius, path. el. 31, alpha privativum, ut nos quoque quae profundissima

sunt fundo carere dicimus. Vides nostrum *Untiefe* de quo supra p. 34 disputavimus apte comparari posse.

7) et 8) ἀγάλακτος et ἄσημος.

Erotian. p. 50, 5 (ed. Klein.) ἀσήμοις τόποις· κατ' ἀντίφρασιν πολυσήμοις ὡς καὶ ἀγαλάκτοις πολυγαλάκτοις καὶ ἀξύλῳ ὕλῃ. πολυσήμους δὲ λέγει τόπους ἐπί τε φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν καὶ νεύρων. Nos ἀγάλακτος invenimus sensu negativo apud Aesch. Ag. 727 ubi est: lacte carens, lacte non nutritus. Apud Galen. autem VI 346 (Kuehn.) ἀγάλακτοι νομαί sunt pascua lactantibus bestiis noxia. Ἄσημος autem nusquam non invenitur cum alpha privativo compositum, nec recte videtur Erotianus Hippocratem intellexisse.

9) ἀγείρατος.

Etym. M. 8, 28 γέρας ἡ τιμή. ἀγέρατον καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι ἀγείρατον. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἄτιμον καὶ τὸ πολύτιμον. Cf. Herod. II 269, 4. ed. Lentz. Quandoquidem nescimus qua auctoritate intensiva illa significatio nitatur, in negativa acquiescimus.

10) ἄγονος.

Ἄγονον· πήγανον. ἢ πολύγονον Hesych., cf. Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 218. Nos quoniam hoc vocabulum ubicunque legitur semper cum alpha privativo aperte compositum esse videmus, non dubitamus quin intensiva significatio grammaticorum errori tribuenda sit. Idem de vocabulo

11) ἀγύμναστος

valet, nisi Maur. Schmidtium sequi mavis qui glossam Hesychianam ἀγυμνάστοις· πολυγυμνάστοις ad οὐκ ἀγ. pertinere probabiliter suspicatur. Quamquam tam saepe veteres grammatici vocabula quae aperte a negativo praefixo incipiunt vocabulis interpretantur cum πολυ- compositis ut nihil referat unum exemplum utrum detrahas an addas. Confidentius erroris convincere possumus scholiastas qui



12) *ἀδάκρυτος*

duobus locis Sophocleis pro *πολυδάκρυτος* positum esse voluerunt. Nimirum usitatissimam adjectivorum prolepsin isti non intellexerunt, quae legitur Trach. 108 *οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον* i. e. *ὥςτε ἀδάκρυτα εἶναι* et sensu passivo Ant. 882 *τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει.* Ex quo veram rationem interpretandi Hermannus demonstravit, nemo dubitare potest quin alpha sit privativum. Cff. de hac prolepsi Lob. ad Aj. p. 299, Herm. ad Vig. p. 897, Bernhardyus, synt. p. 428, Kuehnerus, gr. ampl. II² 236 multique aliorum scriptorum interpretes.

13) *ἄδηλος*

idem esse quod *εὔδηλος* interpretes putaverunt apud Artem. Oneir. II 37 *ἄδηλος δὲ ὁ λόγος τοῖς μεμνημένοις τῇ θεῷ.* Quod mirum esset, si ita se haberet, sed speciose Doederlinus conjecit *πλὴν* vel *εἰ μὴ* excidisse post *λόγος*, nisi rectius Hercherus cum Meinekeo *εὔδηλος* recepit. Hennickeus abusu quodam vel potius errore adductum esse Artemidorum opinatur ut *ἄδηλος* intensivo sensu poneret, quandoquidem vel optimi sive classici quos vocant scriptores vocibus male intellectis male usi sint. Hoc esto verum, sed quo modo fieri potuisse censeamus ut vocabulum notissimum scriptor aliquis in contrarium sensum neglegenter deflecteret loco potissimum tam ambiguae interpretationis? Credat cui lubet.

14) *Ἀδράστεια.*

Cornut. de nat. deor. 13 (ed. Osann.) *Ἀδράστεια ἤτοι παρὰ τὸ ἀνέκφευκτος καὶ ἀναπόδραστος εἶναι ὠνομασμένη . . . ἢ τοῦ στερητικοῦ μορίου νῦν τὸ πολὺ ἐπιδηλοῦντος, ὡς ἐν τῇ 'ἀξύλῳ ὕλῃ'. πολυδράστεια γάρ ἐστι.* Schol. Plat. p. 161 Ruhnk., Hesych. *Ἀδρ. ἡ Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν, [ἀπὸ] Ἀδράστου, ὃς πρῶτος ἱερὸν Νεμέσεως ἱδρύσατο.* Similiter Suid. et Et. Magn. p. 663, 8. Vocabulum primum legitur apud Aesch. Prom. 972 ubi multa collegit Blomfieldius, et dubitari nequit quin ab *ἄδραστος* secun-

dario suffixo derivandum sit i. e. Nemesis, quam effugere nemo potest. Ut ad vitandam deorum invidiam Graeci dicere solebant *προςκυνῶ τὴν Νέμεσιν* (nostrum *unberufen*) sic etiam saepe invenitur *προςκ. τὴν Ἀδράστειαν* velut apud Demosth. adv. Aristog. I p. 495, Plat. rep. V p. 451 A., cf. Eur. Rhes. 342, 468.

15) *ἀζαλές.*

Hesych. *ἀζαλές· πολύπνουν ἢ ὀλιγόπνουν.* Doederlinus qui recte nomen *ζάλη* comparat grammaticum secutus alpha sive intensivum sive euphonicum esse vult. Neutrum credibile est, sed privativum male ut solent intellexerunt veteres interpretes. Maur. autem Schmidtius hanc glossam non video cur a Diogeniano abjudicaverit, cum ei concesserit alteram cum nostra cognatam: *ἀζάλη· νήνεμος, γαλήνη.*

16) *ἄζειρον.*

Hesych. *ἀζώστον ἢ πολυζώστον.* De hac glossa idem valet quod de antecedenti: privativum alpha est. *Ἄζειρος* quondam exstitisse adjectivum inde comperimus significans: „sine zona“. Hesychius enim habet *ζειρά· οἱ μὲν εἶδος χιτῶνος, οἱ δὲ ζώνην· βέλτιον δέ τι ἄλλο ἐπιβόλαιον κατὰ τῶν ὤμων φορούμενον, ἐοικὸς ἐφαπτίδι· καὶ Ἡρόδοτος μαρτυρεῖ ἐν ζ'* (VII 69) *καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος* et *ζείρη· μίτρα, ταινία, διάδημα.* Veriloquium si quaeris, radix *δε* „ligare“ in promptu est, unde *διά-δημα* quoque descendit: *ζειρον* autem est pro *ζε-ριο-ν*, ut *ζειρά, ζείρη* pro *ζερια, ζεριη.*

17) *αἴσυλος, ἀήσυλος.*

Haec quoque adjectiva Homerica non defuerunt grammatici qui ab alpha intensivo incipere existimarent, sed alpha esse privativum uberiore disputatione evicisse nobis videmur in Curt. stud. III 300 sqq.

18) *ἀθέσφατος*

manifesto exemplo est, qua ratione a negativa significatione ad intensivam quae videri potest Graeci quoque per-



interpretes, e quibus Benfeyus et Doederlinus intensivam notionem alpha praefixi agnoscunt. Ille enim I 594 alpha copulativum esse statuit vertitque: *schwellend*, *schäumend*, *rauschend*, hic gloss. Hom. III 306 a verbo ἀνατρύζειν derivat: *aufgährend*. Alia Goebelius protulit in diar. gymn. IX 313. Nos cum Curtio Herodianum sequimur, ut ἀτρύ-γ-ε-το-ς synonymum esse statuamus adjectivi ἄτρυτος. A τρύειν verbo ἀτρύ-ε-το-ς non aliter descendit atque ἀτί-ε-το-ς a τίειν — Lobeckius proll. 374 comparat etiam formas ἀμάχετος, εὐέργετος — et postquam ex υ vocali ϝ natum est, jam antiquitus ϝ in γ transiit. Significatio autem non attriti, immutati, invicti et ad mare et ad aethera quadrat, quam ad comprobandam inservit etiam

37) *ἄτρυτος* apud Soph. Aj. 788

τί μ' αὖ τάλαιναν ἀρτίως πεπαυμένην
κακῶν ἀτρύτων ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;

Schol. Pal. *πολυτρύτων, πάνυ κακούντων*. Alpha intensivum agnoverunt etiam Valcken. ad Theocr. Ad. 270 et Doederlinus, de alpha intens. 21 qui: sexcenties, inquit, ipsae molestiae *τρύειν* dicuntur hominem defatigando, numquam vicissim homo dicitur molestias tolerando ac superando. Sed recte jam vocabulum explicatur Et. M. 167, 12 *ἄτρυτος σημαίνει τὸν ἀκαταπόνητον. . . . ἄτρυτα· ἀκάματα, σκληρὰ καὶ ἰσχυρά*, et similes locos Hennickeus collegit ubi de rebus ea praedicantur quae proprie de personis valent. Itaque *ἄτρυτος* est inexhaustus et alpha privativum. Cf. etiam Ellendtii lex. Soph. a Gentheo retractatum s. v.

38) *ἀχύνετος* Nic. Alex. 174 (ed. O. Schneider).

πῦρ μὲν ἀείζωον καὶ ἀχύνετον ἔτρεσεν ὕδωρ.

Schol. *πολύχυτον*. Et. M. 183, 10 *ἀχύνετον· ἐγράφη δὲ τὸ α κατ' ἐπίτασιν, ὡς ἄξυλος*. Hesych. *ἀχύνετον· πολύ*. Ionibus solis ac Siculis hanc significationem attribuit schol. ad Apoll. Rhod. III 580 [illegible] *ἀχύνετον τὸ πολὺ κατὰ Ἴωνας*

E 872 coll. schol. π 29), vel ὀλοθρευτικός, ὀλέθριος (Et. M. 41, 36) vel ὀλέθρου ἄξιος (schol. X 165) vel ἀφανιστικός, ἀφανίζων (grammaticus ap. Porph. l. l. Choeroboscus ap. Et. M. 41, 41, epim. Cram. 19, 21) vel ἐξ ἀδήλου ἐμπεσών (grammaticus a Porphyrio laudatus l. c.) vel ἄδηλον, ἀφανὲς (Apoll. Soph. 16, 28 ad *B* 318) vel denique ζῆλος, ἄζηλος (Herodianus ap. Et. M. 41, 45). Etiam plerique recentiores grammatici ἀίδηλος ab alpha privativo et a radice ϝιδ (ἰδεῖν) derivant ut Buttmannus, lexil. I 247 sqq., Lobeckius, path. el. I 530, Boetticherus, spicil. voc. Hom. 11, Wold. Ribbeckius, Philol. IX 11, Doederlinus, gloss. Hom. II 5, Curtius 644, alii. Alpha contra intensivum vel potius αἰ intensivum i. e. praefixum ἀτι- defendit Savelsbergius qui alteram vocabuli partem δηλο-ς ad rad. δαϝ verbi δαίειν revocat ut primum sit proprie: admodum ardens, flagrans, translate: ardens, fervidus, audax, temerarius, violentus, deinde: valde lucidus, clarus, conspicuus. Hanc explicationem probarunt Autenriethius ad *B* 318 et Duentzerus in Kuhnii diar. XIII 18, XIV 195, ad ϑ 309 ubi a δῆλος adjectivo etiam δηλεῖσθαι repetit. Posteaquam jam supra significavimus, quid de praefixo illo ἀτι judicandum sit, hoc loco vix opus est affirmare verum illos vidisse qui ἀ-ίδ-ηλο-ς sine ulla formae difficultate ad radicem ϝιδ revocant alpha privativo anteposito. Sed significatio totius vocabuli non paucis locis minus facilis ad expediendum est, si quidem ἀίζηλος quod *B* 318 cum Aristarcho (?) rectissimo judicio I. Bekkerus, Lehrsius, Curtius, alii restituerunt et Hesiodeum ἀίδελος non diversae sunt originis. Nam *B* 318 de dracone qui octo passeres cum ipsa matre devoraverat narratur

τὸν μὲν ἀ ί ζ η λ ο ν θῆκεν θεός, ὅςπερ ἔφηνεν

i. e. deus qui hoc augurium miserat (ἔφηνεν) draconem a b d i d i t, ut Cic., de div. II 30 recte vertit, lapide enim eum mutavit (λᾶαν μὲν γάρ ἔθηκε κτλ.) h. e. post novem annos frustra praeterlapsos deus laborum finem fecit de-



cimo. Quod Homero dignum esse negans cur Ameisius ad l. l. alia argumenta desideret, equidem fateor me intellegere non posse. Alii qui aut cum Zenodoto *ἀίδηλον* aut *ἀρίζηλον* ex libris optimis mss. legunt interpretantur: deus eum insignem reddidit, ut epitheton quasi anticipetur quod ad insequentis demum versus *λᾶαν* quadrat. Eandem significationem passivam (i. e. *ἀφανής*) Hesiodeum habet *ἀίδελος* cum omnibus Homeri locis praeter illum *B* 318 una conveniat notio removendi ab aspectu quam non tam activam quam causativam dixerim. Etenim si active tantummodo *ἀίδηλος* usurparetur, significaret: non videns, ut *σφαλερός*, quod Curtius laudat est fallens, sed qua ratione sensus oriatur: ab aspectu removens, invisibile reddens — liceat brevitatis causa ita vertere — id nondum satis explanatum est. Quod Curtius *ἀμήχανος* et *σφαλερός* inter se opponit nondum sufficit, quia neque significatio adjectivi *σφαλερός* cum notione quae probanda est epitheti *ἀίδηλος* congruit neque ad utrumque idem pertinet suffixum. Quare ea interpretatio quaerenda est qua omnis significationis varietas adjectivi sive *ἀίζηλος* sive *ἀίδηλος* sive *ἀίδελος* contineatur quaeque formandi ratione quoad ejus fieri potest nitatur. A radice *ϝιδ* suffixo *ηλο* cujus perpauca exstant exempla (cf. Leo Meyerus, gramm. comp. II 201) descendit *ἰδ-ηλο-ς* et cum alpha privativo *ἀ-ἰδη-λο-ς* ut a rad. *sap* *ἀ-σύφ-ηλο-ς*. Videtur autem hoc suffixo et similibus qualitas quaedam denotari inhaerens vel facultas perficiendi, cf. Curtius, de adj. Graec. et Lat. *l* literae ope form. Lips. 1870 p. 7. Cum igitur non pauca ejusmodi adjectiva indicent rem aliquam ad certum quendam usum factam vel paratam aptamque esse, *ἀίδηλος* unumquidque denotat non aptum ad aspiciendum sive ea dicuntur quae aspici non possunt, non aspecta ut *B* 318 sive ea quae non aspicienda videntur propter aliquam qualitatem intolerabilem. Atque huic sensui facile notio indignitatis admiscetur, id quod egregie cadit in plerosque locos Homericos. Neque enim optime ab irato Jove Martem increpari negabis *E* 897

εἰ δέ τευ ἐξ ἄλλου γε θεῶν γένευ ὧδ' ἀΐδηλος,
καί κεν δὴ πάλαι ἦσθα ἐνέρτερος οὐρανιώνων

i. e. ita te gessisti ut vix aspiciendus sis, adeo protervus, violentus es. Eodem sensu protervi et violenti Mars *ἀΐδηλος* vocatur *Θ* 309, nec aliter Minervam Mars ipse vocat iratus *E* 880 *παῖδ' ἀΐδηλον*, vel Eumaeus cum aperto contemptu de Melanthio exclamat *χ* 165 *κεῖνος δὴ αὖτ' ἀΐδηλος ἀνήρ*. His omnibus locis significatio *ἀφανίζων* non magis convenit quam *π* 29 et *ψ* 303, ubi verbis

ἡ μὲν ὅσ' ἐν μεγάροισιν ἀνέσχετο δῖα γυναικῶν
ἀνδρῶν μνηστήρων ἐσορῶσ' ἀΐδηλον ὅμιλον

Penelope summa patientia ferre dicitur vix tolerandam (proprie: vix aspiciendam) audaciam procorum, ac verti potest per nexum sententiarum *ἀΐδηλος* „protervus". Nemo facile magnum, admodum flagrantem ignem aspicere potest ideoque egregie *B* 436, *Δ* 436, *Λ* 155 *πῦρ ἀΐδηλον* praedicari concesseris quibus locis notio perniciosi haud procul abest. Verum ea notio ipsi vocabulo *ἀΐδηλος* ex nostra interpretatione non necessario inest, sed ex uniuscujusque loci propria condicione elici potest ubi sensu commendatur. Quod si Aristarchus perspexisset, *E* 757 fortasse lectione *ἔργ' ἀΐδηλα* lectionem *καρτερὰ ἔργα* non mutasset. Verum enim est hoc versu et 872 *ἔργ' ἀΐδηλα* dici perniciosa facta, temeraria, nimis audacia ideoque Jovi non jam aspicienda. Ita igitur eum implorant Juno, si quidem contra Aristarchi auctoritatem locus restituendus est, et Mars

Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ ὁρῶν τάδε ἔργ' ἀΐδηλα;

i. e. aspiciens quae jam non sunt aspicienda. Scamander Achilli *Φ* 220 obicit *σὺ δὲ κτείνεις ἀϊδήλως* i. e. supra modum, atrociter, crudeliter. Vides hac interpretatione omnes locos Homericos comprehendi, nulla translatione opus est, nusquam primaria significatio artificiose detorquetur, omnia plana et perspicua sunt. Etiam usus Hesiodeus, Pindaricus, Sophocleus inde facile intellegitur. Hes. op. 754 *μωμεύειν ἀΐδηλα* conviciari non tolerandum in



modum, proterve. „Non aspiciendus“ et „inauditus“ synonyma sunt; ideoque, quia utrumque eadem fere multitudine adjectivorum quibus aliquid vituperatur reddi potest, tam late eorum usus patet. Apud Pind. Pyth. III 48 corvus, qui Apollini nuntiat Ischyn Coronidi vim attulisse, nuntiat ἔργ' ἀίδηλα non „obscura“ facta ut vulgo explicatur sed „nefanda“. Sophocles Aj. 608 Plutonem vocat τὸν ἀπότροπον ἀίδηλον Ἅιδαν abominandum neque aspiciendum scil. propter horribilem ejus naturam. Quis ἀίδαλος Τύχα C. I. Gr. n. 3328 scripserit nescimus sed sensus perspicuus est.

21) ἀκηδής,

„cujus nulla est cura“ apud Homerum aut est: qui nullam curam habet, neglegens, aut: cujus nulla cura habetur, neglectus. Praeter hanc aperte negativam significationem Buttmannus, gramm. ampl. II 467 etiam intensivam agnoscendam esse dicit quo substantivum pertineat ἀκήδεια ap. Ap. Rhod. III 298

ἁπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς
ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος, ἀκηδείῃσι νόοιο.

Sed usitata est significatio ut rectissimo judicio perspexit Lobeckius, path. el. I 35. Medea enim, inquit, amore recens concepto aestuans nunc exalbescit nunc erubescit ἀκηδείῃσι νόοιο; verum tamen hoc tempore illa non est anxia sed omnium rerum praeter amorem incuriosa et oblita ut ἀκηδής dici potuerit, quemadmodum amor ipse a Theocrito vocatur ἀφρόντιστος id est expers rationis et inconsultus quod schol. falso interpretatus est ὁ ἄγαν φροντίζων. Haec explicatio ipsis poetae versibus 288 sq. comprobatur ab Hennickeo apte comparatis:

καί οἱ ἄηντο
στηθέων ἐκ πυκναὶ καμάτῳ φρένες οὐδέ τιν' ἄλλην
μνῆστιν ἔχεν.

Cf. Et. M. 47, 55 ἀκηδία· ἡ ἀηδῶς διακεῖσθαι καταναγκάζουσα, ἢ μηδὲν ἡμᾶς φροντίζειν ποιοῦσα. Quod denique ἀκηδία idem nonnunquam est atque λύπη, id sensu

potius passivo adjectivi ἀκηδής quam activo explicari Hennickeus vidit qui, cum ἀκηδία status sit hominis cui a nullo prospiciatur, minime miratur λύπη pro synonymo haberi et verba ἀκηδιάω et ἀκηδιάζω nihil aliud esse quam malis urgeri. Tantum igitur abest ut cum Buttmanno ἀκηδής inter ea alpha intensivi exempla recenseamus quae minime obnoxia sint dubitationi, ut pro certissimo negativi praefixi exemplo habendum sit.

22) ἀκρότητος.

Hesych. ἀκρότητα· πολυκρότητα γενόμενα, ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι μηδὲ συμπεσεῖν αὐτοῖς. Ita nunc haec verba edidit Maur. Schmidtius glossam referens ad trag. adesp. frg. 66. Valckenarius verba Hesychii ad Cratini versum pertinere putat ap. Athen. IV p. 164 E μέλη πάραυλα κἀκρότητα κύμβαλα quae recte Lobeckius l. l. 33 non esse πολύκρότητα animadvertit, sed δυσκρότητα ut ἀκοίμητος ὕπνος Nonn. XVII 119, πόρτις ἄνυμφος i. e. Helena Lyc. 102. Quae, inquit, et κακόνυμφος dici potuit et πολύνυμφος ut in glossa exponitur, eademque ἀκλεής infamis et δυσκλεής atque etiam πολυκλεής famosa, quae diversorum nominum in unam rem convenientia procul dubio scholiastas induxit, ut alpha privativo vim tribuerent intensivam. ,Egregie haec Lobeckius, cum ἀκρότητος e numero eorum vocabulorum sit in quibus non tam plena membri alterius significatio tollitur sed insignis tantummodo eaque bona qualitas. Ἀκρότητα κύμβαλα non sunt cymbala omnino non pulsata sed non recte pulsata ideoque non bene sonantia, immo vero dissonantia quae magnum quidem strepitum edunt (πολυκρότητα) sed nullum sonorum concentum. Apparet quo jure veteres grammatici explicationem illam proposuerint.

23) ἀκύμων.

Hesych. ἀκύμονος· πολυκαμάτου· ἢ πολυκύμονος. Adnotat haec Doederlinus: „habuit ante oculos grammaticus talem locum in quo dubitabatur num — ita scripsit — meta-



phorice diceretur, ut ἀκύμων βίος ap. Plutarch. T. II p. 465 i. e. ἄνευ κυμάτων, an proprie intellegendum esset κῦμα. Monk. ad Eur. Hipp. 235 ψαμάθοις ἐπ᾽ ἀκυμάντοις explicat fluctibus multum percussus coll. vss. 228 et 1124. Intellego sabulosam litoris partem, quae quamquam propinqua mari tamen fluctibus vacat, ideoque curribus patet." Vellem Doederlinus vidisset priorem explicationem non ad ἀκύμονος sed ad ἄκμονος pertinere, totam autem glossam a Diogeniano esse alienam. Quod si novissimo Hesychii editori concedimus, in explicandis illis explicationibus jam non est laborandum.

24) ἀμέγαρτος

apud Homerum conjungitur cum vocibus ἄνεμος, πόνος indeque ad homines transfertur. Et. M. 81, 26 παρὰ τὸ μεγαίρω τὸ φθονῶ, μεγαρτὸς καὶ ἀμέγαρτος, ὁ μὴ φθόνου ἄξιος· φθόνος γὰρ τοῖς εὐτελέσιν οὐ προςγίνεται..... 30 κατ᾽ ἐπίτασιν τοῦ α ἵν᾽ ᾖ ἀμέγαρτον τὸν πολλοῦ φθόνου ἄξιον· τὰ γὰρ μεγάλα φθονεῖται· τὰ δ᾽ εὐτελῆ οὔ. Post egregiam Buttmanni disputationem, lexil. I 261 sq. nemo quantum equidem scio interpretum Homeri de origine ac significatione hujus vocabuli dubitavit; est enim exemplum ex litotete quam dicunt repetendum, in quo negativa notio ad positivam progreditur. Plura de hoc genere supra exposuimus.

25) ἄμοτον

apud Homerum invenitur conjunctum cum part. μεμαυῖα Δ 440, Ε 518, Ap. 25, 25 ἀπλήρωτον, schol. B. ἄπληστον, AD. πολύ; ἄμ. μεμαώς Ν 40, 80, Χ 36 cum verbis: ἄμ. μεμάασιν ἀκουέμεν ρ 520, ἄμ. κλαίω Τ 300, ἄμ. κεχολωμένος ψ 567, ἄμ. τανύοντο ζ 83, ubi sch. P. ἀπλήρωτον, ἀκόρεστον, E. ἀπλήρωτον ἔτρεχον, συνεχῶς ἐφέροντο. Varias explicationes veteres grammatici temptarunt quarum nulla fere tam inepta est quin recentiorem patronum nancta sit. Sic cum schol. Δ 440 Boettcherus, spicil. Hom. p. 13 vocabulum ad μοτόν linteum concerptum rettulit quo omne

quod dissolvitur, denotari posse sibi persuasit. Doederlinus ἄμοτον cum non differre censeat ab adjectivo ἀμαιμάκετος, a radice μα verbi μέμαα cum alpha intensivo repetiit, alii ab ἄμεναι, alii a μένειν ut artificiosa explicatione Hennickeus, alii alia protulerunt. Viam mihi monstrasse videtur Et. Mag. 85, 8 ἀπὸ τοῦ μετρῶ, ἄμετρον, quam postea etiam ingressi sunt Benfeyus l. l. II 31 et Duentzerus in Kuhnii diar. XII 26 et ad ζ 83. A radice μα praefixo negativo ἄ-μο-το-ς derivatur „non dimensus" „immensus" „immodicus", et fortasse cognatum est Latinum *ni-mi-s*, cujus significatio similis est et vocalis etiam magis ab antiquo *a* aliena quam illud *o*. Mich. Bréal in Kuhnii diar. XVIII 456 *ni-mis* et μεῖον comparavit, quod nescio an ad eandem radicem referendum sit; cum Graeco μεῖον cf. nostrum *gemessen* i. e. *knapp*.

26) ἄξενος·

ἀνεπίμικτος (πολύξενος). Ita nunc scripsit Maur. Schmidtius glossam Hesychianam, cum antea illud πολύξενος ad ἄξυνος· ἀκοινώνητος appositum fuerit. Ordinem vocabulorum turbatum esse Doederlinus vidit, Schmidtius autem suo jure πολύξενος uncis inclusit utpote grammaticorum commentum alpha intensivum sectantium.

27) ἀπένθητος

nemo jam pro alpha intensivi exemplo habebit. Nam Aesch. Ag. 862

> νῦν, ταῦτα τλᾶσ᾽ ἀπενθήτῳ φρενὶ
> λέγοιμ᾽ ἂν ἄνδρα τόνδε βουστάθμων κύνα

conjungenda sunt verba ἀπ. φρενὶ λέγοιμ᾽ ἂν et sensus est: nunc posteaquam haec mala toleravi, non sollicito i. e. laeto animo dixerim cet. Alii ἀπενθ. φρ. cum part. τλᾶσα conjungunt sed ne hac quidem ratione significatio immutatur.

28) ἄπλετος

immensus, ingens apud pedestris maxime orationis scriptores

Nam apud Atticorum tragicos, inquit Hermannus ad h. l., sicubi ἄπτερος invenitur propria significatione nunc non alatum notat, ut Eum. v. 53, 249, et in Iph. Taur. v. 1095, nunc implumem, ut in Herc. fur. v. 1039

> ὃ δ', ὥς τις ὄρνις ἄπτερος καταστένων
> ὠδῖνα τέκνων, πρέσβυς ὑστέρῳ ποδὶ
> πικρὰν διώκων ἤλυσιν πάρεσθ' ὅδε.

Et hic quidem locus accommodatissimus est ad tuendam hanc vocem in Agamemnone. Nam ἄπτερος φάτις est rumor immaturus, cui nondum fides habenda, comparatione ab avibus petita, quibus nondum ad volatum pennis firmatae sunt alae. Paullo aliter alii locum Agam. per ellipsin quandam epitheti interpretantur: ἄνευ πτερῶν μὲν, ἀλλ' ὅμως ταχέως ὥςπερ πτεροῖς. Sic Schneidevinus cum Doederlino, etsi is ne Buttmanno quidem adversatur, qui post Homerum ἄπτερος sensu affirmativo dici coeptum esse judicat. Equidem et de hoc loco et de ceteris facio cum Hermanno qui Alexandrinorum quoque poetarum usum et posteriorum scriptorum imitationem optime perspexit. Apud hos enim si non ipsum adjectivum ἄπτερος, at certe adverbium ἀπτερέως (ἀπτερής), quia non potest non revocari ad celeritatis notionem, vulgo explicatur ταχέως, ἐλαφρῶς, ἠμελημένως sim., velut ap. Apoll. Rhod. IV 1765

> κεῖθεν δ' ἀπτερέως διὰ μυρίον οἶδμα λιπόντες
> Αἰγίνης ἀκτῇσιν ἐπέσχεθον.

Similiter Parmen. ap. Sext. Emp. adv. log. I 393 ὀχῆα ὦσαι ἀπτερέως adverbium nostrum positum esse videtur, certe sic positum est ap. Eudociam de vit. S. Cypr. I 24 et. 202 Cff. Ruhnken. ep. crit. II (ed. 1782) p. 105, Lobeckius, path. el. I 39. Hermannus autem de illis scriptoribus: non est obscurum, inquit, etiam qui illa voce in contrarium significatum usi videntur re vera non recessisse a proprio. Sunt enim illi Homerum secuti, cui cum ἄπτερος μῦθος dictum significet non avolans sed sedulo mente custoditum,



ἄπτερος, ἀπτέρως, ἀπτερέως de iis rebus dictum est, quae non leviter aut oscitanter sed sedulo ac strenue aguntur. Inde glossae Hesychianae explicandae sunt, quae passim huc referuntur praeter unam corruptam ἀπταρύσσεται· πέτεται. Sed fortasse haec quoque retineri potest, si quidem a composito vocabulo ἀπτήρυξ (ἀπτάρυξ) proficiscimur, quod simili errore ab alpha intensivo incipere grammatici opinabantur atque ἄπτερος.

30) ἄπυρος.

Aesch. Prom. 880 οἴστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος. Schol. ἡ ἀκμὴ τοῦ πυρὸς ἄπυρος ἢ πολύπυρος (ut alpha sit ἐπιτατικὸν) διὰ τὸ σφοδρὸν τοῦ πάθους. Doederlinus alpha intensivum defendit quia notio ignis pro atrocissimo cruciatus genere usitata sit. Recentiores editores nunc recte interpretantur: telum igni non admotum, sine igne factum. Sic Blomfieldius, Hermannus, Weilius, Schmidtius, Weckleinius, qui multos similes locos afferunt ubi metaphorae audacia apposito adjectivo quodammodo coerceatur. Cf. Choeph. 493 πέδαις ἀχαλκεύτοις, frgm. 298, 4 ἄπτεροι πελειάδες, Ag. 1298 δίπους λέαινα, Sept. 64 κῦμα χέρσαῖον στρατοῦ, alia sunt exempla Sophoclea et Euripidea.

31) ἀσταγής et ἄστακτος.

Suid. ἀσταγὲς ὕδωρ· τὸ πολυσταγές. Schol. ad Apoll. Rhod. III 805 ἀσταγὲς (ἀντὶ) τοῦ πολυσταγῶς· τὸ γὰρ α νῦν ἐπιτατικὸν ὡς τὸ ἄξυλος ὕλη. Sed verum ex usu Sophocleo cognoscere possumus ubi frg. 162 Dind. κρύσταλλον ἀσταγῆ legimus i. e. solidam glaciem unde non stillat aqua. Paullo aliter idem poeta O. C. 1251 et 1646 de lamentantibus vel flentibus hominibus praedicat ut sit: non stillatim sed copiose. Quare cum propria verbi στάζειν notio alpha praefixo negetur cogitando si opponitur fluendi cognata significatio, ad eum sensum contrarium delabimur quem non solum Sophocles sed etiam poetae Alexandrini vocabulis illis compositis inesse voluerunt. Hoc Hesychii auctores melius in-

tellexerunt quam ceteri grammatici ut e glossa apparet: ἄστακτον· οὐ καταστάζον ἀλλὰ ῥύδην.

32) ἀσύφηλος bis legitur apud Homerum I 647

ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ᾽ ἐκείνων
μνήσομαι, ὥς μ᾽ ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν
Ἀτρείδης, ὡς εἴ τιν᾽ ἀτίμητον μετανάστην.

Ω 767 Helena Hectoris mansuetudinem praedicat:

ἀλλ᾽ οὔπω σοι ἄκουσα κακὸν ἔπος οὐδ᾽ ἀσύφηλον

Post Homerum hoc vocabulum raro invenitur velut ap. Stob. serm. 64 p. 408, 48 τοιόςδε ἀπαντασεῖται λόγος οὐκ ἀσυφάλως μυθεύμενος. Resuscitavit etiam ἀσ. Quint. Smyrn. 9, 521

οὐδ᾽ αἰεὶ χαλεπὸν θέμις ἔμμεναι οὐδ᾽ ἀσύφηλον.

Varie autem ab antiquissimis temporibus usque adhuc explicatum est: schol. A ad I 647 ἔστι δὲ ἀσύφηλος καὶ ὁ ἀπαίδευτος. ἐγένετο δὲ ἀπὸ σοφὸς σόφηλος. σύνθες μετὰ τῆς ἀ στερήσεως, ἀσόφηλος· μετάβαλε τὸ ο εἰς τὸ υ, καὶ γίνεται ἀσύφηλος, ὡς ἄγυρις καὶ ἄγορις. Hanc explicationem quae non minus significationi quam sonorum mutationi respondet merito Curtius secutus est l. l. 458, collatis vocabulis Σίσυφος et σύφαξ. Litoteta enim in vocabulo negativo non raram esse vidimus. Cf. etiam Ap. lex. ἀσύφηλος· ἀμαθής· οὐδενὸς (add. ἄξιος), ἄτιμος, Hesych. ἀσύφηλον· ἀπαίδευτον, κακόν, ἁμαρτωλόν. ἀδόκιμον, μηδενὸς ἄξιον. Nolo ceteras virorum doctorum explicationes commemorare, quae neque a sonis neque a significatione satis habeant probabilitatis. Plerique nunc ad adjectivum σιφλός „deformis“ (cf. σίπαλος Lob. path. proll. 140, el. I 225) confugiunt velut Benfeyus, Böttcherus, Duentzerus, alii, quod idem jam Doederlinus probavit alpha suum intensivum defendens. Sed quanto plures difficultates ex hac explicatione exoriantur quam ex nostra periti facile intellegunt, ut omittam talia commenta qualia aliis in mentem venerunt, velut Hennickeo ἀσύφηλος derivanti a radice nescio qua συφ pro θυφ.

33) *ἀταρτηρός*

legitur *A* 223 *ἀταρτηροῖς ἐπέεσσι,* schol. B. *ἀτηροῖς πλεονασμῷ τῆς ταρ συλλαβῆς,* Ap. lex. 46, 12 *βλαβεροῖς,* Hesych., Et. M. 162, 14 *σκληροῖς καὶ χαλεποῖς.* Praedicatur de homine *β* 243 *Μέντορ ἀταρτηρὲ, φρένας ἠλεέ.* Mitto Et. M. explicationem qua ab *ἄτη ἀτηρός ἀταρτηρός* reduplicatione quadam derivandum est, licet Lobeckius path. el. I 162 et Pottius, quaest. et. II[1] 78 assentiantur, varie incredibilem originem describentes. Nec probabilius Benfeyus l. l. II 253 a radice *tar* (sive *tras*), Gr. *τρες* (*τρέω, τρέμω* al.) veriloquium repetivit quocum consentit Leo Meyerus, gramm. comp. I 419. Melius ii qui a radice *τερ* (*τείρω, τρίβω, τρύω* Lat. *terere, tribulum* cet. Curt. p. 222) originem vocabuli nostri deducunt, modo ne alpha pro intensivo habeas cum Duentzero in Kuhnii diar. XII 11, XVI 24, La Rocheo ad l. l. Doederlino, gloss. Hom. II 154, immo vero privativum est quod Goebelius in philologo XIX 434 bene demonstravit, ut sit „quod conteri nequit", „durus". Attamen omnes quos modo nominavimus interpretes in eo erraverunt quod a radice *ταρ ἀταρτηρός* reduplicatione ortum esse credebant neglecta glossa Hesychiana *ἀταρτᾶται· βλάπτει* (...*εται*?). *πονεῖ, λυπεῖ* quam Lobeckius quia non intellegebat mutandam esse injuria suspicatus est. Ex hac enim glossa id potius elucet quod recte Fritzscheus in Curt. stud. VI 295 animadvertit *ἀ-ταρτη-ρός* eodem modo atque *ἀτηρός* fictum esse, i. e. a radice *ταρ* descendit participium cum alpha privativo *ἄ-ταρτο-ς* „non contritus, „quod conteri nequit", indeque suffixo secundario *ἀ-ταρ-τη-ρός,* quasi feminina forma subesset ut in tot adjectivis in *η-ρό-ς* terminatis. Cf. *αἱματηρός, καυματηρός* praeter *ὀδυνηρός, διψηρός,* alia ap. L. Meyerum l. l. II 573 qui tamen dubitat num *ἀταρτηρός* huc referendum sit. Ab illa autem stirpe *ἀ-ταρτο* verbum denominativum *ἀ-ταρτάομαι* descendit cujus tertiam personam Diogenianus explicavit.

34) *ἀτημελής*

idem esse Doederlinus dicit quod τημελής rursusque τημελής non differre ab ἀμελής, at analogiae rationem vel congrua exempla se negat reperire potuisse. Credo, quia nulla esse possunt. Est enim ἀτημελής „neglegens" et legitur ap. Plutarchum hoc sensu compluribus locis, τημελής contra grammatici tradunt „diligens" significare, itaque adv. invenitur ap. Max. Tyr. diss. 25 p. 12. Atque ratione etymologica comprobatur, si utrumque vocabulum ab eadem radice ταμ descendit unde supra ἀτμήν, ταμίας, ταμίη repetivimus simili significationis transitu. Falsa illa opinio qua ἀτημελής non differat a τημελής Doederlino suspicionem injecerat alpha intensivi.

35) *ἀτίμητος.*

Eustath. p. 1058, 3 ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως ἀτίμητόν φασι τὸν πολυτίμητον, ἤγουν τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τιμὴν καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται. Wexius ad Soph. Ant. 867 hunc usum exemplo illustravit e Dicaearcho sumpto p. 22 ed. Manzi: τὰ γενόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα ἀτίμητα καὶ πρῶτα τῇ γενέσει ubi vertit: *unschätzbar.* Hoc quoque, si quidem necessarium est, e natura alpha privativi facile explicatur. Nam cum ἀτίμητος proprie sit „non aestimatus", contraria inde significatio enucleari potest: non aestimatus enim aliquis est aut quia indignus est aestimatione aut quia omni laude superior, ut aestimari non possit. Cf. nostrum *ungemessen.*

36) *ἀτρύγετος*

apud Homerum est epitheton maris atque aetheris. Veterum grammaticorum plerique hoc vocabulum a verbo τρυγᾶν derivasse videntur, ut esset „infructuosus" (cf. Ap. 46, 20, Eurip. ap. schol. AB ad *O* 27), Herodianus ap. Et. M. 167, 30 idem esse voluit quod ἄτρυτος invictus, ἀκαταπόνητος invictus. Huc pertinet ἀτρύγετος propter tertiam explicationem ineptissimam apud schol. E ad β 370 τὸν πολλὴν τρύγα ἤτοι πολλοὺς καρποὺς ἔχοντα, ἵνα σημαίνῃ τὸ α ἐπίτασιν, quartam omitto ex qua sit „sine faece" i. e. „infinitus". Nec magis inter se consentiunt recentiores

2) *ἀτενής*,

quod veteres grammaticos secutus Buttmannus gramm. ampl. II 358 inter certissima alpha intensivi exempla rettulit non solum apud poetas sed etiam apud eos qui soluta oratione scripserunt. Similia Kruegerum docere supra vidimus, mirabiliora Hennickeo placuerunt qui *ἀτενής* cum alpha privativo compositum esse existimat, ut sit qui non dirigitur alio atque quo ab initio tendebat. Quae cum ita sint, cum ante simplicem consonam explosivam ne de prothetica quidem vocali cogitari possit, nihil reliquum esse video nisi ut *ἀτενής* pro *ἀν-τενής* esse Curtio concedamus: intentus, strenuus. Passovio assentirer alpha copulativum esse, si id melius ad sensum quadraret, sed fortasse *ἀ-ταλός* pro *ἀν-ταλό-ς* „tener" analogiam praebet collatis vocabulis Sanscr. *taluna-s* tener, *taruṇas*, Graec. *τέρην*, aliis. Cf. Curt. l. l. 222, Pottius, lex. rad. II, 1, 297. Difficilius est ad explicandum

3) *ἀσελγής*.

Et. M. 152, 40 *ἀσελγής· παρὰ τὸ θέλγω τὸ ἀπατῶ καὶ σκοτίζω, θελγής· καὶ μετὰ τοῦ ἀ ἐπιτατικοῦ ἀθελγής καὶ ἀσελγής, ὁ εὐπάτητος καὶ σκοτεινὸς κατὰ τὸν νοῦν.* Alii hoc vocabulum quod saepe apud oratores potissimum Atticos legitur a Selga, urbe Pisidiae repetiverunt, aliis alia in mentem venerunt quae taedet commemorare. Nobis *ἀσελγής* superbus, procax, libidinosus pro *ἀν-σελγ-ής* dici videtur, cujus vocabuli si radix est *sval* Gr. *σελ* (cf. *σάλ-ο-ς*, *σάλη*, *σάλος*, *σαλεύω*, Lat. *salum*, Germ. *swëllan*), significatio optime explicatur: intumescens, tumidus, superbus, cet. Descendit autem *ἀσελγής* ab eadem radice determinata quae subest cognatis vocabulis *σαλαγή*, *σαλαγέω* vocali irrationali inserta, cum tenuem consonam determinativam exhibeant *σάλαξ*, *σαλάσσω* et simili significatione *σαλάκων*. Huc pertinere videtur etiam

4) *ἀκραγγές*.

Et. M. 52, 13 *ἀσθενὲς, χαλεπὸν, δυςχερὲς, σκληρὸν, αὐστηρόν·*

καὶ Σικελιώτας. Doederlinus quoque alpha manifesto esse intensivum censuit, nec tamen certius exemplum est unde discere possimus qua ratione ex negativa significatione profluxerit intensiva quae videtur. Est enim, ut bene Hennickeus intellexit, ὕδωρ ἀχύνετον aqua quae exhauriri non potest, inexhausta, plane ut ἄβυσσος *grundlos*. Itaque non video cur Lobeckius path. el. I 34 neque intensivum nec pleonasticum esse voluerit sed formativum. An novum hoc genus praefixorum commenticiis aliis addamus?

Cum hoc adjectivo ἀχύνετος synonymum est νήχυτος, quod saepius apud poetas Alexandrinos legitur velut νηχ. ὕδωρ Apoll. Rhod. III 330, Philet. ap. Et. M. 602, 41, ἅλμη Apoll. Rhod. IV 1367, ἱδρώς Nic. Alex. 600, εὐρώς Call. frg. 313, κόλπος Dion. P. 126 al. l. Grammatici explicant πολύχυτος· τὸ γὰρ νη καὶ στέρησιν σημαίνει καὶ ἐπίτασιν. Si vera sunt quae supra p. 14 de origine hujus praefixi suspicati sumus, νη nullam aliam habet quam negativam significationem et νήχυτος similiter explicandum est ut ἀχύνετος. In ceteris autem vocabulis quae ab eadem particula incipiunt nulla intensio notionis observatur sed mera negatio ut νήριθμος, νήκεστος, νήκουστος, νήνεμος, νηπενθής, νήποινος, νήτιτος, νῆστις alia. Ex hoc numero est etiam adverbium νητρεκέως i. e. ἀτρεκέως in quo nonnulli perperam de νη intensivo cogitarunt. Pauca alia vocabula quae a Doederlino et Hennickeo afferuntur partim dubiae originis sunt partim non composita sed simplicia. Sic νωλεμέως, si quidem cum adverbio ἠρέμα cohaeret nondum explicata ω vocali, a νη negativo incipit; νήδυμος verisimillimum est a radice *nand* delectandi sensu descendere, ut sit aptissimum somni epitheton. Νηγάτεος post Buttmanni explicationem lexil. I 203 non debebat Doederlinus dubitare, quin sit pro νεηγάτεος „recens factus“, modo ne vel metri causa νηγάτεος pro νεήγατος dici statuamus vel mirabili quadam metathesi illam formam ex hac natam esse opinemur. Doederlinus νη intensivum non rectius agnovit quam Aristarchus, cum secundum schol. ad



τ 498 νηλείτιδες — ita enim scripsisse videtur — explicaret τὰς πολυαμαρτήτους τοῦ νη ἐπιτατικοῦ ὄντος. Hoc vocabulum ter apud Homerum legitur π 317, τ 498, χ 418

αἵ τε σ' ἀτιμάζουσι καὶ αἳ νηλείτιδές εἰσιν.

Sed recte Doederlinus: hoc die, inquit, nemo vel propter pronomen αἵ iteratum dubitat, quin νηλιτεῖς contrariae sint hoc loco ταῖς ἀτιμαζούσαις; de scriptura autem erravit. Nam etsi νηλῖτεῖς apud Eust. 1830, 24 et in nonnullis codicibus legitur et Kayserus post Lobeckium path. elem. II 57 in novissima editione Faesiana idem defendit, tamen haec forma non magis recipienda est quam νηλητεῖς. Cf. Et. M. 603, 53, Zonar. lex. 1396 τὸ ἀλιτεῖν διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται, τὸ δὲ νηλήτης διὰ τοῦ ἦτα, νηλίτιδες exhibent Hesychius, Suidas, Eust. 1874, 9, 1932, 40 alii. Plerique editores nunc νηλείτιδες scribunt velut Bekkerus, Ameisius, La Rochius, Duentzerus, alii scripturam nimirum Aristarcheam restituentes. Quid vero? si Alexandrini vel grammatici vel poetae commenticio illi νη intensivo non minus indulgebant quam alpha intensivo, quidni Oppianum Cyneg. III 409 ὑπὸ νηπεδανοῖσι μέλεσσι eodem sensu scripsisse credamus quo ἠπεδανοῖσι? Quod si verum est, non egemus artificiosa Hennickei explicatione qua utrumque vocabulum varia negationis forma ab adjectivo πεδανός „humilis" derivandum sit quod nusquam legitur.

III. ALPHA COPULATIVUM EST.

Jam dudum inter viros doctos constat Sanscritam praepositionem *sa* qua conjunctio quaedam exprimitur etiam in nonnullis linguis Europaeis inveniri. Praeter eos, quos Curtius l. l. 394 commemoravit Boppium, Pottium, Schleicherum, laudo Benfeyum, qui in lex. rad. Graec. I 397 sqq. uberius non solum de origine hujus particulae disseruit sed etiam singulas classes vocabulorum cum ea compositorum recte distinxit nonnulla sane exempla immiscens, quae ipse

videat, ne sint aliter explicanda. Ac Sanscrito illi praefixo respondent Palaeo-Sloven. *są-, su-, sŭ-,* Boruss. *sen,* Lit. *są-, sa-, su-,* Graecum ἁ-, ἀ-, ὀ-, e quibus ἁ duobus tantummodo in exemplis servatum est: ἁ-θρόος et ἅ-πας aspiratione in ceteris delenita. Joannes Schmidtius autem, de cogn. ling. Idg. 21 hunc quoque communem Graecorum Ariorumque usum non neglexit in suam rem convertere comparans ἀ-δελφό-ς et Sanscr. *sa-gar-bhja.*

Hoc praefixum Graecum nihil aliud esse nisi illud alpha ἀθροιστικόν, quod jam veteres grammatici noverunt, per se patet neque enarratione omnium exemplorum opus est, quibus alpha copulativum tribui solet. Nostro loco ea tantum perlustranda sunt quibus alpha intensivum subesse vel veteres interpretes statuerunt vel recentiores etiamnunc defendunt, quo in genere jam demonstrasse nobis videmur, quemadmodum etiam a copulativa notione ad intensivam pateat transitus. Tota autem vocabula composita si quaesiveris qualia sint i. e. quas ad classes pertineant, prout membra posteriora aut nominalia sunt aut verbalia, aut substantiva aut adjectiva, partim determinativa composita agnosces partim attributiva; unum tantummodo regiminis compositum inveni. Quae huc pertinent exempla omnia fere sunt determinativa.

1) ἄβιος.

Harpocr. s. v. τὸν ἄβιον Ἀντιφῶν ἐπὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν, ὥςπερ Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον. Hesych. ἄβιος· πλούσιος ὡς Ἀντιφῶν ἐν ἀληθείᾳ. Antiphonte non nominato idem tradit gramm. in Bekk. anecd. Gr. I 199 ἄβιοι· σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα πολλὰ ἡ λέξις· τίθεται δὲ καὶ ἐπί τοῦ πολὺν βίον κεκτημένου, et. ib. p. 323 καὶ ὁ πολύβιος κατ' ἐπίτασιν τοῦ α ἄβιός λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Vides praeter Antiphontem etiam alios scriptores similem significationem hujus vocabuli praebuisse, an dicam grammaticos id passim perperam esse interpretatos? Nam Antiphontem ipsum, quam-



vis multa in lingua novaverit, perversa interpretatione loci Homerici (*N* 6) deceptum in talem usum incidisse equidem Hennickeo non concedo, quoniam quae de Alexandrinis poetis valent eadem non temere ad oratores Atticos transferenda sunt. Quare nisi grammatici ipsi erroris auctores sunt, duo vocabula composita *ἄβιος* exstiterunt sensu attributivo, quorum alterum a negativo praefixo alterum a copulativo incepit, quod vereor ut prorsus verisimile videatur.

2) *ἄβρομος* et 3) *αὔϊαχος*

conjunctim enarranda sunt, quia alterius explicatio ab alterius interpretatione segregari nequit. Leguntur enim *N* 41

> *Τρῶες δὲ φλογὶ ἶσοι ἀολλέες ἠὲ θυέλλῃ*
> *Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο,*
> *ἄβρομοι, αὔϊαχοι.*

Ariston. *ἄγαν βρομοῦντες* et *ἄγαν ἰαχοῦντες,* Ap. 3, 6 *σὺν βρόμῳ πολλῷ,* schol. BL. *πολύβρομοι.* Hanc explicationem omnes fere recentiores interpretes amplectuntur, cum vertant: magno murmure et magno clamore. Sed jam antiquitus fuerunt, qui alpha privativum esse rati contrarium sensum elicerent: sine murmure et sine clamore, velut Apion et quos Hesychius secutus est: *ἄνευ βρόμου ἢ ἄνευ θορύβου.* Horum patrocinium nunc Curtius et Autenriethius susceperunt, qui nescio an immerito ab Aristarchi interpretatione recesserint. Trojanos enim semper clamantes fecit poeta et cur hoc loco tacuerint? an tacet procella quacum comparantur? Sit igitur alpha copulativum, composita habes determinativa et bene conclamantium strepitum efferri concedes. Cum autem „conclamans“ plus significet quam „clamans“, alpha si dis placet intensivum est nec Bekkeri ratio probanda, qui plag. Hom. I 136 nostris vocabulis *Unmensch, Unthier* comparatis a praefixo privativo proficiscitur, quod quomodo in Germanicis potissimum dialectis sensum non tam intensivum quam depravativum expresserit satis superque expositum est.

4) ἄγονον.

Hesych. ἄγονον· πήγανον ἢ πολύγονον. Nomen plantae esse videtur quae ruta Latine vocatur. Si sana est glossa Hesychii, alpha copulativum esse potest et significat: cum seminibus (propter pinguitudinem).

5) ἀελλής.

Et. M. 19, 54 παρὰ τὸ ἕλλω ἑλλής· καὶ μετὰ τοῦ α ἐπιτατικοῦ ἀελλής. Sed jam Eust. 641, 63 alpha copulativum agnovit de quo nunc nemo dubitare potest. Radix est ϝελ premere, arcere de qua cf. Curt. l. l. 539 sq.

6) ἁθρόος.

Hoc quoque vocabulum fuerunt qui ab alpha intensivo incipere putarent cf. Et. M. 25, 26, sed certissimum esse praefixi copulativi exemplum supra jam diximus. Spiritum asperum defendit Aristarchus cf. Herod. ed. Lentz II 136.

7) ἄοζος

a grammatico nescio quo apud Blomfieldium ad Aesch. Agam. 226 explicatur πολύοζος. Lobeckius, proll. path. 360 etymon ignotum esse dicit, speciem apparere in Λάκοζος sive Λόκοζος urbis Phrygiae nomine. Sed secundum Bernhardii et Pottii explicationem Curtius ἄοζος idem esse docet quod Latinum „comes“, ut sit pro ἁ-οδ-jo-ς (rad. *sad*): qui una it, qui sequitur aliquem. Nihil est quod contra dici possit.

8) ἀοσσητήρ.

Quae vel veteres grammatici vel recentiores de hoc vocabulo commenti sint, inspiciant ipsi qui nugas quaerunt. Veriloquium exposuit Curtius l. l. 454 qui, cum ἀοσσητήρ pro ἁ-σοκ-jη-τήρ esse demonstret, vocabulum a radice *sak* (graec. σεπ, ἑπ) derivat ut sit i. q. ἀκόλουθος. Alpha copulativum est, non privativum vel intensivum. Huic autem vocabulo ἀοσσητήρ comparari potest ἀμορβός comes, pastor,

quod equidem non dubito a radice μολ (μολεῖν, ἔμολον) et ab alpha copulativo repetere.

9) ἄπεδος.

Hesych. ἄπεδον· ὁμαλόν, ἰσόπεδον, ἐπίπεδον. Hoc vocabulum saepius invenitur apud Herod. I 110, IX 25, 102, ap. Thucyd. VII 78, 3 neque a posterioribus scriptoribus abest. Quod Riemerus alpha intensivum esse credidit, Doederlinus non omnino improbavit, Kruegerus arripuit, cum gramm. Gr. I 642, 1, 7 duo tantummodo hujus praefixi exempla in pedestri oratione inveniri doceat: ἀτενής et ἄπεδος. Haec vana sunt omnia. Nam alpha esse copulativum ne scholiastam quidem ad Thuc. l. l. fugisse videtur nec male Hennickeus vocabulum nostrum explicavit. E notione enim sive conjunctionis sive unitatis facillime significatio sive similitudinis sive aequalitatis profluit, quae in vocabulis Graecis ejusdem radicis *sa* cernitur velut ἅμα, ὁμοῦ, ὁμοῖος. Quare ἄπεδος idem esse potest quod ἰσόπεδος et inter regiminis vocabula composita ita referendum est ut e priore membro non verbali posterius nominale pendere statuendum sit. De talibus vocabulis Graecae linguae propriis nuper disserui in Curt. Stud. VII 90.

Haec fere sunt exempla, in quibus copulativum praefixum pro intensivo perperam habitum est, nec minore jure similem sensum etiam e ceteris vocabulis elicere potuissent, nisi e singulorum significatione origo praefixi clarius appareret quam ut a recta via grammatici aberrarent. Nonnulla vel in exiguo hoc numero dubia esse cognovimus, ut eo magis incertum sit an non ipsa quoque ad alpha privativum pertineant, quo minus perditorum testimoniorum rationem habere licet.

IV. ALPHA PRAEPOSITIONALE EST.

Rarissime in Graeca lingua praepositiones ita mutilari ut vix ex unius literulae tenuissimo vestigio agnoscantur

cum supra accuratius expositum sit, haec sola nobis quaestio relinquitur num quae omnino satis certa exempla inveniantur praepositionum adeo mutilatarum. Atque in hoc genere multum interest scire quales sint istae praepositiones, quandoquidem non eadem omnium mutatio credibilis videtur. Facillime *ἀνά* (an alio casu ab eadem stirpe flectebatur *ἀνί* ut *ἐνί*?) ita decurtari potuit ut per apocopen *ἀν* nasceretur, quod deinceps in nonnullis vocabulis ante consonas initiales imprimis ante duplices nasali privatum est nulla relicta productione suppletoria. Si nasalis inter duas vocales evanescere posset, et forma et significatione jam non obscurum esset *αἰ-ζηό-ς* pro *ἀνι-ζηό-ς* (cf. Sanscr. *jâva*, Lat. *juventus*, *ἥβη*), ut esset „juvenis" i. q. increscens *aufblühend*, sed dubia res est. Certe quidem alpha in nonnullis vocabulis pro praepositione habemus et in eum numerum referimus

1) *ἀσπερχής*.

Adv. *ἀσπερχές* apud Homerum legitur *Σ* 556 *ἀσπ. πάρεχον*, *X* 188 *ἀ. κλονέων*, *Δ* 32, *X* 10 *ἀ. μενεαίνων*. Schol. V. *ἄγαν ἐσπευσμένως*, *Π* 61 *ἀσπ. κεχολῶσθαι* schol. B. *ἀδιαλείπτως, ἄγαν ἐπιτεταμένως, ἀμεταβλητί*. Cf. Et. M. 156, 55 *ἀδιαλείπτως, τοῦ ἀ κατ' ἐπίτασιν τουτέστι τὸ ἄγαν ἐσπευσμένον, παρὰ τὸ σπέρχω, συνεχῶς, ἰσχυρῶς, ταχέως*, Eust. *πολυσπερχής*. Etiam multi recentiores interpretes ad alpha intensivum confugerunt velut Heynius, Thierschius, Duentzerus; Doederlinus alpha euphonicum nuncupat. Lobeckius autem vocem esse compositam censet cum praepositione loquelari per se nihil significanti, Hermannus denique a verbo *σπέρχω* urgeo, instigo *ἀσπερχές* derivat, ut sit „sine instigatione", „ultro", i. e. vehementer. Verum est a *σπέρχειν* premendi verbo descendere *ἀσπερχές* sed alpha privativo quid tandem proficimus? Itaque *ἀσπερχές* cum Curtio l. l. 194 pro *ἀν-σπερχές* esse arbitramur in quo praepositio *ἀνά* sensum habet optimum. Idem statuendum est de adjectivo

2) *ἀτενής*,

quod veteres grammaticos secutus Buttmannus gramm. ampl. II 358 inter certissima alpha intensivi exempla rettulit non solum apud poetas sed etiam apud eos qui soluta oratione scripserunt. Similia Kruegerum docere supra vidimus, mirabiliora Hennickeo placuerunt qui *ἀτενής* cum alpha privativo compositum esse existimat, ut sit qui non dirigitur alio atque quo ab initio tendebat. Quae cum ita sint, cum ante simplicem consonam explosivam ne de prothetica quidem vocali cogitari possit, nihil reliquum esse video nisi ut *ἀτενής* pro *ἀν-τενής* esse Curtio concedamus: intentus, strenuus. Passovio assentirer alpha copulativum esse, si id melius ad sensum quadraret, sed fortasse *ἁ-ταλός* pro *ἀν-ταλό-ς* „tener" analogiam praebet collatis vocabulis Sanscr. *taluna-s* tener, *tarunas*, Graec. *τέρην*, aliis. Cf. Curt. l. l. 222, Pottius, lex. rad. II, 1, 297. Difficilius est ad explicandum

3) *ἀσελγής*.

Et. M. 152, 40 *ἀσελγής· παρὰ τὸ θέλγω τὸ ἀπατῶ καὶ σκοτίζω, θελγής· καὶ μετὰ τοῦ ἀ ἐπιτατικοῦ ἀθελγής καὶ ἀσελγής, ὁ εὐπάτητος καὶ σκοτεινὸς κατὰ τὸν νοῦν*. Alii hoc vocabulum quod saepe apud oratores potissimum Atticos legitur a Selga, urbe Pisidiae repetiverunt, aliis alia in mentem venerunt quae taedet commemorare. Nobis *ἀσελγής* superbus, procax, libidinosus pro *ἀν-σελγ-ής* dici videtur, cujus vocabuli si radix est *sval* Gr. *σελ* (cf. *σάλ-ο-ς*, *σάλη*, *σάλος*, *σαλεύω*, Lat. *salum*, Germ. *swëllan*), significatio optime explicatur: intumescens, tumidus, superbus, cet. Descendit autem *ἀσελγής* ab eadem radice determinata quae subest cognatis vocabulis *σαλαγή*, *σαλαγέω* vocali irrationali inserta, cum tenuem consonam determinativam exhibeant *σάλαξ*, *σαλάσσω* et simili significatione *σαλάκων*. Huc pertinere videtur etiam

4) *ἀκραγγές*.

Et. M. 52, 13 *ἀσθενὲς, χαλεπὸν, δυςχερὲς, σκληρὸν, αὐστηρόν·*

καὶ τὸ ἀεὶ κλαῖον παιδίον. Τά τε ἀκραγγῆ ὀξύχολα. Alpha sine dubio pro intensivo habuit grammaticus, sed nescio an sit praepositionale totumque vocabulum scribendum: ἀγκραγές pro ἀκραγγές i. e. παιδίον ὃ ἀνακράζει, quoniam δυσχερὲς, χαλεπὸν est. Lobeckius path. el. II 36: aut idem, inquit, declarat quod κραυγαστικόν assumpto alpha ad conformationem vocis necessario aut δυςβάϋκτον improbe clamosum. Cum nostro vocabulo cave ne confundas Aeschyleum (Prom. 803) ἀκραγεῖς κύνας i. e. gryphas mutos, ubi nunc scripturam cod. Med. Dindorfius in ἀκλαγγεῖς mutavit, quia canes non clamare sed latrare dicendum sit. Alpha utique privativum est.

Alia exempla decurtatae praepositionis inter ea vocabula non invenimus quae ab alpha intensivo incipere viri docti statuerunt, nisi quis forte pauca ex prima nostra classe huc referre mavult. Quod ubi fieri possit, supra indicavimus. Perpauca tantummodo sunt in quibus Curtius etiam alias praepositiones mutilatas esse censet velut ἀμφί in ἄτρακτος et ἄβολος (l. l. p. 461), ἀπό in ἄποινα (ib. 282).

V. ALPHA STIRPIS EST.

Nonnulla vocabula veteres grammatici et quidam recentiores inter alpha intensivi exempla rettulerunt, quorum vocalem initialem ad stirpem pertinere vel manifesto apparet vel veri saltem simillimum est. Ac dubitari non potest de formis

1) ἀᾶται et 2) ἄατος

quarum illam Hesychius explicat ἄγαν βλάπτει, hanc schol. ad Apoll. Rhod. I 459 ἡ ἄγαν βλαπτική· τὸ γὰρ α τὸ πρῶτον ἐπίτασις ἐστιν. Utramque formam a stirpe αϝα radicis αϝ sive ϝα descendere per se patet nec magis opus est de his duobus vocabulis uberius disserere quam de iis quae deinceps proponentur ἀλαλητός et ἀνεκάς. Aliter autem atque Apollonii illud ἄατος Homericum explicatur ἆτος in-



satiabilis quod ad radicem αϝ „satiare“ revocari solet, cum nostra illa vocabula Fickius l. l. a radice *van, vâ* „ferire“ derivet. Sine dubio etiam ἆτος ex ἄϝατος contractum est de cujus usu cf. Buttmannus lexil. I 230.

3) ἀλαλητός

onomatopoeticum est vocabulum neque audiendus Orion Theb. p. 610 qui a verbo λαλεῖν κατ᾽ ἐπίτασιν originem ejus repetiit.

4) ἀνεκάς

explicat schol. ad Arist. Vesp. 18 ἀνεκάς· ἀντὶ τοῦ ἄνω· πάνυ ἑκάς· καὶ εἰς ὕψος. Nunc nemo dubitare potest quin cum vocabulis ἀνά et ἄνω cohaereat, sed incerti haerent interpretes utrum compositum sit an simplex. Illud Hennickeus, hoc Doederlinus defendit cui nos quoque assentimur. Nam neque e forma — accentum primae syllabae vituperat Apoll. Dysc. de adv. p. 570 — neque ex usu, quem Boeckhius illustravit ad Pind. Ol. II 23, elucet vocabulum esse compositum cum adverbio ἑ-κάς, immo vero -κά-ς terminatio cognata esse videtur terminationi -κι-ς, de qua cff. Fickius, de unit. ling. Europ. 142 sq. et Kisslingius in Kuhn. diar. XVII 215. Comparandum est etiam ἀνδρα-κά-ς, quod dubitat Kisslingius an ut ἀνεκάς pro locat. plur. habendum sit. Reliqua sunt duo vocabula paullo difficiliora.

5) ἀκιδνός

tribus Odysseae locis legitur. De Calypsone Ulixes ε 217 haec dicit

. . . . οὕνεκα σεῖο περίφρων Πηνελόπεια
εἶδος ἀκιδνοτέρη μέγεθός τ᾽ εἴσαντα ἰδέσθαι·

schol. P. Q. ἐπιμελῶς τὸ ἀκιδνὸν ἐπὶ τοῦ κατὰ εἶδος τίθησιν. V. οἱ μὲν γλωσσογράφοι ἀσθενεστέρα, οἱ δὲ εὐτελεστέρα, cf. Ap. 20, 10.

θ 169 ἄλλος μὲν γάρ τ᾽ εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ

schol. Q. ἀσθενής, ἀπρεπής. V. ἀσθενέστερος ἢ προπετέστερος ἢ ἀμφότερον.

σ 130 οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο

Hesych. ἀσθενέστερον, ταλαιπωρότερον, ἀθλιώτερον et κιδνοτέρους· ἀσθενεστέρους. Hanc duplicem formam κιδνός et ἀκιδνός — oxytonon enim est secundum auctoritatem grammaticorum — recentiores interpretes explicare cum studerent, aut ad alpha intensivum confugerunt ut Duentzerus ad σ 130 aut ad euphonicum ut Doederlinus aut de alpha omnino desperarunt ut Benfeyus I 170, quamquam plerique radicem esse κιδ vel σκιδ verbi κίδνασθαι sibi persuasum habebant. Sed vellem ante omnia Hesychianum illud κιδνός abjecissent, quod ut nullum esse sanissimo judicio jam Hennickeus perspexit ita suo jure nuper Maur. Schmidtius a vero Diogeniano abjudicavit. Grammatici enim veteres, cum nonnunquam dubii haererent quo vocalem referrent quae aut finalis aut initialis esse posset, etiam σ 130 nesciebant utrum οὐδένα κιδνότερον an οὐδὲν ἀκιδνότερον scriberent, quam dubitationem Hesychii illa glossa prodit κιδνοτέρους ἢ ἀκιδνοτέρους. Duo alia ejusdem erroris exempla (ἀμορόεις et ἀσπιδής) infra proponentur, nunc solum ἀκιδνός adjectivum explicandum est, quod non dubito a stirpe ἀκι-δ suffixo secundario derivare, ut sit: acutus, tenuis, imbecillus. Si persuadere mihi possem apud Hesiod. opp. 435

δάφνης ἢ πτελέης ἀκιρώτατοι ἱστοβοῆες

non ἀκιώτατοι scribendum esse, hoc quoque vocabulum ad stirpem ἀκι suffixo ρο referrem, ut sensus esset: tenuis, gracilis, sed non minus dubia lectio est quam apud Theocr. 28, 15.

6) ἀλέγω

Et. M. 58, 43 ἀλέγω παρὰ τὸ λέγω μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α. Epim. I 85 τὸ α νῦν κατ' ἐπαύξησίν ἐστιν οὐ κατὰ στέρησιν παρὰ τὸ λέγω τὸ φροντίζω. Aliter schol. E ad ζ 268



ἀλέγουσι ἀντὶ τοῦ συλλέγουσιν· δηλοῖ γὰρ τὸ α τὸ ὁμοῦ. Priorem explicationem Lobeckius path. el. I 40 ita defendit, ut alpha paremphaticum esse statuat quod neque nihil significet neque privativum aut copulativum dici possit. Ne illud mirum esset praefixum si exstaret! At alpha ad stirpem pertinere concedet qui cum Doederlino gloss. Hom. I 76 sq. ἄλγος comparaverit. Ex usu enim Homerico quem bene illustravit vir doctissimus l. l. mihi quidem apparet huic verbo subesse curae notionem atque anxietatis. Quod semper fere cum negatione conjungitur hoc verbum οὐκ ἀλέγειν, nostrum conferre licet: *sich keinen Kummer machen*, nihil curare. Dubitat Curtius 366, 719, quamquam nec forma quidquam habet difficultatis nec procul abest significatio.

7) ἀξύλος legitur Λ 155

ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀίδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ

schol. A καταξύλῳ· πολυξύλῳ· τὸ γὰρ α νῦν οὐ κατὰ στέρησιν ἀλλὰ κατ' ἐπίτασιν, et ita plerique alii veteres interpretes Apoll. 37, 7, Et. M. 141, 55, Hesych., Suid., lex. Seg. 413, 11, Eustath. Alii ὁμόξυλος, Apoll. l. l. ὅμου ἐχούσῃ πεφυκότα καὶ συνηθροισμένα τὰ ξύλα, Porphyrius denique sec. schol. B L (cf. supra p. 6) artificiosa explicatione alpha pro privativo habet: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἄξυλον λέγειν οὐ κατὰ στέρησιν τοῦ ξύλου (ἐπάγει γὰρ „οἵ δέ τε θάμνοι πρόῤῥιζοι πίπτουσιν“) ἀλλὰ κατὰ στέρησιν τοῦ ξυλίσασθαι. Recentiores interpretes aut alpha intensivum agnoscunt ut Duentzerus et La Rocheus aut Porphyrium secuti ἄξυλος idem esse volunt quod ἀξύλιστος ut Doederlinus et Hennickeus, quod quomodo fieri potuerit non assequor. Itaque una superest explicatio ab Hugone Webero, Philol. XVI 680 prolata qua ἀξύλος a radice *ak* „acutum esse“ eodem modo descendit quo ἀγκύλος ab ἀγκ sensumque praebet loco illi Homerico aptissimum: qui stat horretque spicis. Ad comprobandam hanc explicationem Weberus non male glossam asciscit Hesychii: ἄξος· ὕλη παρὰ Μακεδόσιν, unde altera quaedam ἄζος· ὕλη sine dubio depravata est. Nihil

enim est cur ejusmodi auxilium spernamus, sed forsitan quispiam probabiliora protulerit.

VI. ἈΝΕΤΥΜΟΛΟΓΗΤΑ.

Prudentes illi sunt qui, cum difficillimam nesciendi artem didicerint, si quid ipsi nihil non conati explicare nequeunt, id in medio malunt relinquere quam omnia videri explicasse. Neque usquam quae quidem nunc scientiae est condicio plura in medio relinquenda sunt quam in rebus etymologicis, ubi quamvis multa summorum virorum admirabili acumine explorata et exposita sint, multo tamen difficiliora futurorum interpretum sagacitati servantur. Etiam inter ea vocabula quae ab alpha intensivo incipere quidam opinantur nonnulla invenimus quorum explicationi vires nostras non sufficere libere profiteamur, sed quoniam quid ipsi de singulis exemplis sentiamus reticere noluimus, ea non aliter enarrentur quam quae adhuc tractata sunt. Quid enim? si explicationes a viris doctis prolatae aliis verisimiliores videantur quam nobismet ipsis vel nostrae conjecturae non plane improbentur, num nihil nos profecisse credamus? Sed videas ipse.

1) *ἀβάλε*

sive *ᾶ βάλε* legitur apud Alcman. frgm. 26, 2 Bergk. *βάλε δή, βάλε κηρύλος εἴην* sine alpha et item apud Callimach. frgm. 66[e] ed. Schneiderus

οὐ γάρ μοι πενίη πατρώιος, οὐδ' ἀπὸ πάππων
εἰμὶ λιπερνῆτις· βάλε μοι, βάλε τὸ τρίτον εἴη

contra frgm. 455 *ἀβάλε μηδ' ἀβόλησαν,* de quo cf. novissimum editorem. Nimirum Callimachum secuti anthologiae poetae eandem interjectionem usurparunt VII 583, 699, IX 218. Plerique veterum grammaticorum quorum locos diligenter collegit et disposuit L. Langeus in act. soc. lit. Sax. VI 338 sq. duo vocabula conflata esse censent quo-



rum prius etiam sine ullo sensus detrimento omitti possit totumque pro synonymo habent interjectionis *αἴθε, εἴθε*. Cff. schol. ad Dion. Thrac. p. 946, Apoll. de conj. p. 522, de adv. p. 568, Cram. An. Par. I 265, 1. Herodiano contra I 521, 27, II 17, 1 duo vocabula sejunctim scribenda esse videbantur cui assentitur Eust. 1353, 11. Nam equidem cum Schneidero facere non possum qui Callim. II 619 Herodianum, etsi ex duabus vocibus constare putaret vocabulum, tamen non divise scripsisse statuit ut omnes fere post Apollonium grammaticos, quorum locos vid. l. l. Nec tamen accentus usitatus *ἀβάλε* compositi vocabuli erat, cf. ib. Sensum autem a grammaticis quos nominavimus constitutum confirmant Apoll. Soph., Zon. 12, alii, explicationem praebet Et. M. I 54 *ἀβάλ' ἐπίρρημα· παρὰ τὸ βάλλω κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ α καὶ τοῦ ω καὶ μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ ἄλφα καὶ ἄβαλ καὶ ἄβελ* et 186, 36 ubi non tam alpha intensivum quam pleonasmus proponitur. Neutrum credibile esse non minus per se patet quam *ἀβάλε* non posse a verbo *βάλλειν* derivari. Langeus Semiticum esse vocabulum dubitanter suspicatur, ut nostrum sit: *ach Gott*; nomen enim Baal i. e. deus, dominus Graecis jam antiquitus notum erat. Cf. Aesch. Pers. 649 *βαλὴν ἀρχαῖος βαλήν, ἴθ', ἴθ' ἱκοῦ*; schol. ad h. l. *βαλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων φησὶ Θουρίων* (fort. *Ἰουδαίων*) *εἶναι τὴν διάλεκτον*. Hesych. *βαλήν· βασιλεύς· Φρυγιστί*. Sext. Emp. adv. Math. 672, 26 *οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες „ἰὼ βαλὴν“ λέγοντες ἰὼ βασιλεῦ Φρυγιστί*. Et. M. 183, 56 *Βὰλ γὰρ καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ, ὃ τῇ Ἑλληνίδι Βῆλος*, Etym. Gud. 123, 28 *Βάαλ, Περσιστὶ λέγεται θεὸς ὅς ἐστιν ὁ πολεμικὸς Ἄρης*. Sed cum ex his omnibus locis appareat scriptores ubicunque Baal nomine utantur extraneae originis meminisse, verisimile non est jam Alcmanis temporibus interjectionem illam in linguam Graecam fuisse illatam. Quare *ᾶ βάλε* pro interjectione cum imperativo habemus vel potius pro imperativo cum interjectione, quem nescio an ad radicem ***var*** Graec. *βολ, βελ* (cf. Curtius l. l. 539) referamus, ut antiquissima forma

vocalis in formula antiquissima vel Dorica vel Aeolica servata sit. Sensus sit: oh velis.

2) ἀγέρωχος.

Vix ullum est vocabulum Graecum in quo explicando magis viri docti elaboraverint ac desudaverint quam in hoc, nec tamen dubito Lobeckio assentiri ἀγέρωχος in iis vocabulis enumeranti, quorum etyma qui eruerit ille per extentum funem ire posse videatur. Hoc idem ego profiteor etiam post novissimam commentationem diligenter scriptam qua Schmalfeldius (Islebiae 1872) difficillimum vocabulum ab omni parte tractatum explicare studuit, profiteor illud, quia mihi quotiens de origine ejus cogitabam semper aliud esse veriloquium videbatur. Nec sufficit nostrum vocabulum tractaturis in usu Homerico acquiescere sed etiam ceteri scriptores asciscendi sunt qui haud raro idem epitheton diversis rebus apposuerunt. Ab his igitur ordiamur. Ἀγέρωχοι apud Homerum vocantur Trojani *Γ* 36, *E* 623, *H* 343, *Π* 708, *Φ* 584, Mysi *K* 430, Rhodii *B* 654, Periclymenus *λ* 286. Ad Homericum usum proxime accedit Pindaricus, nisi quod illic de personis, hic de rebus praedicatur epitheton. Sic Nem. VI 54 παλαίφατος γενεά, ἴδια ναυστολέοντες ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρόταις δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον ἀγερώχων ἐργμάτων. Ol. X 96 ἐπωνυμίαν χάριν νίκαν ἀγέρωχον, Pyth. I 96 πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον.

Quid senserit Aristarchus, Aristonicus docet schol. A ad *K* 430 ἡ διπλῆ, ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ Ῥοδίων χρῆται τῷ ἀγέρωχοι, ἕνεκα τοῦ ἀγείρειν τὴν ὀχὴν τουτέστι τὴν τροφὴν ἀλλ' ἐπὶ Μυσῶν καὶ Τρώων, οἷον γεραόχων, σεμνῶν καὶ ἐντίμων et schol. B L ad *Γ* 36 ἡ διπλῆ, ὅτι ἀγερώχους τοὺς Τρῶας, οὐ μόνον τοὺς Ῥοδίους, ὥς τινες ᾠήθησαν, διὰ τὸ ἀγείρειν τὴν ὀχήν, τουτέστι τὴν τροφήν· ὁ γὰρ Ὅμηρος ἀγερώχους τοὺς ἄγαν γεραώχους καὶ σεμνοὺς λέγει, λίαν γέρας ἐχόντων· ἄμεινον δὲ ἐνταῦθα τὸ μεγαλοφρόνων. Ex his scholiis et ex iis quae ad *B* 654 ascripta sunt inprimis autem ex Et. M. 7, 54 elucet Aristarchi non fuisse

ut vulgo credunt eam explicationem qua *ἀγέρωχος* ab *ἀγείρειν ὀχήν* derivatur — immo nusquam apud Homerum *ὀχήν* pro *τροφήν* esse ille contra dicit — sed placuisse ei aliam interpretationem qua indicet *γεραόχους, σεμνούς, ἐντίμους*. Itaque de hac re plus disci ex Et. Magn. quam ex schol. cod. Ven. A bene perspexit Carnuthius, annal. phil. et paed. 103 p. 583. Sed perlustremus cetera testimonia.

Eust. ad *B* 654 *ἀγέρωχοι δὲ οἱ ἄγαν γέρας ἔχοντες, ἵνα εἶεν ἀγεράοχοι . . . κατ' ἐπίτασιν τῶν ἁπλῶς γεραρῶν. Δηλοῖ δέ φασιν οὕτως ἡ λέξις τοὺς σεμνούς, ὡς Ἀλκμὰν βούλεται. Ἀλκαῖος δέ φασι καὶ Ἀρχίλοχος ἀγέρωχον τὸν ἄκοσμον καὶ ἀλαζόνα οἶδεν.* Ex his verbis apparet, cum Alcman usum Homericum retinuisset, jam Alcaeum et Archilochum desiisse hoc epitheto uti pro laudabili ut posteriores omnes scriptores, qui quidem nostrum resuscitarunt vocabulum. Nam cum apud Atticos frustra quaeras *ἀγέρωχος*, Polybius, Plutarchus, Philostratus, alii sat multa tibi offerunt exempla. Polyb. II 8, 7 *ἡ δὲ Τεῦτα . . . ἀγερώχως καὶ ὑπερηφάνως αὐτῶν* (scil. *τῶν πρεσβέων*) *ἤκουσεν* i. e. superbe. Plut. Marc. 1 *τὸ γαῦρον καὶ ἀγέρωχον*, Artox. 27 *Τηρίβαζος . . . τιμώμενος ἦν ἐπαχθὴς ὑπὸ χαυνότητος καὶ τὸ κολουόμενον οὔτα πεινὸν οὐδ' ἡσυχαῖον ἀλλὰ τραχὺ καὶ ἀγέρωχον εἶχεν.* Homericum contra usum revocat Plut. Fab. 19 *Κλαύδιος Μάρκελλος . . . περιλαμπὲς τὸ δραστήριον ἔχων καὶ γαῦρον, ἅτε δὴ καὶ κατὰ χεῖρα ἀνὴρ πλήκτης καὶ φύσει τοιοῦτος ὤν, οἵους Ὅμηρος μάλιστα καλεῖ φιλοπτολέμους καὶ ἀγερώχους, ἐν τῷ παραβόλῳ καὶ ἰταμῷ καὶ πρὸς ἄνδρα τολμηρὸν τὸν Ἀννίβαν ἀντιτολμῶντι τρόπῳ πολέμου συνίστατο τοὺς πρώτους ἀγῶνας,* quem locum non recte Schmalfeldius interpretatus esse videtur. Citat enim Plutarchus Homerum, non suae aetatis usui indulget. Similiter Dion. Hal. de comp. verb. p. 118 adjectivo *ἀγερώχους* utitur: *ὅταν δὲ οἰκτρὰν ἢ φοβερὰν ἢ ἀγέρωχον ὄψιν εἰσάγῃ, τῶν τε φωνηέντων οὐ τὰ κράτιστα θήσει, ἀλλὰ τῶν ψοφοειδῶν ἢ ἀφώνων τὰ δυσεκφορώτατα λήψεται,* ubi Schaeferus vertit insolens et immane visum. Haud raro

Philostratus hoc epitheton ad describendas imagines adhibuit, velut I 10: γέγραπται ὁ μὲν ταῦρος ἀγέρωχός τε καὶ ἡγεμὼν τῆς ἀγέλης i. e. superbus, superbe incedens, II 32 de puero ταυτὶ ἀγέρωχα σκιρτᾷ i. e. petulanter saltat, II 11 τὸν Πᾶνα αἱ Νύμφαι πονηρῶς φασιν ὀρχεῖσθαι καὶ ἐκπηδᾶν τοῦ προςήκοντος ἐξαίροντα καὶ ἀναθρώσκοντα κατὰ τοὺς ἀγερώχους τῶν τράγων i. e. lascivos. Alios aliorum scriptorum locos exscribere necessarium non est, cum praesertim etiam lexicographorum testimoniis hic usus vocabuli confirmetur. Sic Apoll. Soph. ἀγέρωχοι, inquit, ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς συνήθεια τὴν λέξιν ἐπὶ τοῦ ψόγου ταύτην τάττει· τοὺς γὰρ αὐθάδεις καὶ ἀπαιδεύτους λέγει· ὁ δὲ Ὅμηρος τοὺς ἄγαν ἐντίμους κτλ. Et. M. 7, 52, Et. Gud., Hesych., Suid., lex. Seg. in Bekkeri Anecd. I 209, 326, 336.

Quid igitur? quomodo hae omnes significationes ea explicatione comprehendi possunt, ut simul omnes formae difficultates tollantur? Recentiores grammatici ne in eo quidem inter se consentiunt utrum simplex sit vocabulum an compositum. Qui hanc sententiam amplectuntur sex potissimum explicationes proposuerunt, quae deinceps quam brevissime fieri potest examinandae sunt.

a) ἀγέρωχος est pro γεραόχος cum alpha intensivo, ut sit: valde honoratus. Hanc explicationem, quam veteres grammatici passim commendant, posteaquam etiam Buttmannus lexil. II 100 facilius ferri posse concessit quam ceteras, nunc defendunt Duentzerus in annal. phil. et paed. 69 p. 599 (cf. ad λ 286) et Autenriethius ad Γ 36. Sed cum ab alpha intensivo discesseris, quod mallem illi pro euphonico habuissent vel potius pro prothetico, nec forma ita perspicua fit nec significatio ad omnes locos quadrat. Ut omittam non solere alpha compositis vocabulis praefigi, neque ex accentu neque ex ipsa ω vocali elucet α et ο hoc loco coaluisse, quin etiam nullum est exemplum apud Homerum, ubi eae vocales in commissura sint contractae, cf. κεραοξόος. Significatio autem „magnum honorem habens“



non video qua ratione paullatim in viliorem sensum depravata sit.

b) *ἀγέρωχος* derivandum est a verbo *ἀγείρειν* et nomine *ὀχή* i. e. *τροφή*. Hanc veterum quorundam grammaticorum explicationem merito ut vidimus jam Aristarchus refutavit. Sed nostra aetate Geistius, diar. ant. 1837 p. 1253, etsi tam miri veriloquii patrocinium non suscepit, tamen a sensu id commendavit, cum epitheton nostrum ad solam navigationem opesque inde partas spectare contenderet. Quod si verum esset, Rhodiis certe tale epitheton optime conveniret, ceteri vero vel populi vel homines vel res quo id jure tulissent equidem non assequerer. Etenim nautam fuisse Periclymenum ex schol. B L ad *B* 336 ubi *ἀμφίβιος* vocatur minime colligendum est, nedum ii vel homines vel bestiae qui apud alios scriptores *ἀγέρωχοι* appellantur vel navigare vel in aqua vivere dicantur.

c) *ἀγέρωχος* compositum est ex *ἀγείρειν* verbo et *ὄχος* i. e. *ἐπ' ὄχοις ἀγειρόμενοι* milites qui curribus ad delectum vehuntur. Hoc Doederlinus, gloss. Hom. I 44 excogitavit cui suo jure Duentzerus l. l. oblocutus est. Quomodo *ἀγερσοχος* sive *ἀγειροχος* in *ἀγέρωχος* mutari possint vel audacissima metathesi facta, solus Doederlinus scivit, nemini probavit. Taceo de significatione.

d) *ἀγέρωχος* ex tribus vocabulis Lindemanno in progr. Zittaviensi a. 1850 constare videbatur: *ἄγα ἔρα ἔχειν*, ut esset: „multum agri habens“, „valde dives“. Sed etiamsi hoc epitheton ad alios quoque populos vel homines atque ad Rhodios quadraret atque etiamsi *ἐρα-όχος* credibile esset, *ἀγα* nusquam praefigitur compositis vocabulis.

e) *ἀγέρωχος* est Sanscritum *sa* et *garva* superbia i. e. *ἀγαυρῶς ἔχων*. Pottius, quaest. et. I[2] 183 et Benfeyus II 291 hac via ad simile veriloquium pervenerunt, quod alii Graecum *γαῦρος* comparantes invenisse sibi visi sunt. Nam Scr. *garva-s* superbia, *garva-ra-s* superbus, *γαῦρος*, *βαρύς*, Lat. *gravis*, Goth. *kaúrs* alia ab eadem omnia radice descendunt (cf. Curtius 468), dummodo *ἀγέρωχος* facilius inde

possit explicari. Si radix *gar* per metathesin in *grā,* Graece γρω mutata est ante suffixum -κο sive aspiratione facta -χο, α protheticum esse potest, quo praefixo ante duplicem consonam (ἄγρωχος) etiam in medio vocabulo vocalis irrationalis nata est: ἀγ-έ-χωρος. Significationem satis aptam ita vocabulo extorseris hanc: gravis, potens, ingens, superbus.

f) ἀγέρωχος constat ex adverbio intensivo ἀγα- et ἐρωή substantivo suffixi -αχο ope formatum. Hoc cum primus Goebelius, novae quaest. Hom. (Berol. 1865) proposuisset, multis probabile visum est, improbabile Schmalfeldio qui l. l. p. 8 sqq. multa contra dicit argutiora quam veriora. Etenim nullo is argumento probavit non posse ἀγα eodem jure vocabulis praefigi quae ab ε vocali incipiant quo iis quae ab η (cf. ἀγ-ήνωρ), nec magni sunt momenti quae de ἐ-ρωή substantivi significatione disputat, quia ἐ-ρω-χο-ς non ab ipso hoc nomine sed ab eadem radice ῥω i. e. ρυ derivandum est, unde haud dissimili sensu ῥώ-μη propagatur cf. Curtius 355. Quod autem Goebelius ἀγ-έρω-χο-ς esse vult: fort impétueux, ferox, violentus, vehemens, importunus, procellosus, id mihi spernendum non esse videtur, quamquam si licet duobus tantummodo vocabulis Germanicis omnem significationis varietatem comprehendere, malim: *gewaltig, gewaltthätig,* vel Latine: impetuosus, potens, superbus. Quid enim? cur Rhodiis et Mysis, etiamsi non eximia fortitudine ceteris gentibus praestiterunt, id epitheton denegemus quo alia quoque auxilia si voluisset poeta ornare potuisset? Si Rhodii tum opibus ac divitiis excellebant, tantas nimirum iis belli virtutes tribuere licet, quantis se suaque ab omni impugnantium impetu defenderent. Praeterea ne illud praetermittas catalogi auctorem Rhodiis hoc epitheton tribuisse et decimo Iliadis carmine Mysos ἀγερώχους vocari. Sed quid multa? mihi Goebelii explicatio, si quidem gravioribus defenditur argumentis quam quibus impugnata est, ea esse videtur quae ferri possit dum cedat meliori. Nam cetera interpretum commenta ne digna quidem sunt quae commemorentur.



Nec feliciores ii fuerunt, qui *ἀγέρωχος* non pro composito vocabulo habuerunt sed pro simplici; quo in numero primum nomino a) Boetticherum, qui spicil. voc. Hom. p. 8 sqq., usu epitheti accuratius illustrato ad verbum quod fingit *ἀγέρειν* confugit eique significationem tribuit movendi. Inde per terminationem similem ei quam exhibeant adjectiva Latina „ferox, bibax“ *ἀγέρωχος* propagari quod, cum ab initio agilitatem ac mobilitatem exprimat, aut in bonam partem conversum sit aut in malam: „fortis, praesens, vivus“ et „impetuosus, petulans, lascivus“. Credat cui lubet quod Boetticherus excogitavit, nos novissimam Schmalfeldii explicationem digniorem habemus quam breviter examinemus.

b) Is enim glossas quasdam Hesychianas nondum satis intellectas ad illustrandum vocabulum adhibet vel potius ad formam *ἀγερός* probandam, unde per terminationes nescio quas *ἀγέρωχος* facile derivari posse sibi persuasit. Verum satius erat corrupta illa Hesychii verba emendare nolle quam male correctis abuti. En habes tabulam glossarum cum emendationibus Schmalfeldii:

ἀγερούατο· ἠμέλησεν	*ἀγερώατο· ἠμέλησαν*
ἀγέροσπον· σπάνιον	*ἀγέροπτον· βάσκανον*
ἀγέροπτος· ὁ σπανίως ἐρχόμενος, ἢ ὑπερήφανος	*ἀγέροπτος, ὁ βασκανίᾳ χρώμενος, ἢ ὑπερήφανος*
ἀγερύπτει· ἐφορᾷ, ἀσπαστὸν ἡγεῖται	*ἀγερωπεῖ· ἀφορᾷ, οὐκ ἀσπαστὸν ἡγεῖται*
ἀγερώσατο· ἠθέτησε, διεψεύσατο	*ἀγερώσατο· ἠθέτησε, διεψεύσατο*
ἀγερώσσει· ἀγρυπνεῖ, ἀθετεῖ	*ἀγρυπνεῖ· ἀγερωπεῖ, ἀθετεῖ.*

Tot tantasque mutationes Schmalfeldius subtilissima argumentatione eo consilio efficit, ut omnes glossas ab eodem *ἀγερός* adjectivo derivet quod, cum ab initio fuerit „mirus, mirabilis“, in utramque partem sit conversum. Miramur enim non solum id quod admiramur sed etiam in quo offendimus. Verum enimvero mihi quidem emendationes suas non probavit sed rectius judicasse videtur Maur. Schmidtius qui, cum nullam illarum glossarum quales nunc traduntur

Diogeniano tribuat, secundam et tertiam cruce desperantium apposita censeat esse corruptas, quattuor autem ceteras Hesychio relinquat epitomatori. Nec tamen has sensu carere crediderim, si cum prima, quinta, sexta Phavorini glossam comparamus item corruptam *ἀγρυπνῶ· γρώσσω, ἰαύω* (fort. *ἀγρώσσω, οὐκ ἰαύω*?), quamquam in re tam lubrica nihil audeo dijudicare. Paullo confidentius tertiam glossam ita emendatam Diogeniano reddimus: *ἀγρυπνεῖ* (sive inserta vocali irrationali *ἀγερυπνεῖ*)· *ἐφορᾷ· ἀσπαστὸν ἡγεῖται*. Vigilat enim, non dormit (*ἀγρυπνεῖ*) qui quod amat (*ἀσπαστὸν ἡγεῖται*) sollicita cura observat (*ἐφορᾷ*).

Cautene egimus an vituperandi sumus, quod inter *ἀνετυμολόγητα* id vocabulum rettulimus, cujus veteres grammatici hanc seriem significationum esse voluerunt: *σεμνός, ἔντιμος, λίαν ἔνδοξος, εὐκλεής, ἀνδρεῖος, ὑπερήφανος, γαῦρος, ὑπερόπτης, ὑβριστής, μεγάλαυχος, ἀλαζών, αὐθάδης, ἄκοσμος, ἀπαίδευτος*?

3) *Ἀζησία*

Bekk. An. 348, 26 *οὕτως ἡ Δημήτηρ παρὰ Σοφοκλεῖ* (fr. 809 Dind.) *καλεῖται. οἱ δὲ νῦν τὴν εὐτραφῆ*, aliter Hesych. *ἀπὸ τοῦ ἀζαίνειν τοὺς καρπούς* cf. Didym. p. 397, Lobeck. Aglaoph. 822. Conjecturis quas recentiores viri docti protulerunt ne novam addamus, Ceres a Sophocle aut propter tristitiam qua filia amissa excruciabatur *Ἀζησία* dicta est (*ζάω* cum alpha privativo) aut propter fruges quae, cum aridae (*ἄζη, ἀζαίνειν*) sint, Bacchi donis opponuntur. Videant si qui meliora habent.

4) *ἀκριβής*

non ante Thucydidem invenitur, sed quamvis sit recens difficile est ad explicandum. Doederlinus qui, ut ait ipse, in etymis indagandis sensus et significationis quam soni ac literarum similitudines diligentius spectare consuevit, *ἀκριβής* repetit a verbo *κρίνειν* et ab alpha sive euphonico sive intensivo. Alii ad *ἄκρος* atque adeo ad *κρύπτειν* con-



fugiunt forma non explicata. Si *κρίνω* cognatum est, *ἀ-κρῑ-βής* cum alpha prothetico pro *ἀ-κριν-ϝης* esse potest, sed etiamsi nullae essent formae difficultates, dubitarem de significatione. Sane quidem ea ita defendi potest, ut sensu passivo „discretus, accuratus" etiam de personis dicatur, sed propter id ipsum quod cum de hominibus tum de rebus hoc epitheton usurpatur, primariam notionem verisimilius est ad sensus referendam esse quam ad mentem ac judicium. Ita licet fortasse *κλῖμαξ, κλῖτυς*, Latinum *clivus* comparare, ut sit *ἀ-κρῑ-βή-ς* pro *ἀ-κρῑ-ϝή-ς* non inclinatus, rectus, accuratus.

5) *ἄλεισον*

apud Homerum idem est quod *δέπας*. Schol. E ad *γ* 50 *λέγεται τὸ ποτήριον τὸ ἐξεσμένον καὶ λεῖον κατ' ἐπίτασιν τοῦ α· τὸ δὲ σ κατὰ προςθήκην*, Asclepiades Myrleanus ap. Ath. XI 783 *ἀπὸ τοῦ ἄγαν λεῖον εἶναι*. Alias aliorum explicationes praebet Et. M. 61, 16 velut eam quam Apollonius, Archibii f., proposuit *ἄλεισον* poculum caelatum ab alpha privativo et *λεῖος* descendere. Idem tradunt Apoll. Soph. 23, 8, Eust. 1357, 40, 1775, 10 et plerique recentiores in hanc sententiam inclinare videntur. Sed sive *ἄλεισον* poculum leve fuit sive caelatum, sive alpha protheticum est sive privativum, nescio quomodo *-λεισον* ad *λεῖος* referri possit, quod ipsum sit pro *λεϝ-ιο-ς* cf. *λευ-ρό-ς*, Lat. *lev-i-s*, Curt. 367. Unde *σ* illud in hanc formam irrepsit? Quoniam id nondum satis explicatum est, malui vocabulum nostrum inter *ἀνετυμολόγητα* referre.

VII. DUBIAE LECTIONES.

Arte critica ut nihil difficilius est iis qui veri inveniendi studio abrepti quod sibi proposuerunt acrius consectantur, ita illa rarius invenitur quam aliae philologorum virtutes. Nam etsi, ut recte ait Madvigius advers. crit. I 7, nemo praeceptis criticam facultatem et artem assequi potest,

tamen hactenus omnes qui philologi esse volunt critici esse debent, ut aliorum bene inventis prudenter et sine dubitatione uti et prava statim reicere possint. Etiam in grammaticis quaestionibus nonnunquam sanam illam rationem desideras qua sola ad certum eventum perducimur, sed cujus expertes diversissima quaeque miscent, nimirum quia exempla undique conflata e lexicis conscribere vel quae sexcenties in commentationibus prolata sunt repetere multo commodius est quam singula quo fundamento nitantur indagare. Atque inprimis Hesychium multi pro exoptato fonte habere videntur, unde ut Maur. Schmidtii verbis utar, ineptiarum suarum paratum semper praesidium quaerunt, verum etiam alii scriptores conjecturarum ansam praebent non minus audacium. Sic eorum quae in carminibus Homericis explicandis veteres interpretes peccaverunt etiamnunc patroni existunt nec desunt qui contra grammaticorum Alexandrinorum auctoritatem nihil fere sive reicere audeant sive defendere. Habemus etiam inter ea vocabula, quae vel Doederlinus vel Hennickeus vel si qui praeterea alpha intensivum adamarunt enumerare solent, nonnulla scriptorum certis testimoniis plane destituta, sed tamen passim repetuntur. Quod sane exemplum primo loco est ponendum non vereor ne multi etiamnunc defensione dignum habeant; est enim

1) *ἀμορόεις*

quod fuere qui legerent Ξ 183, σ 298 *ἕρματα τρίγλην' ἀμορόεντα*. Cf. schol. A ad Ξ 183 et Apoll. 113, 30 *μορόεντα, οἷον ἀθάνατα, μόρου μὴ μετέχοντα*, alii interpretes alpha pro intensivo habuerunt, etsi jam Aristarchus et Ptolemaeus Ascalonites recte scripserant *τρίγληνα μορόεντα*. Doederlinus, de alpha intensivo 11 et gloss. Hom. III 353 *ἀμορόεις* defendit quod pro *ἠμαρόεις* esse vult, sed in sua ipse editione restituit *μορόεντα*. De sensu dubitant viri docti: Lucas, quaest. lexil. p. 17 hoc epitheto rem divisam, disjunctam significari censet, quod optime ad illa *ἕρματα*

τρίγληνα quadret quae ita menti nostrae proponat Homerus, ut inaures cogitandae sint tribus lapidibus sive margaritis dependentibus iisque disjunctis insignes. Goebelius, de epith. Hom. in -εις desin. (Monast. 1858) p. 35 interpretatur: mori colore indutus, Duentzerus vertens *schmuckvoll* vocabulum derivat a substantivo μόρος sive μόρα „splendor“. Ac mihi quoque inaures splendidae magis placent quam mori colore indutae.

2) ἀπέρωπος

Et. M. 120, 42 ἀπερωπόν, ἄγριον, καὶ ἀπηνῆ· ἢ σκληρόν, ἢ δυςπαραίτητον, στυγνόν, ἀπαράπειστον. Phrynichus in Bekk. Anecd. 8 ἀπέρωπος· σημαίνει ἀναιδής, σκληρός, ταχύς, οἷον ἀπερίοπος καὶ ἀπερίβλεπτος· ὃν οὐκ ἄν τις περιωπήσαιτο διὰ τὴν ἀηδίαν καὶ ἀπέρωπον οἷον τραχὺ καὶ ἀνατεταμένον. Hesych. ἀπέρωπος· ἀπάνθρωπος. Veterum interpretum explicationes recentiores secuti sunt. Doederlinus enim, cum περὶ non ignoret apud Aeolenses maxime apocopen pati solere, his tribuit vocabulum quod ab alpha intensivo incipere sibi persuasit: immodice oculos circumferens, Hennickeus ἀπέρωπον (cum alpha negativo) eum dicit qui non circumspicit, quid ad salutem aliorum augendam facere debeat, qui nullius rationem habet, *rücksichtslos*. Sed vereor ne oleum et operam perdiderint viri docti in explicando vocabulo quod nullum est. Etenim ut recte Maur. Schmidtius glossam illam Hesychii (cf. etiam ἀπερώπως leg. ἀπερωπῶς· θαυμαστῶς, ἀδοκήτως) ad Aesch. Choeph. 600 revocavit, ita ceterorum quoque grammaticorum testimonia ex eodem puto fonte fluxisse. Sed apud Aeschylum l. l. ex libris scribitur:

> θηλυκράτης ἀπέρωτος ἔρως παρανικᾷ
> κνωδάλων τε καὶ βροτῶν

quod scholiasta interpretatur στυγνὸς καὶ ὑπερήφανος. Recentiores viri docti in diversas partes abierunt. Pauvius, Heathius, Schützius, Bothius, Dindorfius, alii ἀπερωπός

scribendum esse censuerunt, Lobeckius, Hermannus, Weilius ἀπέρωτος quod equidem non dubito quin rectius scribatur. Nam ex ipsa ratione antithetica ἀπέρωτος ἔρως elucere mihi videtur ejusdem stirpis esse debere epitheton ac substantivum, quo plus conjuncta efficiant, ut Euripidem constat hanc rationem maxime adamasse qui ἔρως ἀνέρως credo scripsisset; cf. quae Lobeck. path. el. I 206 sqq. de discrimine alpha privativi et ἀπό praepositionis exposuit. Forma nihil habet difficultatis, etsi Lobeckius, paral. 258 anadromae nullam praeterea similitudinem novit collatis vocc. χρυσέρως, παιδέρως, ἀντέρως, λυσέρως et Θρήνερως, μίσερως aliisque apud grammaticos et lexicographos. Sed si quis e stirpe ἐρωτ ἀπέρωτος propagari potuisse neget neglectis similibus exemplis αὐξίφωτος, ἀρχίφωτος, κυανόχρωτος, ὀζόχρωτος aliisque haud sane antiquissimis, ei suadeo ut scribat apud Aesch. ἀπέρως τις ἔρως. Vitiosum autem illud ἀπέρωπος (sive ἀπερωπός), quod quo facilius ex ἀπέρωτος nasci potuit eo etymologis istis exoptatiorem praebuit conjectandi occasionem, jam antiquitus pervulgatum fuisse cum e grammaticorum testimoniis elucet tum ex ipso codice Mediceo, si quidem recte Dindorfius ibi vidit τ literam ex π factam esse. Ἀπερωπός vero scripturae propter similitudinem etiam ἠπεροπεύς et ἠπεροπεύειν vocabula suffragabantur quae a stirpe ἠπερο i. e. a rad. ϝεπ descendunt (cf. Curt. 263), etsi ne significatio quidem quadrat ad locum Aeschyleum. Productio vocalis initialis intermissa est in forma ἀπεροπεύς ap. Anacr. frg. 73 Bergk.

βούλεται ἀπεροπεὺς ἐφ' ἡμῖν εἶναι

quod, quia in Et. M. 433, 44 perperam ἀπεροπός citatur, Maur. Schmidtius non debuit ad glossam Hesychii adscribere.

3) ἄρροθος

Hesych. ἄρροθος· ἀρωγός, βοηθός. Vocabulum Doederlino,

quia synonymum sit *ἐπίρροθος*, ab alpha intensivo incipere videtur, novissimus autem Hesychii editor a Diogeniano totam illam glossam abjudicavit, quam ego quoque persuasum habeo ex altera genuina *τάρροθος· ἀρωγός, βοηθός* corruptam hoc loco irrepsisse. Quamquam vix negaveris *ἄρροθος* cum vocali prothetica cogitari potuisse praeter *ἐπίρροθος*. Hoc ipsum ex mea sententia significat eum qui accurrit et ad radicem determinatam *ῥοθ* (cf. *ῥωθ* Curt. 355) referendum est, quandoquidem meliorem explicationem nemo proposuit. E glossa autem illa genuina Diogeniani — nisi quis forte eam quoque subditiciam esse statuit — elucet ferri non posse ineptissimam conjecturam, quam de origine vocabuli *ἐπιτάρροθος* Goebelius, Philol. XIX 434 commendavit: *ἐπιτάρροθος* ei est *ἐπὶ τὰ ῥόθος dazu rauschend.* Quo multo simplicius esset, quamquam neutrum credibile est, aut cum Duentzero in Kuhnii diar. XVI 24 ad radicem *tar* (icere, delere) confugere aut cum L. Meyero, gramm. comp. I 350 ad *tar* (transire).

4) *ἄσκιος*

saepius legitur usitato sensu: sine umbra, tribus contra quattuorve locis significare dicitur umbrosum. Sed dubia lectio est Pind. Nem. VI 45

> *βοτάνα τέ νιν ποθ᾽ ἁ λέοντος*
> *νικάσαντ᾽ ἔρεφ᾽ ἀσκίοις*
> *Φλιοῦντος ὑπ᾽ ὠγυγίοις ὄρεσιν κτλ.*

Doederlinus cum Disseno alpha intensivum agnoscit contra optimorum librorum scripturam *δασκίοις* quam probat etiam scholiasta. Itaque jam Hermannus, diss. de Pind. Nem. VI 7 *δασκίοις* restituit cui Lobeckius path. el. I 34 ita assentitur ut, etiamsi poeta montes Phliasios *ἀσκίους* nominaverit, tamen necesse esse neget umbrosos vel adeo umbrosissimos intellegi, multos enim esse montes nullis arboribus obsitos hodieque nominari montes calvos *Kahlenberge*, *Chaumont.* Itaque recentiores quoque editores scripserunt

δασκίοις ut Christius et Mommsenus, sed si quis tamen montes illos saltuosos fuisse arbitratur, is nisi *δασκίοις* reponit, *ἄσκιος* argutius quam verius eo defendere potest quod sine luce umbra nulla sit. Hanc ego interpretationem minime amplector. Bergkio Pindarus scripsisse videtur *νικάσαντ' ἔρεφεν κάρα Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν*, cui versui ascripta interpretatio *δασκίοις* effecerit ut locus grave vitium contraheret. Item frgm. 157 Bergk. *ἐν δασκίοισιν πατήρ* pro *ἐν δ' ἀσκίοισιν* nunc scribitur. Duobus autem aliis locis *ἄσκιος* suam habet significationem: sine umbra, Strab. XVII p. 817 *ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γίνεται καὶ ποιεῖ τοὺς γνώμονας ἀσκίους τὴν μεσημβρίαν* i. e. sol nobis supra verticem fit, ut nullam gnomones umbram meridie proiciant. Item Heliod. Aeth. IX 22 *ἐδείκνυσαν δὲ καὶ τοὺς τῶν ὡρονομίων γνώμονας, ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν ὄντας*. Nescio qui physici his locis Passovio alpha euphonicum commendaverint pro privativo. Diogeniano autem Hesychius glossam inculcavit *ἄσκιος ὕλη· δασεῖα ὕλη*, quam Maur. Schmidtius ad *O* 273 *δάσκιος ὕλη* rettulit ubi consueto errore delta in nonnullis libris omissum erat.

5) *ἀσπιδής*

utrum *Λ* 754 scribendum sit an *σπιδής*, diu multumque et veteres grammatici et recentiores quaesiverunt, donec nunc scripturam *δι' ἀσπιδέος πεδίοιο* altera illa *διὰ σπιδέος πεδ.* superasse videtur. Post Heynium accuratius Spitznerus exc. XXII quae cum in Et. M. 271, 8 tum schol. A tradita sunt examinavit, unde discimus Zenodotum, Ameriam, Herodianum *διὰ σπιδέος* scripsisse, Aristarchum, Cratetem, Ptolemaeum Ascalonitam *δι' ἀσπιδέος*, Alexionem utrumque probasse. Qui *ἀσπιδής* formam praetulerunt non mirum quod praeter alias explicationes alpha intensivum asciverunt, unde aptiorem sane sensum elicerent quam ex clipei vocabulo *ἀσπίς*. Fortasse Aristarchus ut Lehrsius de Arist. stud. Hom.[2] 153 statuit satis habuit varias explicationes

quia synonymum sit ἐπίρροθος, ab alpha intensivo incipere videtur, novissimus autem Hesychii editor a Diogeniano totam illam glossam abjudicavit, quam ego quoque persuasum habeo ex altera genuina τάρροθος· ἀρωγός, βοηθός corruptam hoc loco irrepsisse. Quamquam vix negaveris ἄρροθος cum vocali prothetica cogitari potuisse praeter ἐπίρροθος. Hoc ipsum ex mea sententia significat eum qui accurrit et ad radicem determinatam ῥοθ (cf. ῥωθ Curt. 355) referendum est, quandoquidem meliorem explicationem nemo proposuit. E glossa autem illa genuina Diogeniani — nisi quis forte eam quoque subditiciam esse statuit — elucet ferri non posse ineptissimam conjecturam, quam de origine vocabuli ἐπιτάρροθος Goebelius, Philol. XIX 434 commendavit: ἐπιτάρροθος ei est ἐπὶ τὰ ῥόθος *dazu rauschend.* Quo multo simplicius esset, quamquam neutrum credibile est, aut cum Duentzero in Kuhnii diar. XVI 24 ad radicem *tar* (icere, delere) confugere aut cum L. Meyero, gramm. comp. I 350 ad *tar* (transire).

4) ἄσκιος

saepius legitur usitato sensu: sine umbra, tribus contra quattuorve locis significare dicitur umbrosum. Sed dubia lectio est Pind. Nem. VI 45

> βοτάνα τέ νιν ποθ' ἁ λέοντος
> νικάσαντ' ἔρεφ' ἀσκίοις
> Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν κτλ.

Doederlinus cum Disseno alpha intensivum agnoscit contra optimorum librorum scripturam δασκίοις quam probat etiam scholiasta. Itaque jam Hermannus, diss. de Pind. Nem. VI 7 δασκίοις restituit cui Lobeckius path. el. I 34 ita assentitur ut, etiamsi poeta montes Phliasios ἀσκίους nominaverit, tamen necesse esse neget umbrosos vel adeo umbrosissimos intellegi, multos enim esse montes nullis arboribus obsitos hodieque nominari montes calvos *Kahlenberge, Chaumont.* Itaque recentiores quoque editores scripserunt

δασκίοις ut Christius et Mommsenus, sed si quis tamen montes illos saltuosos fuisse arbitratur, is nisi *δασκίοις* reponit, *ἄσκιος* argutius quam verius eo defendere potest quod sine luce umbra nulla sit. Hanc ego interpretationem minime amplector. Bergkio Pindarus scripsisse videtur *νικάσαντ᾽ ἔρεφεν κάρα Φλιοῦντος ὑπ᾽ ὠγυγίοις ὄρεσιν*, cui versui ascripta interpretatio *δασκίοις* effecerit ut locus grave vitium contraheret. Item frgm. 157 Bergk. *ἐν δασκίοισιν πατήρ* pro *ἐν δ᾽ ἀσκίοισιν* nunc scribitur. Duobus autem aliis locis *ἄσκιος* suam habet significationem: sine umbra, Strab. XVII p. 817 *ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γίνεται καὶ ποιεῖ τοὺς γνώμονας ἀσκίους τὴν μεσημβρίαν* i. e. sol nobis supra verticem fit, ut nullam gnomones umbram meridie proiciant. Item Heliod. Aeth. IX 22 *ἐδείκνυσαν δὲ καὶ τοὺς τῶν ὡρονομίων γνώμονας, ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν ὄντας.* Nescio qui physici his locis Passovio alpha euphonicum commendaverint pro privativo. Diogeniano autem Hesychius glossam inculcavit *ἄσκιος ὕλη· δασεῖα ὕλη*, quam Maur. Schmidtius ad *O* 273 *δάσκιος ὕλη* rettulit ubi consueto errore delta in nonnullis libris omissum erat.

5) *ἀσπιδής*

utrum *Λ* 754 scribendum sit an *σπιδής*, diu multumque et veteres grammatici et recentiores quaesiverunt, donec nunc scripturam *δι᾽ ἀσπιδέος πεδίοιο* altera illa *διὰ σπιδέος πεδ.* superasse videtur. Post Heynium accuratius Spitznerus exc. XXII quae cum in Et. M. 271, 8 tum schol. A tradita sunt examinavit, unde discimus Zenodotum, Ameriam, Herodianum *διὰ σπιδέος* scripsisse, Aristarchum, Cratetem, Ptolemaeum Ascalonitam *δι᾽ ἀσπιδέος*, Alexionem utrumque probasse. Qui *ἀσπιδής* formam praetulerunt non mirum quod praeter alias explicationes alpha intensivum asciverunt, unde aptiorem sane sensum elicerent quam ex clipei vocabulo *ἀσπίς*. Fortasse Aristarchus ut Lehrsius de Arist. stud. Hom.[2] 153 statuit satis habuit varias explicationes

proponere nec litem dirimere, sed in utramcunque sententiam inclinavit, σπιδής utpote simplicior forma summo jure a novissimis editoribus restituitur. Omitto veterum grammaticorum commenta de origine vocabuli prolata nec recentiorum enumero explicationes, verisimillimum est ut σπι-θ-αμή ita σπιδής ad radicem σπα (Curt. 272, 703) pertinere, ut sit quod veteres esse voluerunt μακρός, extensus. Cf. σπίδιον μῆκος ὁδοῦ Aesch. frg. 323 Dind. Animadvertamus praeterea hoc tertium jam exemplum nobis occurrere, ubi veteres explicatores eo errarunt, quod duo vocabula se excipientia perperam distinguebant. Cf. quae de vocibus ἀκιδνός, ἀμορόεις supra pp. 99 et 111 disputavimus.

6) ἄστονος

vetere mendo irrepsit Aesch. Sept. 856 Dind., quo pertinet etiam Hesych. ἄστονον· ἄλυπον, μεγαλόστονον. Totus locus nunc ita scribitur

> ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
> πίτυλον, ὃς αἰὲν δι' Ἀχέροντ' ἀμείβεται
> τὰν ναύστολον μελάγκροκον θεωρίδα.

In libris msscr. est τὰν ἄστονον μελαγκροκὰν ναύστολον θεωρίδα. Schol. τὴν τοῦ Χάρωνος ναῦν θεωρίδα εἶπεν, κυρίως δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος ἡ εἰς Δῆλον ἀπερχομένη, λέγει δὲ ὅτι ταύτην ὁδὸν θεωρητικὴν ὥςπερ οἶδεν ὁ στόνος τὴν ἐπὶ τὸν Ἀχέροντα, τὴν ἀνήλιον κτλ. Apparet iam scholiastae ἄστονον obversatum esse praeter quod ἄστολον exstabat in aliis libris. Acute Dindorfius suspicatus est τὰν ναύστολον primum in τὰν ἄστολον, deinde in τὰν ἄστονον corruptum esse, quo facto vera lectio ascripta alienum locum occupaverit. Assentitur Hermannus qui non intellegit navem Charonis sed sacram viam coll. Hesych. θεωροί· . . . . λέγουσι δὲ καὶ τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἴασι ἐπὶ τὰ ἱερὰ θεωρίδα. Weilius autem in hac via lamentationem desiderat, quia ea dicenda sint quibus haec ad inferos θεωρία ab aliis differat, nigra vestis pro candida, lamentatio pro laeto

cantu, non navigatio. Scribit igitur *ταν μελανόκροκον ἀγάστονον θεωρίδα*. Etsi concedo *ἀγάστονον* describendae rei melius inservire quam *ναύστολον*, hoc tamen mihi nimis quaesitum videtur quam quod ab librario additum sit, cum praesertim corruptelae rationem qualis fuerit Dindorfius aperuerit. Verum licet lamentationibus carere non possimus, forma *ἄστονος* eae nequeunt exprimi.

7) *ἀφέρτερος.*

Hesych. *ἀφερτέρους· πολὺ φερτέρους*, et *ἀφέρτερος· ταχύτερος*. Prior interpretatio, inquit Doederlinus, compositionis legibus quam maxime repugnat, nam verissime Philoxenus in Et. M. 195, 16 *οὐδὲν εἰς -ρος λήγει συγκριτικὸν μετὰ στερήσεως λεγόμενον*. Miror — an dicam non miror — quod Doederlinus veterum grammaticorum argutiis deceptus tenetur, cum ne Lobeckius quidem path. el. I 213 similia testimonia afferens ignoraverit quantum non valeat tale praeceptum. Verum est comparativos non solere cum alpha privativo componi sed comparanti glossas Hesychianas *ἀφερτέρους· πολὺ φερτέρους* et *ἀφέρτεροι· ἥσσονες* aut statuendum est posteriorum aliquem scriptorum ut sunt audaciores in novandis vocabulis, nihilo setius *ἀφέρτερος* finxisse aut glossas illas omnino esse delendas. Si qua exstitit *ἀφέρτερος*, prior interpretatio *πολὺ φέρτερος* a consueto illo veterum errore profluxit quo tot vocabulis cum alpha privativo compositis etiam intensivam notionem obtruderent, altera autem *ταχύτερος* ad aliud vocabulum pertinet, quod ab *ἀφάρ-τερος* ψ 311 forsitan non sit diversum. Quare quod Maur. Schmidtius priorem glossam Diogeniano reliquit, Hesychio posteriorem, contrarium vellem instituisset.

Quod ita omnia fere vocabula perlustravimus quae diversis temporibus ab alpha intensivo incipere viri docti voluerunt id iis probatum iri scimus quibus in singulis explicandis aliquid profecisse visi erimus. Nam cum a paucis quibusdam perspicuis exemplis discesseris, perpauca in hoc numero sunt quorum de origine adhuc inter omnes con-

παρασκευάζεαι I 71, ἀπαιρήσεαι I 71 (-σει AC^1, -σε B^1, -σεις *R*), ἀπεχθήσεαι I 89, τεύξεαι I 90, ἁλώσεαι I 112, ὄψεαι I 155 IX 16, λάμψεαι I 199 VII 39, ἔσεαι II 5. 78 VII 14. 236 VIII 62, ἀπίξεαι II 29 (ἀπῖξαι *B*), ποιήσεαι II 29, πλεύσεαι II 29, οἴχεαι II 115, συγγινώσκεαι IV 126, προσκτήσεαι V 31 (-σεται *A* pr. *d*, -σαιε *r*), ἐπιθήσεαι V 31, γίνεαι V 31 VII 52, παραμείψεαι V 52, μετέρχεαι VI 69, καταπροΐξεαι VII 17, ἐπαγγέλλεαι VII 29, καυχήσεαι VII 39 (-σεται *d*), περιέχεαι VII 39, ζημιώσεαι VII 39, κομίζεαι VII 49 (-εται *Cd*, -σαι *R*, κομίεαι Stob. ed.), σφάλλεαι VII 52, πυνθάνεαι VII 157, γλίχεαι VII 161, καταστρέψεαι VII 209 (-ψαι *C*) IX 2 (-ψαι *CR*), προςφέρεαι VII 209, ἀποπλεύσεαι IX 91; accedit τετιμωρήσεαι IX 78, quod e Süverni conjectura pro codicum τετιμώρησαι nunc ab omnibus acceptum est. Post vocales -εαι reperitur in διακελεύεαι I 42 VII 80 μεταβουλεύεαι VII 12 (-εται *C*), συμβουλεύεαι VII 235 (-σεαι A^1). Quibus in formis etsi post diphthongum ευ εαι molestum non est, in praesentibus verborum contractorum itemque in futuris liquidis, in quibus terminationem εαι litera ε antecedit, εεαι nequaquam tolerari potest, propterea quod, ut jam in prima paragrapho vidimus, Ionum aures et instrumenta loquelae quam maxime eis conjunctionibus vocaliciis adversantur, in quibus vocalis quaedam, quaecunque est, duplex ε sequitur. Eae vocalium cumulationes semper hyphaeresi i. e. elisione alterius ε deminuuntur, qua de re propterea brevius agere possum, quod Fritschius in Stud. vol. VI omnia huc pertinentia diligenter tractavit. Codicum autem in hac de -εεαι quaestione ratio ea est, quod cum tales formae deciens legantur, numquam libri in -εεαι, semel in -εαι consentiunt, ter plerique optimique -εεαι, sexiens omnes praeter *P* vel *Pz* -εαι tradunt. Quae cum ita sint, quid planius est, quam quod breviores formae genuinae sunt, corrector Parisinus autem longiores ut magis ionicas in textum inculcavit? Quod Steinium non vidisse (Dindorfium Bredoviumque suo more formas maxime „distractas“ praetulisse per se patet) vix

CONSPECTUS RERUM TRACTATARUM.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 6 lin. 22 adde: ab
- 20 Loewei dissertatio nunc edita est in Ritschelii act. soc. phil. Lips. vol. II. Cf. ib. p. 466—469.
- 22 lin. 8 lege: Celtae, cf. p. 53.
- 29 lin. ult. lege: infesti:
- 70 Nicandri versus O. Schneiderus ita restituit:

  ξηρὰ δ' ἐπιλλύζων ὀλοῇ χελλύσσεται ἄτῃ·
  ἀβλεμὲς ἦ γὰρ κεῖνο πέλει βάρος· κτλ.

  Sed etsi cetera concedo, *ἀβλεμές* rectius ad verbum *χελλ.* refertur sensu non minus perspicuo. Cf. schol. ad h. l.
- 94 lin. 9 lege: § 42.



possumus; sed fortasse etiam hic γαλαί ut codicis *d* scriptura vera sit, hyphaeresi admissa legendum est, quamquam si justam causam poscas, cur hic non ut solet γαλέαι Herodotus, sed per hyphaeresim γαλαί dixerit, equidem vix habeo quid respondeam.

§ 3. εε.

Ex universa fere dialecti neoionicae indole nihil magis notum esse videtur, quam quod Iones in conjugatione verborum in -εω exeuntium omnium fere ceterarum dialectorum formis contractis solutas opponere soleant[9]), quod cum ad omnes vocalium conjunctiones tum ad εε εει εη pertinere putant. Eam rem autem non solum veterum testimonia testantur cf. Eust. p. 1892, 38 τὸ παρ' ἡμῖν ἔπλει καὶ ἔρρει παρὰ τοῖς Ἴωσιν ἔπλεεν ἔρρεεν ὡς τῆς ει διφθόγγου τεινομένης παρ' αὐτοῖς εἰς ἄμφω ταῦτα, Greg. Cor. p. 395 squ. τοῖς παρατατικοῖς καὶ τοῖς ἐνεστῶσιν ὁμοίως καὶ ταῖς μετοχαῖς τῶν περισπωμένων καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πάσαις ἐγκλίνεσιν ἐντελῶς κέχρηνται ὡς ἐν τοῖς Ἀνακρεοντείοις καὶ ἐν τῷ χρησμῷ καὶ Ἡρόδοτος, sed etiam et apud poetas, qui contractas voces cum solutis miscent, et apud Hippocratem et apud ceteros scriptores ionicos, quotquot fragmenta adhuc praesto sunt, tam multae formae solutae testatae sunt, ut hac de re ne minima quidem dubitatio relinqui videatur. Eo magis mirari debemus, quod titulorum ionicorum memoria prorsus diversa est. Nam, ut Erman in Stud. V p. 288 explicavit, eae formas in εε εει εη non solum post vocales sed etiam post consonas contractas ostentant velut ἐποίειν in tit. miles. (Kirchhoff „Stud." p. 24) ἐπικαλεῖν ἐπικαλῇ in tit. halic. ἐπεστάτει, ut videtur, in tit. pario. Quibus inscriptionibus fretus Ermanus vulga-

---

[9]) Ea res Ionibus tam propria esse eorumque linguam prae ceteris ita significare videbatur, ut ex ea potissimum vulgarem illam de ionico concurrentium vocalium amore prolatam sententiam derivandam esse putem.

durch scheinbaren abfall von *ν* entstandenen formen *ἀκμό-θετον στημο-ρραγεῖν* erledigen sich durch annahme von nebenstämmen *ἀκμο-* und *στημο-* neben *ἀκμον-* und *στη-μον-*, ähnlich *κρεισσό-τεκνος Ἀμεινο-κλῆς* durch analogie. übrigens ist der ausfall eines nasals eine weit andre sache. so bleibt blos noch das zu *αἰπόλος* allerdings in scheinbar genauer parallele stehende *γυναι-μανής* bei Homer übrig, das Roediger mit allen erklärern aus *γυναικ-μανής* deutet. ich halte diese erklärung nicht für richtig. die form *γυναι-* erscheint auch im vocativ *γύναι.* ich setze diesen vocativ gleich den im sanskrit und altbaktrischen erscheinenden vocativen auf *e* (*ai*) von weiblichen stämmen auf *ā*, z. b. *açvā* stute voc. *açve* = *açvai.* bezüglich der erklärung dieser vocative vermag ich der ansicht von Benfey in seiner abhandlung Ueber den indogermanischen vocativ (Göttingen 1872) s. 82 nicht beizutreten, der (im anschluss übrigens an Schleicher) in diesem *e* schwächung von *ā* sieht. ich halte vielmehr dieses *e* = *ai* für wesentlich identisch mit dem *e*, wie es im sanskrit und in der sprache des Avesta im vocativ der stämme auf *i* erscheint (*páti* — voc. sk. *páte* zd. *paite* grundform *pátai*). in beiden aber sehe ich stämme auf *ai*, die auch sonst in der flexion der stämme auf *ā* und *i* erscheinen: vgl. instr. sg. *áçvajā* = *ácvai-ā*, dat. sg. *pá-taje* (im Atharva-Veda) = *pátai-e.* ich kann die gründe für diese auffassung hier nicht auseinandersetzen, werde dies aber demnächst in einer arbeit über die vocalische stammbildung im indogermanischen ausführlich tun. ich bemerke hier nur noch, dass neben dem stamme *γυνα- gvana- gana* (im zd. *ghena* f. weib altpr. *ganna* f. ksl. *žena* f. got. *qina* in *qina-kund-s* weibgeboren gr. *γυνή* boeot. *βανά*) ein stamm *gani-* existiert hat, und zwar in der grundsprache: ved. *gáni gánī* f. weib zd. *géni* f. got. *qên-s* stamm *qêni-* f. in dem thema *ganai-* berühren sich beide. genug, ich bin der meinung, dass in *γυναι-μανής* nicht *γυναικ-*, sondern die alte stammform *γυναι-* erhalten ist, aus der durch antritt von suffix *ka* später *γυναι-κο γυναι-κ* hervorgegangen ist.

Kann man nun also dieses wort nicht mehr in parallele mit *αἰ-πόλος* stellen in bezug auf den abfall des gutturals, so bleibt letzteres ganz isoliert. entschliessen wir uns demnach den gedanken an zusammenhang mit *αἴξ* ganz aufzugeben. was steckt nun aber für ein tier in dem ersten teile? ich meine, nichts anderes als das indogermanische *avi-* schaf: sk. *avi-s* m. f. got. *avi-* in *avi-str* schafstall, lit. *avi-s* f. ksl. *ovĭ-* in *ovĭ-ca* f. schaf, ir. *oi*, lt. *ovi-s*. im griechischen erscheint das wort allerdings sonst in der form *ὄι-ς* *οἶς*, also mit *o*-laut wie im lateinischen slavischen irischen. das ist indessen kein grund gegen die annahme, dasz in einem compositum die altertümlichere form mit *a* erhalten sein könnte; es ist ja bekannt, wie viel antiquitäten wir grade in zusammensetzungen gewahrt finden. zum überfluss kennen wir auch ein lateinisches wort, das das alte *a* neben dem *o* von *ovis* gewahrt hat, das im auszuge des Paulus p. 14 überlieferte *avillas* ovis recentes partus (Curtius Gr.[4] 393).

Es steht demnach von seiten der form kein hindernis im wege *αἰπόλος αἰπόλιον* aus *ἀϝι-πόλο-ς ἀϝι-πόλιο-ν* zu erklären und ihm die ursprüngliche bedeutung schafhirt, schafherde zu geben. es frägt sich, ob die bedeutung keinen einspruch dagegen erhebt. es lässt sich nicht leugnen, dasz an allen homerischen stellen — bis auf eine — die wörter die bedeutung „ziegenhirt, ziegenherde“ haben. es sind folgende:

B 474 *τοὺς δ', ὥστ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες*; *ϱ* 247 *αἰπόλος αἰγῶν* als beiname des Melanthios und so noch an acht andern stellen der Odyssee; *Λ* 679 = *ξ* 101 *τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν*; *ϱ* 213 = *υ* 174 *αἶγας ἄγων αἳ πᾶσι μετέπρεπον αἰπολίοισιν*; *φ* 266 *αἶγας ἄγειν αἳ πᾶσι μέγ' ἔξοχοι αἰπολίοισιν*. nur *Δ* 275 ist von einem *αἰπόλος ἀνὴρ* im allgemeinen die rede, der dann vers 279 *ὑπό τε σπέος ἤλασε μῆλα*; *μῆλα* bezeichnet schafe oder ziegen, so dasz uns hier nicht verwehrt werden könnte, an einen schafhirten zu denken.

Indessen, so bedenklich auch die bedeutung der mehrzahl der homerischen stellen für unsere erklärung aus ἀϝι-πόλος schafhirt scheint, wir brauchen sie doch deshalb keineswegs aufzugeben. es lässt sich durch analoge beispiele nachweisen, dasz mitunter das bewusstsein von der bedeutung des ersten teiles einer zusammensetzung geschwunden ist und das wort somit eine allgemeinere bedeutung bekommen hat. βου-κολεῖν heisst rinderhirt sein; bei Homer aber Υ 221 steht ἵπποι βουκολέοντο, die rosse wurden gehütet. ebenso sind bei Eurip. Phoen. 28 ἱπποβού-κολοι nur rosshirten. ganz in derselben weise konnte Aristophanes Plut. 819 sagen βου-θυτεῖ ὗν er opfert ein schwein und μηλο-σφαγεῖν οἴνου σταμνίον Lys. 189. bekannt sind aus dem sanskrit verbindungen mit *go-* rind, wo dessen bedeutung ganz verschwunden ist: *go-pá go-pá* kuhhirt, dann überhaupt hirt; *gó-pati* besitzer der rinderherden, neben *gávām gópatis* R. V. 101, 4 auch *áçvānām gópatis* ebda. *go-juga* rinderpaar, aber *ushṭra-go-juga* ein paar kameele, *go-shṭha* kuhstall, aber *açva-go-shṭha* pferdestall (vgl. Benfey Vollst. skrtgr. 233). ebenso aus andern begriffssphären νέκταρ ἐῳνοχόει Δ 3, γέροντα παιδαγωγήσω Eur. Bakch. 193, τοῖς σκέλεσι χειρο-νομεῖν Herod. VI 129, οἰκοδομεῖν πυραμίδα Herod. VIII 71, οἰκονομῶ θαλάμους πατρός Soph. El. 190, ἐναυκλήρεις πόλιν Ant. 994 u. a. bei Schneidewin zu Trach. 760. lat. *aedificare naves, aucupari examina apum* Colum. 3, 8, 8. demnach brauchen wir nicht einmal an die dem Griechen neben ὄϝι-ς wol unverständlich gewordene form ἀϝι- zu appellieren, um es sehr erklärlich zu finden, dasz aus dem ἀϝι-πόλο-ς αἰ-πόλο-ς, ursprünglich schafhirte, ein hirte im allgemeinen geworden ist. als solchen dürfen wir ihn zunächst in Δ 275 fassen, dann aber auch an allen andern stellen, wo die beziehung auf die ziegen entweder durch hinzugefügtes αἰγῶν überall sowol bei αἰπόλος als bei αἰπόλια ausgedrückt ist oder aus dem zusammenhange sonst ersichtlich ist wie ρ 213, φ 266. von selbst fällt dann die überflüssige deutlichkeit in den ver-



bindungen αἰπόλος αἰγῶν, αἰπόλια αἰγῶν weg, die freilich für συῶν συβόσια zunächst noch bestehen bleibt. übrigens steht das verbum αἰπολεῖν wirklich in ganz allgemeiner bedeutung bei Aesch. Eum. 187, wo Apollon zu den Eumeniden sagt: χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι.

Zum schluss gebe ich zu bedenken, ob nicht das ebenfalls homerische αἰγυπιός ebenfalls hieher zu stellen und als ἀϝι-γυπιό-ς schafgeier (lämmergeier) zu erklären ist. γυπιό-ς ist eine weiterbildung von γῡπ-, γυπο-; in der verschiedenheit der quantität (αἰγῠπιός und γῡπ-) sehe ich kein wesentliches hindernis.


QUAESTIONES GRAMMATICAE

DE

VOCALIUM IN DIALECTO HERODOTEA CONCURSU
MODO ADMISSO MODO EVITATO.

SCRIPSIT

REINHOLDUS MERZDORF
OLDENBURGENSIS.





PROOEMIUM.

Qui hodie in dialectum herodoteam inquirit eo consilio, ut si fieri possit, cognoscat, qualis ipsius scriptoris lingua, a librariorum erroribus liberata, fuerit, ei quam maxime verendum est, ne oleum et operam prorsus perdere dicatur. Tanta enim hac in re fluctuatio regnat, tanta est virorum doctorum dissensio, ut non ex certis quibusdam argumentis sed paene ex sua quemque libidine rem dijudicare facile quis existimare possit. Tamen, ut nemo harum quaestionum paullo peritior non intelleget, dialectum herodoteam nunc multo melius cognitam habemus, quam qui olim eam tractarunt. Inspice Maittairii librum de dialecto ionica, compara priores editiones velut Schweighaeuserianam cum eis, quas nunc habemus, jam mecum consenties de Herodoti dialecto nondum esse desperandum. Olim omnia perversa, perturbata erant, omnia fluctuabant; nunc non ita paucae regulae ab omnibus agnoscuntur, ut de multis rebus dubitari nunc vix possit. Accuratiore enim librorum manu scriptorum eorumque inter se conexus pervestigatione, maxime autem meliore linguae graecae ejusque dialectorum cognitione etiam Herodoto lux allata est.

Quae cum ita sint, tamen plurima et gravissima sunt, de quibus alii aliter judicant, et ea quidem, e quibus dialecti herodoteae scientia quam maxime pendeat. Tribus autem, ni fallor, rationibus in constituendo textu herodoteo viri docti utuntur.

Alii velut Bährius, Krüger penitus codicum fidei se tradunt; Herodotum minime sibi constitisse, nequaquam una

eademque dialecto usum esse rati, quam quoque loco codices vel omnes vel plerique vel optimi praebent, eam exhibent. Haec ratio, si ratio dici potest, omnium perversissima mihi videtur esse; nullo modo prosae orationis scriptoribus idem licuit, quod poetis, et sine dubio talis inconstantia formarumque diversarum permixtio risum movisset quam maximum. Repugnat ea ratio omni analogiae, omni veri similitudini neque multi hoc praesertim tempore erunt, qui eam defendant.

Aliorum ratio prorsus contraria est; reputant Herodotum scriptorem pedestrem esse, cujus usus dicendi semper sibi constiterit; codices temporis decursu tantam labem contraxisse, ut ex eorum auctoritate scriptoris vera scriptura enucleari non debeat. Quocirca quoniam dubium non est, quin Herodotus ionice scripserit, codicum scriptura magis minusve neglecta omnes fere formas ex analogia dialecti ionicae constituunt Herodotumque eum facere conantur, quem fuisse Dion. Halic. VI 775 dicit: *Ἡρόδοτος τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών, ὡς Ἀττικῆς Θουκυδίδης.*

Hac ex sententia stant Bredovius, Dindorfius, Steinius (in prioribus editionibus), Dietschius, Abichtius, qui tamen etiam in gravibus rebus saepe dissentiunt, cum alii hanc alii illam formam Ionibus licere, alii hac alii illa forma Herodotum non semper et ubique usum esse contendant, alii magis alii minus codices respiciant. Permultum autem horum virorum labor ad verum cognoscendum profecit; ante omnes Bredovius, quem postea omnes fere secuti sunt, summa diligentia firmum quodammodo dialecti fundamentum substruxit, sed quia neque de linguae graecae indole vel de dialectorum natura recte judicavit neque librorum manuscriptorum rationem satis perspexit, saepius erravit, ut nunc unaquaeque fere res denuo examinetur necesse sit. — Duobus annis ante Bredovii opus prodiit Dindorfii editio, in qua summa pertinacia formas, quas neo-ionicas esse existimabat, Herodoto imputavit. Multa falsa e textu removit, multas formas praeclare scriptori ionico reddidit,

sed nimio analogiae et constantiae studio perductus saepenumero in errorem incidit, quod neglectis codicibus grammaticorum judicio nimis confidebat et quod ejus de dialecto ionica, de dialectorum ratione, de linguae graecae natura sententia falsa erat. — Praeterea, id quod ad totam hanc secundam rationem pertinet, nescimus fere tali in scriptorum et inscriptionum penuria, qualis Ionismus aetatis herodoteae fuerit. Neque id obliviscendum est, Herodotum, ut ita dicam, non suo tantum Marte egisse; fuerunt ante eum scriptores pedestres ionici, quos certam quodammodo normam scribendi constituisse concludere licet, quorum tamen cum pusillae tantum reliquiae nobis servatae sint, haec omnia spissis tenebris sunt obruta (cf. Bred. p. 50); ne hoc quidem constat Herodotum semper puro Ionismo usum esse. Itaque, quamquam mihi quidem haec secunda ratio valde placet eaque esse videtur, qua verum optime investigari possit, tamen summa cautione agendum neque quicquam nimis propere decernendum esse censeo.

Tertia ratio Steinianae editionis criticae est; haec editio mea quidem sententia omnium quaestionum herodotearum, quae in futurum fient, fundamentum firmissimum erit, propterea et quod uno in conspectu omnes codicum varietates, ingenti diligentia collectae, praesto sunt, ut nunc demum, quid codices de singulis locis testentur, sit perspicuum et quod nunc codicum inter se conexus prorsus fere cognitus eorumque familiae probabili ratiocinatione definitae sunt. Neque dubito dicere hoc opere novam curarum herodotearum aetatem inauguratam esse. Tamen viri egregii rationi dialecti herodoteae perquirendae et constituendae assentiri non possum; secundum ejus enim sententiam nullo modo demonstrari potest Herodotum vel analogiae formarumque constantiae studuisse vel genuinum Ionismum suis libris exprimere voluisse. Defendit igitur et epica et dorica (praef. p. 48—53); sed quae epica apud Herodotum exstant, bene ex sermonis conexu excusantur (cf. I 27 *αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν* cum υ 236 *αἲ γὰρ τοῦτο ξεῖνε ἔπος* sim.).

alia autem a Steinio ut epica allata, epicis minime propria sunt: *μεμονέναι* (numquam infinitivum in *-εναι* apud Homerum reperies) *μέμνεο ὀνομανέω χέαντες* etc., cetera autem sine dubio rejicienda sunt. Steinius quidem *δαιτυμόνεσι* VI 57 (certe cum AB *δαιτυμόνεσσι* propter summam terminationis *-εσι* ambiguitatem scribere debebat) *ἡγορόωντο* VI 11 *κομόωσι* IV 191 retinet, sed *νηήσας Ἄρηι ἴδηαι ἐλαύνῃσι ἑστάμεναι* quamvis item in archetypo scripta damnat. Qua quaeso ratione? Si Herodotus epica velut *κομόωσι* sim. libris suis immiscere sibi permisit, cur non *ἐλαύνῃσι ἑστάμεναι* cet. retinentur? sin *ἑστάμεναι ἐλαύνῃσι* ut epica et ab Herodoti dialecto abhorrentia ejiciuntur, quidni *ἡγορόωντο κομόωσι* eodem nomine? — Dorica vero praeter *ἀνέωνται* II 165, qua de forma infra accuratius dicetur, nomina propria tantum reperiuntur, in quibus aequabilitatem non regnare nemo mirabitur aut indignabitur. — In ceterarum vero formarum fluctuatione Steinius anomaliae fere antesignanus est, ita tamen ut neque diversa anomaliae genera satis distinguat neque ipse sibi constet. Cum enim Herodotum in vocibus duplicis flexionis et positionis, in vocabulis heterocliticis et metaplasticis non eadem semper usum esse forma et reapse consentaneum sit et e codicum conjuncta memoria eluceat (praef. p. 55—64), quamquam in re admodum lubrica nonnulla valde dubia sunt, errarunt sane, qui talia acerrimo studio oppugnarunt; sed Steinius in eo errat, quod hanc anomaliam his in verbis excusatam latissime patere existimat itaque III 38 *τελευτέοντας*, I 24. 139 al. *τελευτῶντας*, III 127 *δέει*, III 9 vero *δεῖ* exhibet. Neque hac in re sibi constat; quamquam enim dicit solum tum aequabilitatem quandam arripiendam esse, cum ex archetypi ratione ea probabilis sit itaque *πιεζεύμενος* III 146 VI 108 VIII 142 praeter *πιεζόμενος* deciens traditum, *πιέζεται* II 25 *ἐπίεζε* V 35 scribit, tamen saepe, etiamsi archetypum fluctuasse constat, analogiam quandam sequitur velut in conjugatione verborum in *αω*. Ut exemplo utar, *τελευτέοντας* III 38 aeque ac *τελευτῶντας* Herodoto tribuit;

sed cum VIII 7 ἐμηχανέοντο, II 121, 5 III 15 cet. μηχανώμενος in archetypo fuerit, semper formas per εο scriptas exhibet. Quid? Studuitne hoc in verbo Herodotus analogiae, quam in τελευτάω sprevit? Quis sibi persuadebit ἐμηχανῶντο juxta ἐμηχανέοντο traditum librariis, τελευτέοντας juxta τελευτῶντας ipsi scriptori deberi? Archetypus aut genuinam Herodoti scripturam habuit, ut Steinius haud raro judicare videtur, — hoc si est, ubique enucleata archetypi scriptura exhibenda est, id quod Steinius nequaquam facit, aut archetypi scriptura jam ipsa et mendis et correctionibus posteriorum referta est, quod si est, recte fortasse Steinius semper ἐμηχανέοντο μηχανεόμενος scribit, ζητέεις I 32, ἐνεμέειν II 172, κινέει II 80, πόλι ποιῆσι pro ζητεῖς ἐνεμεῖν κινεῖ πόλει ποιήσει in archetypo traditis legit, sed non intellegitur, cur aliis locis tam anxie archetypi pravas haud dubie et sibi non constantes scripturas servet, cum praesertim interdum omnibus ceteris codicibus derelictis unius correctoris sequatur scripturam velut εὐφρανέεαι etc. (cf. praef. p. 33). Vides, quantopere e Steinii ratione omnia fluctuent; si Herodotum ipsum etiam gravibus in rebus modo sic modo ita locutum esse propter archetypi fluctuationem cum Steinio posuerimus et tamen interdum archetypi fluctuationem librariis, non scriptori cum Steinio dederimus, unoquoque fere loco dubium erit, utrum anomalia Herodoto an librariis tribuenda sit, totaque quaestio ex uniuscujusque libidine pendebit. Numquam credo hoc modo eae quaestiones dialecticae ad liquidum perduci poterunt et, si Steinii ratio vera esset, de cognitione dialecti herodoteae penitus esset desperandum.

Quid igitur, cum res ita se habeant, faciendum est? Cum recentiorum, qui vocantur, Ionismorum (nam Ionismi complures species fuisse quis est qui nesciat?) natura e non ita multis inscriptionibus nondum satis eluceat (cf. Erman in Stud. V p. 249—310) et etiam minus e philosophorum („fragmenta philosoph. graec." ed. Mullachius), historicorum („fragmenta histor. graec." ed. Muelleri, voll. I. II), poëta-



rum (Renner Stud. I 1 133—235 I 2 1—62) fragmentis cognoscatur neque Hippocratis libris (Hippocratis cet. medic. fragm. ed. Ermerins vol. I. 1859) nimia fides tribui debeat neque constet, qualis herodoteae dialecti conexus cum recentiore Iade fuerit, num fortasse quaedam ex dialecto attica Herodotus assumpserit et cum nonnulla alia ejusmodi sint, de quibus certum judicium hodie stare nequeat, universam ejus dialecti indolem et naturam nondum cum satis magno emolumento tractari posse credo. Summa res in minoribus de diversis rebus quaestionibus versatur, quae codicum scriptura accurate sed non serviliter observata itemque ceteris fontibus, quantum potest, exhaustis facilius fortasse expedientur; quamquam unaquaeque fere res, id quod etiam ad hanc quaestionem pertinet, permultis obruta est difficultatibus, ut saepe conjectura potius probabili quam certa argumentatione contenti esse debeamus. A minoribus ad majora ascendi debet et singulis rebus grammaticis tali modo perquisitis et constitutis fieri non potest, quin multo verior herodoteae dialecti imago exprimatur.

Tales commentationes cum multiplices esse possint, magni momenti esse existimavi inquirere, vocalium apud Herodotum concursus quando admittatur, quando et quomodo evitetur.

Ea quaestio et ad sonorum doctrinam et ad vocabulorum flexionem pertinet, ut satis mirari non possim, quod adhuc nemo eam omnia amplexus tractavit. — Veteres grammaticos de tali quaestione in universum nihil tradidisse, sed de singulis tantum formis egisse, non est quod miremur. Sed etiamsi plura hac de re verba fecissent, magnum fructum ex eis non caperemus. Antiquorum quidem velut Apollonii, Herodiani regulas et notas grato animo semper accipere et diligenter perpendere debemus; eorum autem qui de dialectis potissimum scribebant velut Ioannis Grammatici, Gregorii Corinthii ratio diversa est. Hi magistelli veterum scripta tanta neglegentia et ignorantia compilaverunt, ut nisi unaquaque regula acerrime examinata

fontibusque ex quibus hauserunt perquisitis nihil eis credere liceat; et cum in dialectis aeolica et dorica tum in dialecto ionica, ne temere eis confidamus, cavendum est. Praeter ea vitia, quae omnibus grammaticis graecis communia sunt, posteriores suo nomine peccant. Omnes scriptores miscent; praeter Herodotum Hippocratem non solum Homerum et Hesiodum sed etiam Euripidem[1]) dialecti ionicae auctorem esse exhibent, ut nisi exemplo addito, cujus scriptoris usus commemoretur, nesciamus. Nullo enim discrimine multae res vel soli Homero (cf. Greg. Cor. § 20. 22. 32) vel Herodoto vel alii cuidam propriae pro ionicis venduntur; verba quaedam omnibus Graecis communia, quia fortuito apud ionicum scriptorem leguntur, ionica esse dicuntur (cf. Greg. Cor. § 81. 82 et Schäf. adnot.); quin etiam tanta egerunt levitate ut a Gregorio Corinthio § 122 hoc adnotatum sit: *Ὄσιριν δὲ καλοῦσι τὸν Διόνυσον,* quoniam Herodotus Aegyptios Dionysium Osirim appellasse narrat. Haec sufficient ad demonstrandum, quantulum ponderis his posterioribus grammaticis tribuendum sit, quamquam etiam ea in rudi indigestaque mole nonnulla e melioribus libris tradita esse equidem non negaverim.

Nostrates grammatici hanc quaestionem in universum non curaverunt, sed singula tantum suo loco commemoraverunt. Tamen ea sententia pervulgata est, qua Iones contra ceterarum dialectorum rationem vocales non duas tantum sed etiam tres pluresve concurrentes non contraxisse, sed libenter toleravisse existimantur. Paucos locos afferre satis habeo. Dindorfius in praef. p. X expressis verbis dicit: „Dialecti ionicae mollities vocales hiantes minime defugit“[2]); p. XXV „nisi quis propter plurium vocalium con-

[1]) Greg. Cor. p. 401: *τὰς εἰς ως ληγούσας γενικὰς τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ις εὐθειῶν γινομένας διὰ τοῦ εος προφέρουσιν ὄφεος λέγοντες διὰ τοῦ ο μικροῦ καὶ πρέσβεος καὶ μάντεος καὶ πόλεος ὡς ἐν Ὀρέστῃ Εὐριπίδου*

ὃς ἂν δύνηται πόλεος ἔν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ

καὶ ἐν ἄλλῳ δράματι κ. τ. λ.

[2]) Ridiculum est, quod eadem de causa „propter suavem oris ionici



cursum alterum *ε* extritum esse sibi persuadeat, euphoniae causa, cui non multum tribuendum est in hac dialecto", Bredovius p. 190: „Ionicam orationem collocationem earum vocalium vel vocalis et diphthongi, quas alii Graeci in unam contrahebant syllabam, propriam sibi sumpsisse in vulgus est notum." Kühner a. G. I² p. 165 ita eloquitur: „Die Ionische Mundart hat eine grosse Vorliebe für offene Formen und eine grosse Abneigung gegen die zusammengezogenen", p. 167: „Das Streben des neuen Ionismus nach offenen Silben geht so weit, dass er sogar lange Laute, die sich im Altionischen nie aufgelöst finden, in ihre einfachen Bestandtheile auflöst."(!!) Neque Steinius aliter sentire videtur, cum in praef. p. XXXIII dicat ipsa ratione constare „nec contraxisse Herodotum nec imminuisse verborum formas in *εεαι* exeuntes".

Hanc generalem regulam in universum sic stare non posse et Iones nimium vocalium concursum non adamasse facile est ostendere. Quaeritur de concurrentium vocalium inprimis de prioris natura, utrum brevis an longa an diphthongus, utrum *α* an *ε* an *ο* fuerit (nam molles vocales respicere opus non est, ut quae cum ceteris optime congruant), quaeritur etiam de numero vocalium concurrentium.

Antequam autem ipsam de vocalium apud Herodotum concursu commentationem aggrediar, perpauca in universum praemonenda sunt. Linguas indogermanicas si perlustraverimus, vocalium intra unius verbi spatium cumulationem (nam de hac sola agitur) raro tantum admisisse inveniemus. E lingua sanscrita, si dialectum vedicam, cujus innumeris locis pro *j* et *v* *i* et *u* praebentis[3]) ratio alia est, missam facimus, duas tantum voces hic afferre possum, in quibus

mollitiem Iones a talium formarum prolatione ut *θηεόμενοι ἀγνοέοντες ἐποιέοντο διανοέομενος* abhorrere" Abichtius (quaest. de dial. herod. p. 24) docet.

[3]) Sic Kuhn, Aufrecht, Roth, Delbrück alii statuunt, quibus tamen Brockhaus aliique, cum hiatum prorsus damnent, quam maxime resistunt.

vocales concurrunt, *pra-uga* i. e. *pra-juga*, „projugum“ et *tita-u* „cribrum“, quod e radice *tams* „quatere, quassare“ ortum ad formam **titasu* redit. Etiam in lingua zendica, etsi talium formarum multo patientiori, multimodis complurium vocalium concursus evitatur (cf. Justi, Handbuch d. Zend-Sprache p. 385). Linguae slavica et magis etiam lituanica vocales in uno verbo concurrentes quam maxime respuunt (Leskien, Handbuch d. altbulgarischen Sprache § 18. 19, Schleicher, Handbuch d. lit. Sprache § 21). Linguae latina autem et gotica, etsi saepius quam ceterae vocalium cumulationem admittunt (cf. ex. gr. Schleicher, Comp. §§ 51. 110), tamen ex omni parte hiatus, ut ita dicam, amore superantur a lingua graeca. Quoniam enim plerumque tum unius vocabuli vocales nullo intervallo relicto conjunguntur, cum consona quaedam, ab initio eas separans, extrita est, talis consonae amissio in ceteris linguis indogermanicis non ita frequentatur; sed in lingua graeca, quippe spirantes aversata, *s j v* explodebantur, ut hac ratione, quae antea separatae erant vocales, concurrerent, id quod, ut per se patet, partim inter vocis stirpem partim inter stirpem et suffixum vel terminationem accidere potuit. Tantum autem abest, ut talis vocalium concursus anxie evitetur, ut dialecti atticae nimium formarum contractarum studium ceterarum dialectorum omnium rationi valde repugnet. Nam, ut confidenter affirmare audeo, dialecti dorica et aeolica multo magis hac in re cum dialecto ionica quam cum attica conspirant, quare ei, qui dialectum ionicam omnium χασμῳδιακωτάτην (ut hoc verbo haud prorsus recte utar) fuisse putant, videant, ne nimis a veritate aberrent.

Haec cum paucis adstrinxerim, ipsam rem aggrediar. In praesentia de eis tantum vocalibus concurrentibus agam, quarum prior brevis est; de eis, quae restant i. e. de priore η — de quo plane nova proferre posse mihi videor — et de prioribus diphthongis in proximo horum „Studiorum“ fasciculo vernaculo sermone exponam.

De codicibus eorumque inter se ratione Steinianae sententiae totum me addico; significat igitur *A* optimum cod. Med., *B* veterem Romanum illius ut lacte lactis similem, qui codices correcturis et interpretationibus raro tantum inquinati sunt; *C* (Florent.) *P* (Parisin.) *R* (Romanus) *d* (Florent.) certis quibusdam „correctionibus" vel potius corruptelis ad dialectum pertinentibus referti sunt; nullius fere momenti sunt *q* (Parisin.) *s* (Cantabrig.) 𝔟 (Venet.) *z* (Aldina). Ceterum cf. Steinii praefationem p. V—XLIV.

CAPUT PRIMUM.

DE ε PRIORE VOCALI.

Ab hac vocali, non ab α vel ο propterea exordior, quod maxime priori ε saepissime servato ea sententia deberi videtur, qua Iones vocalium concurrentium amantissimi fuisse perhibentur.

§ 1. εα.

Haec conjunctio vocalicia nunquam fere contrahitur, sed semper intacta remanet.

A. Inter ε et α spirans quaedam evanuit.

a) *s*.

Huc pertinent, ante omnia commemorandi, accusativi singularis masculini, nominativi pluralis neutrius, accusativi pluralis cujusvis generis stirpium in *s* exeuntium, quae tamen, ut etiam Greg. Cor. p. 392, gramm. Meerm. p. 652 recte docent, non solum his in casibus, sed semper formas solutas servant[4]). Itaque semper εὐτυχέα I 32, Ἱπποκράτεα

[4]) Quae substantiva inter primam, quae nominatur, et tertiam declinationem fluctuent, quippe quae res a meo proposito aliena sit, non curo. cf. Bred. p. 230 squ.

I 59, *ἔτεα, ἀληθέα, συγγενέας* sim. leguntur, ut omnes eas formas afferre prorsus supervacaneum sit neque quemquam dubitare sperem, quin, si in nonnullis codicibus hic illic formae contractae reperiantur, eae librariis vitio datae, cum Bredovio p. 257 sint corrigendae. Sed eae formae dialecto ionicae adeo non propriae sunt, ut apud Aeoles et Dorienses formae contractae exceptionis loco habendae sint (Ahr. I 116. 205. II 233. Meister, Stud. IV 416 al.).

Item *σ* evanuit in imperfecto herodoteo radicis *εσ*: *ἔα* II 19, *ἔας* I 187, *ἔατε* IV 119 V 92, 1 pro **ἐσ-α-μ* etc., quod cum homerico *ἔα* *Δ* 321 *E* 887 consentit; eadem forma in plusquamperfecto apparet, ubi Attici antiquiores eam in *η* contrahebant: *ἐώθεα* IV 127, *ᾔδεα* II 150, *συνηδέατε* IX 58 (sic *A*[2] b, *συνηδέαται* *A*[1]*BCRz*, *συνηδέατε* (ai) *P*) et semel in imperfecto vocis *τιθέναι*, quod ex illius analogia eodem modo formatum esse patet, quo in *τιθέαται* pro *τίθενται* analogia quaedam perfecti cernitur: *ὑπερετίθεα* III 155.

ἔαρ (Grdz.[3] p. 361) cum duodeciens legatur I 190 II 75 V 31 VI 43 VII 37. 162 (ter) VIII 109. 113. 130. 131, jure etiam I 77 contra codices *ἦρι* praebentes etiam a Steinio *ἔαρι* restitutum est, cum Attici pro inconstantia sua modo *ἔαρος* modo *ἦρος* scribere soleant. Formae epicae *εἰαρινός* *B* 471 Theogn. 1276. *εἴαρος* h. Cer. 174, saepius apud Nicandrum similesque poetas lectae, quae e linguarum cognatarum ratione (skt. *vas-anta-s*, zd. *vaňhra*, lit. *vas-ara*, slov. *ves-na*) explicari nequeunt, rhapsodis metro laborantibus et *ει* pro *ε* Homero semper permissum fuisse ratis deberi videntur. De usu hippocrat. cf. Renner I 1 p. 189.

ἐνθεάζων I 63 huc pertinet, si re vera *θεός* a radice *θες* derivari debet cf. Grdz.[3] p. 472.

b) *υ*.

Sine compensatione i. e. productione suppletoria non facta digamma nusquam tam saepe evanuit quam in stirpibus in *υ* exeuntibus, quarum altera quidem pars praecipue in dialecto ionica terminationes simplicissime cum stirpe



conjungit, ut hoc schema oriatur *ἰσχύ-ος, ἰσχύ-ϊ, ἰσχύ-ν*, altera autem illius *υ* loco *ε* ostendit. Nam etiamsi in formis velut *γλυκέος, γλυκέα υ* stirpis *γλυκυ* augmentatione non facta in *ε* transiisse statui potest (cf. Grdz.³ p. 531) tamen probabilius mihi videtur sumere ut stirpes in *ι* saepius in *ει ej*, sic stirpes in *υ* in *ευ εϝ* auctas, postea tamen digamma extritum esse vocali antecedenti non aucta **γλυκέϝα γλυκέα*[5]). Dixerit fortasse quispiam e **γλυκέϝα* primum **γλυκῆα*, tum correptione accedente *γλυκέα* factum esse (cf. **πολεj-ες πόληες*) quod minime concedo. Nam si res ita facta esset, sine dubio apud Homerum formae nonnullae illud *η* prae se ferentes velut **γλυκῆες* **ἄστηα* occurrerent neque omnes ante terminationem *ε* illud ostenderent[6]); praeterea ne in ceteris quidem dialectis ullae talis *η* reliquiae reperiuntur praeter substantivorum masculini et feminini generis genetivi formas atticas, velut *πήχεως*, quod ad **πήχηος* redire videtur; sed cum ne neutrius quidem genetivus in *-εως* exeat[7]), neque adjectiva cum illo *πήχεως* congruant (cf. tamen Lob. Phryn. p. 247), res aliter se habere videtur. Nisi his in vocibus Ebelii (K. Z. IV 171) sententiam *ϝ* productione progressiva sequens *ο* produxisse, id quod fieri potuit (Brugman, Stud. IV 135) asciscimus, cogitari potest Atticos eis genetivis, quales sunt *πόλεως ὄφεως* et declinationum in *-ις* et in *-υς* inter se similitudine deceptos *πήχεως* ut *πόλεως* formavisse.

---

[5]) Curtii sententiam (Grdz.³ p. 532) qua ante digamma *ε* subditicium ortum esse judicat probare nequeo; analogia cognatarum linguarum velut skt. *sunavas* (juxta ved. *sunv-as*), zd. *akav-as* = *acūs*, *parav-as* = **πολέϝ-ες πολέες* (*B* 471 etc.) vend. 18, 1, lat. *fructus* (Walter, K. Z. IX 370), slav. *synove*, got. *handjus* pro **handivs* **handivas* **handav-as* Curtii sententiae refragatur.

[6]) Cf. Greg. Cor. p. 439: *ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς τὰς γενικὰς τὰς ἀπὸ τῶν εἰς υς εὐθειῶν οὐ προφέρουσι διὰ τοῦ ηος οἷον ἡδῆος ὀξῆος ὥσπερ βασιλῆος οἰκῆος*, quae verba satis memorabilia explicatio mira et absurditatis plena sequitur.

[7]) *ἄστεως* forma quae sine dubio ex analogia orta est excepta. cf. nunc etiam Fleckeis. annal. 1873 p. 157.

Sed quoquo modo res se habet, sine dubio formae ionicae *πήχεας* II 13 (bis). 68. 111, *πρέσβεας* III 58, *ἡμίσεας* I 165 II 10, *ἑπταπήχεας* IV 152, *διπήχεα* II 96 (bis), *ἡμίσεα* VI 23. 86 VII 120, *ἄστεα* III 39 al. numquam *η* habuerunt sed simplicissime ex **πήχεϝας* etc. ortae sunt.

δένδρεα I 17. 193. 202. 203 II 32. 138. 156. 169 III 106. 107 al.; hoc in vocabulo digamma excidisse e radice *δρυ* (Grdz.[3] p. 224, Fritzsche in Stud. VI p. 315) apparet, ut prior vocis forma *δεν-δρεϝ-ο-ν δενδρεϝα* fuerit. *δένδρειον,* quod ap. Aratum in Phaen. v. 1003, in Nicandri ther. v. 832 legitur, ex horum posteriorum epicorum ignorantia natum est neque umquam in sermone vulgari exstitit. *δένδρεα* autem, ut infra *δενδρέων* ad formam antiquam *δένδρεον,* non ad *δένδρος* VI 79 (cf. *δένδρη* Eur. fr. 488 et apud Atticos usitatum *δένδρεσι*) referri Bredovius p. 251 mihi persuasit.

ἀμφιδέας II 69 acc. plur. vocis *ἀμφιδέη*, a *δέω* derivatae, quod **δέϝω* fuisse Curtius (Grdz.[3] p. 220) autumat.

ἕαδε pro **ἔσϝαδε* a radice *σϝαδ* (Grdz.[3] 215) saepenumero ab omnibus codicibus praebetur velut I 151 IV 145. 153. 201 VI 106.

ἐάω velut *ἔασον* III 134 sim., ut in omnibus ceteris dialectis; digamma glossa Hesychiana *ἔβασον· ἔασον Συρακούσιοι* testatur; etymon saepius tentatum adhuc latet.

Formas aoristi vocis *χέω καταχεάμενος* I 50, *ἐκχέας* IV 28, *ἐγχέαντες* IV 70 cf. not., *χέαντες* V 8, *προχέαντες* VII 192, *συγχέαντο* VII 43 contractas non esse vix est, quod moneam.

c) *j*.

Perpauca hic exponenda sunt, cum ea omnia, quorum *j* vel *ι* in aliis dialectis, praecipue in dialecto homerica adhuc cernitur, quae numquam contractas vocales ostendunt, huc non pertineant; quorum in numero sunt formae adjectivorum in *-εος* exeuntium, casus feminini adjectivorum in *-υς,* adjectiva verbalia, *σφέας ἡμέας* multa alia.



γενεάς I 7 V 28 saep. acc. plur. vocis *γενεή*, cujus *j* jam antiquissimis temporibus evanuit (cf. Grdz.[3] p. 556); *ὀστέα* I 67. 68 II 41 (bis). 75. 87 III 12 IX 83 (*ὀστᾶ* *C*) ad *ὀσ-τε-ja* redit (Grdz.[3] p. 198). Quodam modo his vocibus adjungitur *ὄρνεα* II 68, quod verbum *ε* ex *j* natum ostendere videtur cf. *ὀρνι-ς*. Eodem modo *ἰδέας* = *ἰδjας* (cf. skt. *vidjâ*) VI 100. 109 huc traxerim, ubi iterum *ε* ex *j* natum est (cf. Fick, vgl. Wörterb.[2] p. 190).

B. Inter *ε* et *α* spirans vel omnino non fuit, vel quae fuerit, incertum est.

Jam e prooemio elucet, paucissima huc revocari posse; sunt autem haec: tert. pers. plur. praes. impf. med. verbi *τιθέναι*· *προτιθέαται* I 133 (bis) contra *προτίθενται* II 40 IV 26, *τιθέαται* VII 119, ubi alterum codicum genus *PR* fortasse melius *τίθεται* exhibet (cf. Bred. p. 334), *παρετιθέατο* I 119, *δελεάζω* II 70 cum *δέλεαρ* (Grdz.[3] 223) cohaerens; quomodo Aeoles id verbum pronuntiarint non traditur, id tamen ex Et. M. 200, 27 *βλήρ*· *Αἰολικῶς τὸ δέλεαρ κ. τ. λ.* et ex glossa Hesychiana constat *δέλεαρ* in dialectis variasse et apud Aeoles contractum fuisse cf. Ahr. I 41 II 193.

ὑπέατι IV 70 (*υπέατι AB*, *ὑπέατι PRzd*, *ἐπέατι C*) quae vox Aeolico colore induta attico *ὀπέατι* „subulae" respondet; Lobeckius paral. p. 34. 35, path. prol. 218. 32, quem Steinius in editione sequitur, *ὐπέατι* scribi vult, sed vereor ne erraverit, quia Iones vel Herodotum etiam spiritum lenem assumpsisse parum veri simile est; extra Aeolensium enim fines numquam *υ* spiritu leni instructum invenies[8]) praeter locrense *ὐδρία* (in tit. hyp. v. 45) et antiquissimum illud Argivorum *Ὑγασία* (C. I. 2), quibus in vocibus *υ* fortasse antiquiorem sonum *u* significat. Nomina propria *Ὀνεᾶται Χοιρεᾶται* V 69, *Θυρέας* I 82, *Χοιρέας* VI 101 commemorare sufficit.

---

[8]) Hoc etiam cum physiologiae, quae vocatur, legibus bene consentire in colloquio Brugmanus me monuit.

Quid autem fit, cum non duae sed tres vocales concurrunt i. e. cum εα aliam quandam vocalem sequitur? Quaeritur, qualis ea vocalis sit; nam post ι et υ εα offensioni non est, quippe cum vocalium ιεα et υεα color satis inter se diversus sit. Itaque habes ὑγιέα I 8 III 130 (bis). 133. 134, διφυέα IV 9, ἀνθρωποφυέας I 131, ὑπερφυέας II 175, μουνοφυέας IX 83. Contra vocalium εεα conjunctio propter duplex ε non admittitur, sed in εα deminuitur. Bredovius quidem p. 257 ἐνδεέα II 108, καταδεέα II 121, 2, ἀκλεέα I 1 scribi voluit, quod ο et ω tantum, non α vel αι post εε evitari errore haud mediocri censuit, multo melius autem, quamvis non recte, Steinius codicum lectiones ἐνδεᾶ καταδεᾶ ἀκλεᾶ retinet. Verum vidit Fritschius, qui in Stud. vol. VI p. 93—96 uberrime de his formis exposuit et aliarum formarum analogia fretus hyphaeresim hic statuendam esse itaque scribendum esse ἐνδέα καταδέα ἀκλέα existimavit. Quod si rectum est, pro περιδεέας V 44, quam vocem et Steinius et Fritschius omisisse videntur, περιδέας scribi debet. Formae autem Μανδροκλέα IV 88. 89, Μεγακλέα I 61 sim. non ex Μανδροκλέεα sed ex Μανδροκλῆα, id quod fieri posse etiam Fritschius p. 95 concedit, correptae esse mihi quidem videntur.

Cum adhuc invenerimus dialectum herodoteam semper fere εα solutum servasse, una exstat forma, quam codices neque minus plerique editores per ᾶ pro εα scribunt, tres sunt, ubi vulgo η loco εα leguntur. — Illud α legitur in μυγαλᾶς II 67 fere omnium codicum consensu, sed μυγάλας *C*, μυγαλάς *d* et Aldina exhibent. Forma contracta Atticorum est et jam hac de causa tantam suspicionem movet, ut et Dindorfius et Bredovius p. 220 μυγαλέας contra codices scribi jusserint. Steinius antea eos secutus nunc μυγαλᾶς retinet; sed quo jure id fecerit, equidem non assequor, ratio enim hujus vocis consimilis est talium, quales sunt παρδαλέας, λεοντέας VII 69, ἀλωπεκέας VII 75 a nominativis παρδαλέη, λεοντέη, ἀλωπεκέη derivandae, illius λεοντέας autem accusativum singularis e

codicum memoria λεοντῆν traditum Steinius λεοντέην fuisse suo jure existimat. Sed cur non item contra codices μυγαλέας? — Itaque sine dubio aut μυγαλέας reponendum est aut ne toti a codicibus recedamus, μυγαλάς e *C d* recipere possumus, id quod non prorsus abnegaverim, ut hyphaeresim hic factam esse statuamus. Nam dialectum ionicam hanc non respuere Fritschius in Stud. vol. VI ostendit, neque in eo offendere debemus, quod in μυγαλέας vocalis accentu instructa eliditur (cf. Curt. Stud. VI 226). Sed quidquid hac de re statuerimus, μυγαλᾶς nullo modo stare potest.

Tribus autem in verbis pro εα η usu venit, ac primum quidem affero aoristum et perfectum vocis ἁλίσκομαι, quae deciens septiens ab η ter ab εα incipiunt: ἥλω I 78 III 15 VII 119 (bis) VIII 92. 93. 138 IX 37, ἥλωσαν I 83 V 65 VII 137. 175, ἡλώκοι I 83, ἡλωκέναι I 70, ἡλωκότι I 78, ἡλώκεσαν I 84 VIII 61, contra ἑάλωκε I 209, ἑαλωκότων I 191, ἑαλωκότας ibid. Quae cum ita sint Bredovius, cui equidem assentior, p. 312 semper η scribi vult. Nam cum jam apud Homerum ἥλω occurrat (χ 230) neque ante scriptores atticos ἑάλων reperiatur (Curt. Verb. p. 115) Herodotum sic scripsisse non credo, sed illis tribus locis librarios ad formam Atticis usitatam delapsos esse existimo, quamquam prorsus certum judicium, quod nulli obnoxium sit dubio, ut saepius ne hac quidem in re fieri posse haud ignoro.

Alia ratio vocis ἥνδανε (sic semper fere Homerus dixit) est, quae sic scribitur VII 172 VIII 29, contra ἑάνδανε IX 5 (ἅνδανε 𝔟). 19. Dindorfius analogia aoristi ἕαδε fretus semper εα, Buttmannus gr. gr. II p. 114 eumque secutus Bredovius p. 314 semper η volunt. Sed ἕαδε, quod aliter formari vix potuit, huc non pertinet, neque tamen cum Bredovio prorsus consentire possum; quamquam enim quodam jure analogia poscitur, tamen neque video quomodo librarii ἑάνδανον Atticis inusitatum scriptori imputare potuerint (nam ne nimio quidem Ionismi studio hoc fecisse verisimile est) neque adeo mirer, quod, ut nostrates scriptores

et forma „ich frug“ et forma „ich fragte“ etiam in eodem opere utuntur, sic Herodotus ἑάνδανε praeter ἥνδανε usurparit. Tamen certi quid constituere non ausim.

Tertio loco ἤν commemorandum est, quod apud Herodotum quamvis ἐπεάν forma semper utentem (cf. Bredov. p. 38, qui e Steiniana editione nunc corrigendus est) summa constantia reperitur; ut e primo libro exempla omnia afferam, ἐπεάν usu venit I 9. 21. 74. 132. 182. 183. 194 (ter). 199 (bis). 209. 211, ἤν I 207. 208 II 13. 29. 38 (bis). 47. 65 (quater). 82. 95. 96. 113, res non difficilis est explicatu; ἤν enim propterea ex ἐάν contrahebatur, quod saepissime usu veniebat et tam parva, saepe usitata verba etiam ea πάθεα patiuntur, quae in aliis lingua aversatur.

§ 2. εαι.

Ante omnia huc pertinet terminatio verbalis secundae personae praesentis vel futuri eorum verborum, quae in ω exeunt. Homerus plerumque -εαι usurpat cf. Ψ 484. 620 μ 101, quamquam Ψ 620 μ 101 alibi quaeri poterit, utrum synizesis an contractio statuenda sit, neque ceterorum poetarum ratio alia est (cf. Renner Stud. I 2. 30 squ.), quin etiam interdum attici poetae forma soluta utuntur velut Eur. Andr. 1225, ubi tamen Hermann, Dindorf ὄψει malunt. Sed plerumque in dialecto attica -εαι in -η contrahitur, id quod ne a Doriensibus quidem, si e poetarum fragmentis judicare licet, alienum fuisse videtur, ut ap. Sophr. fr. 23 οἴῃ, 91 καταδύῃ legitur (cf. Ahr. II 305), contra Lesbii -εαι ostendunt velut Sappho 68 B.³ κείσεαι (Ahr. I 133). Apud Herodotum autem forma contracta numquam usu venit, ut ex hoc formarum catalogo jam apparebit, quem, quamquam apud Bredovium (alio quidem ordine) exstat, notata codicum varietate ne quid hac in re desideretur, iterum exhibebo: θεήσεαι I 8, βούλεαι I 11. 90. (βουλέαι C¹, βούλεέ R) 108. 124. 206, (βούλεε R) 210 III 53. 119 V 111 VI 69, (ἐβούλεο R) VII 10, 8, (βούλεται C) 159, φαίνεαι I 27. 32 VII 14,



παρασκευάζεαι I 71, *ἀπαιρήσεαι* I 71 (-*σει* AC^1, -*σε* B^1, -*σεις* *R*), *ἀπεχθήσεαι* I 89, *τεύξεαι* I 90, *ἁλώσεαι* I 112, *ὄψεαι* I 155 IX 16, *λάμψεαι* I 199 VII 39, *ἔσεαι* II 5. 78 VII 14. 236 VIII 62, *ἀπίξεαι* II 29 (*ἀπῖξαι* *B*), *ποιήσεαι* II 29, *πλεύσεαι* II 29, *οἴχεαι* II 115, *συγγινώσκεαι* IV 126, *προσκτήσεαι* V 31 (-*σεται* *A* pr. *d*, -*σαιε* *r*), *ἐπιθήσεαι* V 31, *γίνεαι* V 31 VII 52, *παραμείψεαι* V 52, *μετέρχεαι* VI 69, *καταπροΐξεαι* VII 17, *ἐπαγγέλλεαι* VII 29, *καυχήσεαι* VII 39 (-*σεται* *d*), *περιέχεαι* VII 39, *ζημιώσεαι* VII 39, *κομίζεαι* VII 49 (-*εται* *Cd*, -*σαι* *R*, *κομίεαι* Stob. ed.), *σφάλλεαι* VII 52, *πυνθάνεαι* VII 157, *γλίχεαι* VII 161, *καταστρέψεαι* VII 209 (-*ψαι* *C*) IX 2 (-*ψαι* *CR*), *προσφέρεαι* VII 209, *ἀποπλεύσεαι* IX 91; accedit *τετιμωρήσεαι* IX 78, quod e Süverni conjectura pro codicum *τετιμώρησαι* nunc ab omnibus acceptum est. Post vocales -*εαι* reperitur in *διακελεύεαι* I 42 VII 80 *μεταβουλεύεαι* VII 12 (-*εται* *C*), *συμβουλεύεαι* VII 235 (-*σεαι* A^1). Quibus in formis etsi post diphthongum *ευ* *εαι* molestum non est, in praesentibus verborum contractorum itemque in futuris liquidis, in quibus terminationem *εαι* litera *ε* antecedit, *εεαι* nequaquam tolerari potest, propterea quod, ut jam in prima paragrapho vidimus, Ionum aures et instrumenta loquelae quam maxime eis conjunctionibus vocaliciis adversantur, in quibus vocalis quaedam, quaecunque est, duplex *ε* sequitur. Eae vocalium cumulationes semper hyphaeresi i. e. elisione alterius *ε* deminuuntur, qua de re propterea brevius agere possum, quod Fritschius in Stud. vol. VI omnia huc pertinentia diligenter tractavit. Codicum autem in hac de -*εεαι* quaestione ratio ea est, quod cum tales formae deciens legantur, numquam libri in -*εεαι*, semel in -*εαι* consentiunt, ter plerique optimique -*εεαι*, sexiens omnes praeter *P* vel *Pz* -*εαι* tradunt. Quae cum ita sint, quid planius est, quam quod breviores formae genuinae sunt, corrector Parisinus autem longiores ut magis ionicas in textum inculcavit? Quod Steinium non vidisse (Dindorfium Bredoviumque suo more formas maxime „distractas" praetulisse per se patet) vix

est, quod satis mirer. Ceterum ad Fritschium ablégo. Formarum catalogus hic est: In omnibus libris legitur *ἀπολαμπρύνεαι* I 41, quod cum futuri notio requiratur, *ἀπολαμπρυνέαι* scribendum est; longior forma praevalet in *φοβέεαι* I 39 (sic *AC²P*, *-εαι* cet.), *διαιρέεαι* VII 50 (*διαιρέαι R*), *δέεαι* VII 161 (*δέῃ R*) quod utrum mutari debeat, dubitari potest. Cum enim *δέω* verbum derivativum non sit, sed hujus vocis stirps in *ϝ* exeat et digamma multo diutius quam *j* in verbis derivativis obvium servatum sit, esse potest, ut digammi vocis **δέϝεαι* paullatim evanescentis vis effecerit, ut vocalium *εεαι* cumulatio alibi inusitata sit servata. — Sexiens ut jam dixi *P* vel *Pz* longiores, ceteri breviores formas ostendunt: I 206 *προθυμέαι*, III 34 *ἐπαινέαι*, IV 9 *εὐφρανέαι*, IV 163 *ἀποθανέαι* (*ἀποθάνεαι d*), VII 47 *διαιρέαι* (*διαίρεαι B*), VII 52 *φοβέαι*. Multo etiam minus quam *εεαι ιεεαι*, quod Dindorfius in *χαριέεαι* I 90, *κομιέεαι* II 121, 3 (VII 49) restitui vult, ferri potest. Illic codices *ABC χαριεῖ*, *Pz χαριῆι*, *R χαριῇ*, *d χαρίῃ*, hic *ABCP κομιεῖ*, *Ppr. Rd κομίσῃ* praebent. Cum Dindorfii scriptura et codicibus et omni rationi repugnet, Bredovius p. 378 et Steinius *χαριεῖ κομιεῖ* scribi jubent. Sed ne hae quidem formae genuinae sunt, quia *-ει* in secunda persona, ex *-ῃ* natum, apud solos Atticos usu venit (cf. Kühner gr. gr.² I p. 536 not.); itaque cum *χαριέαι* ex **χαριέεαι* hyphaeresi ortum neque traditum sit et propter inopportunum vocalium concursum (nam etsi *ιεα* (*υεα*) admittuntur, *ιεαι* quartam continet vocalem) vix stare possit, equidem *κομιῇ χαριῇ* scribi velim. De *κομίζεαι κομίεαι*, quod apud Stobaeum nunc legitur, VII 49 cf. Steinii not. crit.

Praeter has verbales formas commemoro *συγχέαι* VII 136, *διαχέαι* VIII 57 sim., quae formae contrahi omnino nequibant. Contractio facta esse videtur in vocabulo *γαλαῖ* IV 192, quod ut illud *μυγαλᾶς* codices omnes praebent, nisi quod rursus *d* mutato accentu *γαλαί* exhibet. Dind. p. XIII Bredovius p. 220, item in prioribus editionibus Steinius *γαλέαι* scribunt, quorum sententiam nostro jure nostram facere



possumus; sed fortasse etiam hic *γαλαί* ut codicis *d* scriptura vera sit, hyphaeresi admissa legendum est, quamquam si justam causam poscas, cur hic non ut solet *γαλέαι* Herodotus, sed per hyphaeresim *γαλαί* dixerit, equidem vix habeo quid respondeam.

§ 3. *εε.*

Ex universa fere dialecti neoionicae indole nihil magis notum esse videtur, quam quod Iones in conjugatione verborum in *-εω* exeuntium omnium fere ceterarum dialectorum formis contractis solutas opponere soleant[9]), quod cum ad omnes vocalium conjunctiones tum ad *εε εει εη* pertinere putant. Eam rem autem non solum veterum testimonia testantur cf. Eust. p. 1892, 38 *τὸ παρ' ἡμῖν ἔπλει καὶ ἔρρει παρὰ τοῖς Ἴωσιν ἔπλεεν ἔρρεεν ὡς τῆς ει διφθόγγου τεινομένης παρ' αὐτοῖς εἰς ἄμφω ταῦτα,* Greg. Cor. p. 395 squ. *τοῖς παρατατικοῖς καὶ τοῖς ἐνεστῶσιν ὁμοίως καὶ ταῖς μετοχαῖς τῶν περισπωμένων καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πάσαις ἐγκλίνεσιν ἐντελῶς κέχρηνται ὡς ἐν τοῖς Ἀνακρεοντείοις καὶ ἐν τῷ χρησμῷ καὶ Ἡρόδοτος*, sed etiam et apud poetas, qui contractas voces cum solutis miscent, et apud Hippocratem et apud ceteros scriptores ionicos, quotquot fragmenta adhuc praesto sunt, tam multae formae solutae testatae sunt, ut hac de re ne minima quidem dubitatio relinqui videatur. Eo magis mirari debemus, quod titulorum ionicorum memoria prorsus diversa est. Nam, ut Erman in Stud. V p. 288 explicavit, eae formas in *εε εει εη* non solum post vocales sed etiam post consonas contractas ostentant velut *ἐποίειν* in tit. miles. (Kirchhoff „Stud." p. 24) *ἐπικαλεῖν ἐπικαλῇ* in tit. halic. *ἐπεστάτει,* ut videtur, in tit. pario. Quibus inscriptionibus fretus Ermanus vulga-

---

9) Ea res Ionibus tam propria esse eorumque linguam prae ceteris ita significare videbatur, ut ex ea potissimum vulgarem illam de ionico concurrentium vocalium amore prolatam sententiam derivandam esse putem.

rem illam sententiam falsam esse et ne ad scriptores quidem quadrare existimat, tamen, quid in hac scriptorum et titulorum inter se dissensione statuendum sit, non dicit. Ex ejus verbis id tantum elucere videtur majore jure scriptorum lectionem e titulis corrigi quam horum scripturas pro scriptorum ratione non vere ionicas existimari posse. Sed quae haec esset audacia, ut de poetis taceam, innumeros Hippocratis Herodoti aliorum locos propterea mutare, quod non plures quam quattuor vel quinque formae contractae in titulis leguntur! Nemo credo eam viam ingredietur, quae fortasse vera esse posset, si non quattuor sed quattuor millia formarum contractarum e titulis hauriremus. Quomodo autem eam difficultatem solvemus? Hoc credo, dum plures tituli e diversis Ioniae regionibus itemque diverso tempore conscripti plus lucis afferent, statuendum erit: Tituli eis exceptis, qui — sit venia verbo — stilum curialem prae se ferunt, linguam vulgarem quantum potest, exprimunt, *εε εει εη* in ore vulgi, in foro, in colloquio praesertim cum rapidius homines loquebantur, contrahebantur in aliis oppidis paullo priore in aliis paullo posteriore tempore, itaque in titulis a lapicidis ineruditis *ει η* scribebantur. Contra scriptorum lingua paullo elegantior formas solutas retinebat, ut etiam nostrates, quod nescio an comparari possit, „wir gehen" „was thut es" sim. scribunt, quamquam „wir gehn" „was thuts" vulgo pronuntiatur. Sic quodammodo mira illa dissensio mihi solvi videtur. — Nihilo minus accurate apud Herodotum codicum varietates examinavi, ne levior esse viderer, sed, ut exspectabam, inveni dubitationi, utrum Herodotus *διετέλεε* an *διετέλει*, *ποιέεις* an *ποιεῖς* et alia id genus scripserit, locum datum non esse.

Sed ad specialia transgrediar; primo de *εε* in verborum flexione obvia sive post consonam sive post vocalem ponitur, exponam, dein *εε*, quod extra verborum flexionem occurrit, tractabo et postquam nonnulla *ει* pro *εε* occurrentia commemoraro, ad *εει* et *εη* transibo.

In his verbis inter *ε* et terminationem *j* explosum esse

monere satis habeo, nemo autem, ut confidere licet, me vituperabit, quod haec omnia non sub *ει* vel sub *η*, quod utrumque hoc *ε* antiquius est (cf. praeter alios Curtii Verb. p. 342 squ. 352 squ.), tractavi.

Imp. act. pers. sec. sing. apud Atticos in *-ει* exit, apud Herodotum *εε* in hisce ostendit: *στρατηλάτεε* I 124 V 31 VII 5. 10, 8, *λιπάρεε* V 19, *παραίνεε* VIII 143, *συνοίκεε* IX 111 (bis). Sed cum in ceteris verborum in *εω* formis raro tantum pro ingenti numero in libris *ει* loco *εε* *εει* exstet, in imperativo librarii tam saepe formas non solutas tradunt, ut valde dubitem, num jure omnes ab editoribus mutatae sint: *θάρσει* ter I 9. 120 IX 76 in omnibus, semel III 85 in optimis *AB* et in *R*, *ὤθει* III 78 e codicum consensu legitur itemque *χώρει* V 72, *βοήθει* VII 157. 159 (*βοηθέειν* *R*), *δυσθύμει* VIII 100. Fluctuatur in *ποίεε* *ποίει*; *ποίει* est in libris I 8, in *ABP* I 206, in *AB* I 140, 1; *ποίεε* scribitur I 124 (bis). 209 V 40 VII 18 VIII 10 (*ποιέειν* *R*) IX 91. Praevalent quidem formae solutae, sed etiam formae contractae optime explicantur. In lingua enim vulgari Herodoti temporibus sine dubio *εε* jam in *ει* transierat, quod maxime in imperativo ex universa ejus natura factum esse videtur; nam qui vocat et imperat, naturali quadam lege etiam invitus voces corripit neque absurdum est sumere tale quid Herodotum vulgari sese accomodantem sermoni exprimere voluisse, ut praecipue ex III 78 concludere licet. Accedit, quod praeter *δυςθύμει* breviora tantum vocabula contractam prae se ferunt formam *θάρσει* *ὤθει* et quod non negligendum *βοήθει*, cum in longioribus *στρατηλάτεε* etc. quae ipsa natura ad vocandum et ad celerius pronuntiandum minus apta sunt itaque in lentiore quoque oratione assumi possunt, semper *εε* appareat. Quamquam quae proposui, non omni ex parte certa esse, non is sum qui ignorem.

In omnibus autem aliis formis contractionem, si quando in libris reperitur, cum plerisque editoribus, in quibus etiam Steinius est, damno. Sic *αὐχεῖτε* sec. pers. plur. praes.

VII 103 exstat, ceteris omnibus locis θαρσέετε IX 18, ἀπιστέετε, ἀποπλέετε etc.[10]).

· Haud minus ἠπόρει III 78, ὠφέλει III 126, ἐξήρκει VII 161 corrigenda sunt, cum innumeris locis ἐδόκεε ἐχώρεε ἐκάλεε sim. scribantur. Disceptari potest, utrum ἔδεε an ἔδει scribi debeat (de δέεσθαι, ἐδέετο, δέεται constat cf. I 32. 171 IV 176 VI 100 VIII 144 I 35. 59 II 30 III 135. 157 (bis) IV 162 V 33. 34. 51 IX 110 I. 8. 81 II 126 III 4. 46 IV 145 V 79 (ter). 80; sed IX 8 libri praeter *R* δεῖσθαι) ἔδεε e codicum consensu quindeciens exstat: I 12. 31 II 161. 179 IV 43 V 33. 38 VI 64 VII 9, 2. 144 VIII 53. 80 IX 58. 98. 109. Fluctuatur IV 79, ubi *ABd* ἔδει, reliqui ἔδεε habent. ἔδει omnes msscr. praebent septiens: II 15 III 45 (ἔδε *C*) 80 V 92, 4 VII 23. 168 VIII 6[11]). Cum Dindorfio et Bredovio ἔδεε praeferre malim propter codicum testimonium, quamquam ne ἔδει quidem, si quis huic formae patrocinari velit, e sermone vulgari defensione caret; certe Steinius aut II 15 III 45. 80 VII 23 ἔδει retinere aut etiam V 92, 4 VII 168 VIII 6 mutare debuit, sed cum illic ἔδεε, hic ἔδει scribat, eum certam rationem non secutum esse apparet. — Huc etiam verbi τιθέναι formae προετίθεε I 206 VIII 49 VI 69 pertinent (VI 69 cod. περιετίθει, Bred. Stein. suo jure περιετίθεε), nam ut in praesenti τιθεῖ I 113. 133 cet. ex analogia verborum in εω formatur, sic in imperfecto ἐτίθεε, quamquam propter ἐτίθεα etiam plusquamperfecti analogia sumi possit.

Quarto loco infinitivi medii commemorentur, qui perpaucis locis velut VIII 101 ἀποκρινεῖσθαι per ει, tam saepe per εε scribuntur, ut, quemadmodum in universa verborum in εω flexione, catalogum formarum exhibere supersedeam,

---

[10]) Verba πλέειν ῥέειν χέειν δέειν πνέειν θέειν νέειν quamquam neque denominativa sunt neque *j* amiserunt, tamen propter formarum cum denominativis similitudinem huc revoco.

[11]) Valde igitur Kühner errat, qui in gr. gr. I² p. 605, 2 dicit: „ἔδεε fast immer, ἔδει nur selten ohne Varianten“.

cf. tamen ἀπολέεσθαι I 38. 112, φανέεσθαι I 60, ὑποκρινέεσθαι I 164 al.

Ut per se patet, eadem lex etiam ad tert. pers. praes. imperfecti, fut. liquid. pertinet: καλέεται, ἀπικνέεται, ἐπορθέετο, φοβέεται, ut, si quae ει ostendunt, velut I 109 μανεῖται ex omnibus libris, ea haud cunctanter mutanda sint.

Num fortasse post consonas quidem forma soluta servatur, sed post vocales contrahitur? Lexne fortasse detegi potest, qua Iones duarum vocalium concursum admiserint, complurium evitarint? Respicienda est vocalis antecedentis natura; post οι enim nihilo minus solutae formae remanent, ut ex hoc catalogo apparebit: ποιέετε sexiens III 37 IV 98. 115. 136 VI 86, 1 VIII 22, ποιέεσθε IX 7, ποιέεσθαι c. viciens, in solo *R* ποιεῖσθαι II 1, ἐποίεε c. quadragiens usque ad librum sextum (e postremis libris de hac voce nihil notavi, ea quae volui adeptus) ποιέεται duodeciens, ἐποιέετο c. triciens, ut ει propter antecedens οι non progigni in aperto sit. ο ante εε septiens reperitur; quinque locis omnes codices in εε consentiunt, duobus locis altera codicum familia (cf. Steinii praef. p. XXI) ει praebet. Sunt enim διανοέεσθαι II 121, 4, ἐνόεε I 155 VIII 102, ἐπενόεε I 27 III 31 e codicum conjuncta memoria testata, sed ex *ABCd* habes διανοεῖσθαι VI 86, 4, ἐπενόει II 152, quae, quamvis multi ea librariis vitio dent, genuina esse, ut Herodotum post ο et εε et εει contraxisse concludi possit, in paragr. quarta ostendam.

Quae adhuc disputavi, confirmant potius quam imminuunt eorum opinionem, qui Ionibus summam vocalium solutarum cupidinem ascribunt. Qua a cupidine, quam permulti sibi fingunt, mire dissentit, quod neque post ι neque η εε toleratur. Si hae vocales antecedunt, codices ea constantia, quae dubitationem oriri vetet, formam contractam tradunt. Huc pertinet futurum atticum, quod vocatur, verborum in -ιζω exeuntium; legitur ergo: ἀνδραποδιεῖται VI 17, χαριεῖσθαι I 158 III 39, χαριεῖσθε IV 98, ἀνασκολοπιεῖσθαι III 32 IV 43, ἐπισιτιεῖσθαι VII 176, quae

omnia Bredovius (p. 377) sano judicio usus Herodoto concedit, contra nimia libidine Dindorfius (p. XXV) ut qui Iones, quo plures cumularentur vocales, eo majore laetitia affectos esse sibi imaginatus sit, in *ἀνδραποδιέεται χαριέεσθαι* dissolvi jubet. Sed quo jure sic egerit, mihi non perspicuum est; nihil enim est planius, quam quod Ionibus, etsi post consonas item post diphthongum *οι* *εε* haud aegre ferebant, duplex *εε* post mollem vocalem *ι* adeo inopportunum eorumque ori adeo incommodum erat, ut hujus conjunctionis vocaliciae molestiam contractione vocalium *εε* in *ει* facta evitarent. Quapropter *ἀνίει* IV 152, *ἀπίει* IV 157 V 107 vera sunt, et jure Bredovius Steinius IV 125 cum cod. *R* *ἀνίει* pro *ἀνίεε* scribunt; nam si has formas cum *ἐτίθεε* comparaverimus, *ει* ex *εε* per contractionem, non autem ex *η* ortum esse judicabimus (Curt. Verb. p. 154). Hujus contractionis causam praeterquam in duplici *ε* in mollis vocalis *ι* natura consistere manifestum est, quare non dubito, quin, cum etiam *υ*, illi *ι* artissime cognatum, mollis vocalis sit, VIII 65 codicum scriptura *μυεῖται*, cujus loco omnes dialectologi et editores *μυέεται* ponunt, retineri debeat. Quae enim dissolutionis causa est, nisi dogma illud, ubique creditum, nusquam demonstratum? Quid, quod non solum post *ι* et *υ*, sed etiam post *η* dialectus herodotea contractionem admittit? Sine ulla enim fluctuatione, cui quidem fides debeatur, legimus *ἐθηεῖτο* I 10, (*ἐθηῆτο*[12]) *Rbdz*) 68 IV 85, (*ἐθηῆτο dz*) VII 44. 56. 100. 208, ut praeter Dindorfium (p. XXXVII) nemo id sollicitet. Et profecto! quid mirum, quod Iones *ēĕĕ* pronuntiare nequibant, sed *ēe*ⁱ praeferebant?

Postquam de flexione verborum in *εω* dictum est, iterativa ab eis derivata sequentur. Haec iterativa, Ionibus fere propria, (cf. Ahr. II 290, Kühner a. G. I^2 p. 551 not. 3) apud Homerum aut in *-εεσκον* aut hyphaeresi facta in *-εσκον*

---

[12]) *ἐθηῆτο* si omnino stare posset, a **θηάομαι* = *θεάομαι* derivandum et cum hippocrateo *ἐθεῆτο* comparandum esset.



exeunt. Quod idem Herodoto non licuisse jam ex eo colligitur, quod is, orationis pedestris scriptor, paene nullam causam hyphaeresis admittendae habebat, quoniam Ionibus *εε* minimam movebat molestiam. Itaque Steinio (praef. LXIX) Bredovio (p. 196. 285 squ. 347) Fritschio (Stud. VI p. 131) plane assentior, qui ab Herodoto formas *ποίεσκον* sim. alienas fuisse censent. Semper igitur *ποιέεσκον* I 36, *ποιέεσκε* IV 78 (*ἐποίεσκε R*), *πωλέεσκε* I 196 scribemus neque cunctabimur VII 5. 119 *ποιεέσκετο* (illic *ποιέσκετο ABCd*, *ἐποιέετο PRz*, hic *ἐποιέετο R*, *ποιέσκετο* cet.), I 186 *ἀπαιρέεσκον* (cum *Rdz*, *ἀπαίρεσκον* cet.), IV 200 *ἠχέεσκε* (contra omnes codices) exhibere.

Non *j*, sed *s* evanuit

1) in nom. plur. stirpium in -*ες* exeuntium velut *εὐτυχέες* I 32, *προςφιλέες* I 163 (bis), *ἀτελέες* I 192, *σχοινοτενέες* I 199 etc. (cf. etiam Greg. Cor. p. 438, gramm. Meerm. p. 652 § 12). — Etiam tum, cum ante *εε α* positum erat, *εε* remansit velut *ἀδαέες* V 90 IX 46, ut vocalium *αεε* concursum Ionibus haud displicuisse jure concludas. Contra *ἐπιδεέες*, quod nunc IV 130 et VII 29 legitur, vix genuinum est, cum triplex *ε* Ionibus, quibus jam alia quaedam vocalis post *εε* posita displicebat, probatum esse mihi non persuadere possim. Praeterea IV 130 in cod. *ABCd* *ἐπιδευέες*, VII 29 in anecd. Bekk. I p. 416, 17 *ἐπιδέες*, apud Suidam *ἐπιδευεῖς* scribitur. Quapropter aut *ἐπιδευέες* aut, id quod praefero, *ἐπιδέες* legendum est.

2) in tert. pers. plusquamp., cf. quae in paragr. prim. dixi. Exempla affero *ἐγεγόνεε* I 11. 74 al., *ἐληλύθεε* I 79 V 48 al.; ceterum ad Bredovium (p. 320) ablego, qui omnia, quamquam nova Steinii editione nonnulla mutata sunt, magna diligentia collegit. Nihil referre videtur, utrum consona an vocalis *εε* antecedat; legitur sane *ἀκηκόεε* VII 208 (cod. *ἠκηκόεε*, s. *ἠκήκοε*, Suid. *ἀκήκοε*) ut etiam VIII 79, cum plusquamperfecti notio requiratur, *προακήκοε* jure ab omnibus sit mutatum; de hac perf. et plusquamperf. in codicibus inter se mutatione vide Bredovium l. l.

ϝ explosum est

1) in nom. plur. stirpium in υ exeuntium (cf. Greg. Cor. l. l.). hae formae in censum veniunt: πήχεες II 175 IV 192, δυωδεκαπήχεες II 153, τριπήχεες IV 192, παχέες V 77 VI 91, ὀξέες II 29, ἡμίσεες VII 40, ὑπερημίσεες VII 202, ἡδέες IX 46, ceterum vide § 1. A. a.

2) Θεμιστόκλεες VIII 59 ex *Θεμιστόκλεϝες; codicis *R* ad·atticam consuetudinem Θεμιστόκλεις delapsi scripturam nemo, quod sciam, accepit.

3) ῥέεθρον ex *ῥεϝεθρον a radice ῥυ σρυ (Grdz.[3] p. 329); sic enim praeter I 75, ubi *AP* atticum et ab Herodoto alienum ῥεῖθρον exhibent, viciens semel scribitur I 75. 179. 186 (ter). 191 (ter) II 11. 19. 29. 97. 99 VII 43. 58. 109. 127. 130. 187. 196 IX 51.

4) ἐνδεές I 32, ἐνδεέστερα VII 48, ὑποδεέστερος I 91. 134 II 25. 75. 86 IV 14 VI 51 (bis), ne apud Atticos quidem contracta; radix est δεϝ cf. δεύω, ἐπιδευής.

Paucissimis postremo commemorandum est in nonnullis formis etiam apud Herodotum ει pro εε poni; nequaquam autem apud Herodotum vel in recentiore Ionismo contractionis initium fit, sed has formas jam antiquis temporibus contractas recepit, quarum pars ne apud Homerum quidem soluta, pars apud eum modo soluta modo contracta usu venit. Primo huc pertinent ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς, quorum loco interdum librarii quidam, nequaquam omnes, nimio solutarum syllabarum studio perducti (cf. Bred. p. 282) ἡμέες ὑμέες σφέες tradunt. Has formas falsas esse praeter homerica ἡμεῖς ὑμεῖς (sed ὑμέες Parthen. ap. Ap. 118, b) gravissimum Apollonii testimonium a Dindorfio p. XX allatum arguit; dicit enim περὶ ἀντωνυμίας p. 378 αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθεῖαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς, ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον Φερεκύδην Ἑκαταῖον. Contra hunc optimae notae grammaticum eo minus boni Gregorii verba valent p. 478 τὸ σφεῖς καὶ σφᾶς καὶ σφῶν διαιροῦσι καὶ οὕτω προ-



φέρουσι· σφέες σφέας σφέων Ὅμηρος, quod, cum de herodoteo quodam σφέες cogitari non possit, σφεῖς (vel σφέες) apud Homerum nondum apparere Herodianus π. ἰλ. προσ. (X 410) docet: οὐκ οἶδε δὲ ὁ ποιητὴς· οὔτε τὴν ἵ οὔτε τὴν σφεῖς.

Alterae formae aoristi secundi, qui dicitur, infinitivi sunt. Praeter solitam illam et apud Atticos et apud mitiores Dorienses usitatam terminationem in -εῖν haud raro in codicibus modo nonnullis modo omnibus ea forma, quam ε πλεοναστικῶς auctam esse credebant, -εειν praesto est, quam quippe hiantes vocales continentem suo more accuratius codicum ratione non habita Dindorfius p. XXV ubique reponi jussit. Contra Bredovius p. 324—327 jam e codicum ratione -εῖν, multo saepius quam εειν traditum, omnibus locis restituendum esse ostendit, quare omnia exempla hic afferre longum est. Ea tantum, quae ab omnibus codicibus traduntur, exhibebo, quippe in quorum catalogo libr. mss. denuo collatis Bredovius corrigendus sit: ἀποφυγέειν I 91 IV 46, διαφυγέειν I 10. 204 VIII 88, ἑλέειν I 36, ἀποθανέειν I 85 VII 229, βαλέειν II 111 III 12. 35, παθέειν II 141 VII 11, συμβαλέειν II 10 III 32. 160, ἀποβαλέειν III 41, φαγέειν II 141, πεσέειν II 141 III 53 V 86, ὑπερβαλέειν VII 168, συμπεσέειν III 120, μεταπεσέειν VI 61, ἰδέειν V 24. Haec viginti quinque omnia erunt exempla (Bredovius duodequadraginta enumeraverat). Parvum profecto numerum, si ingentem formarum in -εῖν copiam respicis! Itaque cum Dindorfii sententia jam e codicum ratione stare non possit, de re ipsa cum Bredovio consentio, sed ne origo quidem formarum illis formis in -εειν favet. Quamvis enim in Et. M. 465, 49 legatur: ἰδέειν· ἀόριστος δεύτερος. ὁ κανών· οἱ Ἴωνες ἐπὶ τῶν εἰς εἰν ἀπαρεμφάτων πλεονάζοντες τὸ ε διὰ τοῦ εειν προφέρουσι θανεῖν θανέειν (cf. etiam Et. M. 224, 51), et Bredovius, qui contractionem hic factam esse summa injuria (cf. dor. sev. λιπῆν ἐλθῆν) negat, poetice et pleonastice tale ε addi posse sibi persuaserit, nullo modo hoc concedi potest, quod is

pleonasmus, quem olim ubique statuerunt, omnibus linguae legibus repugnat. Nam ne homericae quidem formae in -εειν verae sunt, sed, priore tempore *EEN* scriptae, postea in -εειν transscriptae sunt, qua de re totus consentio cum Rennero, qui luculentissime de ea exposuit in Stud. I 1 p. 32—36.

Itaque ει in eis pronominibus ἡμεῖς ὑμεῖς σφεῖς et in his infinitivis, etiam in dialecto neo-ionica et herodotea ex εε contractum esse negari omnino nequit. Sed cavendum est, ne haec contractio cum ea, qua Attici potissimum utebantur, confundatur; in his enim formis εε jam homericis fortasse etiam antiquioribus temporibus vulgo contrahebatur, itaque Herodotus id ne novit quidem incontractum; si incontractum novisset, sane, ut semper, solutum reliquisset, id quod contra eos valet, qui etiam his temporibus distractionis vel dissolutionis vocibus utuntur.

§ 4. εει.

Haec vocalium conjunctio cum in sola verborum contractorum flexione inveniatur, brevior ero, ut qui de universa horum verborum ratione jam dixerim.

Post consonas omnes huc pertinentes formae solutae servantur. 1) Sec. ps. sg. praes. fut. liqu. act. velut δοκέεις I 27. 207 III 34 IV 126, κερδανέεις I 35, ἀποβαλέεις I 7; vitiosa sunt in omnibus libris ζητεῖς I 32, ἐρεῖς VIII 100, interdum in hunc vel illum forma contracta irrepsit velut φλυηρεῖς VII 103 in *R*.

2) Tert. ps. sg. ῥέει I 51. 72. 180. 185 al., χωρέει I 192 sim. Contra librariis debentur et corrigenda sunt haec: κινεῖ III 80, ἀποστερεῖ VI 65, μαρτυρεῖ VIII 94 in omnibus codicibus, κινεῖ II 68 *PRdz*, περιθεῖ I 181 *ABCPz*, ἀπωθεῖ II 25 *CRd*, ἀδικεῖ VII 10, 7 *PR*, μαρτυρεῖ II 18 *d*, χωρεῖ II 96 *C*, δοκεῖ III 5 *AB*. — Huc pertinent nonnullae formae verbi τίθημι, quod apud Iones analogiam verborum in εω sequitur. Sicut ab ἵστημι apud Herodotum usurpatur

ἱστᾷς ἱστᾷ a δίδωμι διδοῖς διδοῖ sic a τίθημι τιθεῖ; habes τιθεῖ I 113, ἐπιτιθεῖ V 95 VII 35, προτιθεῖ I 133, quare Steinius, qui VI 62 cum *ABCd* ἀπίει pro ἀπίησι scribit, non recte fecit, quod παρατίθησι a Bredovii et Dindorfii sententia recedens retinet; accedit ἐμπιπλεῖ VII 39 (ἐμπιπλέει *R* verius) a πίμπλημι, quasi radix πλε esset. De his formis adeo mirari non debemus. Nam ut in omnibus cognatis linguis antiquissima verborum formatio sine vocali thematica facta magis magisque recessit, ut in nonnullis velut in lingua gotica, lituanica, slovenica, latina perpauca ejus vestigia remanserint, sic etiam apud Graecos, qui post Indos et Persas talia plurima retinuerunt, illa in -μι formatio temporum decursu obsolevit. Exempla velut ὀμνύω δεικνύω pro ὄμνυμι δείκνυμι lesb. ἀδικήω pro *ἀδίκημι omnibus in promptu sunt, quorum ad analogiam ionicum τιθεῖ pertinet. Fortasse autem, ut VII 39 cod. *R* ἐμπιπλέει scribit, sic semper τιθέει scribendum erit, quoniam analogia verborum in εω solutas formas exhiberi vetat.

3) Infin. act. velut αἰτέειν I 2. 3, ἀπαιτέειν I 2. 3 al. Falsa sunt εὐφημεῖν III 38, ἐνεμεῖν II 172, θεῖν III 105, πολεμεῖν V 120, τηρεῖν IX 104, μενεῖν IV 147, ἐμμενεῖν IX 106 in omnibus, πολεμεῖν VII 9, 2 (*ABRd*) νεῖν VI 44 (*AB*[1]*Cd*) in compluribus, πολυπραγμονεῖν (*dz*) III 15, βοηθεῖν III 46 (*Rd*), νοσεῖν I 105 (*Pz*), συγχεῖν IV 127 (*R*), προσχωρεῖν V 46 (*AB*), πολεμεῖν VI 48 (*AB*), περινεῖν VI 80 (*R*), κρατεῖν IX 16 (*C*) al. in singulis codicibus. — Quae omnia cum recte ab omnibus (etiam a Steinio) corrigantur, quaeritur utrum etiam δέει δέειν scribendum sit, ut Bredovius p. 373 analogiae causa jussit, an δεῖ δεῖν. Vereor, ut quisquam ei assentiatur, cum ne Dindorfius quidem ad tantum audaciae sit progressus. δεῖ enim vel codicibus traditum vel levi mutatione ex δή et δὲ factum, c. quinquagiens exstat, contra δέει ter: III 127 VIII 68, 1. 143; item δεῖν quater I 129 (δέον *ABC*) II 133 VI 135 IX 33, δέειν semel VIII 62 (δεῖ *R*, δέον bz), ut facilius sit δέει in δεῖ quam δεῖ in δέει mutare — sed ἐνδεῖν „vincire“

I 11, cujus ratio alia est, jure ab omnibus in *ἐνδέειν* corrigitur. *δεῖ* autem et *δεῖν* eam habent explicationem, quod verbum tam frequentatum facillime contractionem patitur, quare equidem formam contractam non sollicito.

Quomodo autem res se habet, cum vocalis quaedam *εει* antecedit? Ut *εε*, sic etiam *εει* post *οι* solutum manet. Est enim *ποιέεις* I 39 II 173, *ποιέει* usque ad librum quintum deciens quater I 142. 198 II 25 (bis) III 47. 80. 81 (bis). 85. 118. 128. 142 IV 26. 201, *ποιέειν* usque VIII 34 nonagiens sexiens sine varia lectione; ter in singulis codicibus *ποιεῖν* traditur II 35 in *R* VI 85. 125 in *d*. Quare etiamsi in antiquo tit. miles. *ἐποίειν* reperitur, hanc contractionem vocalium *εε εει* post *οι* ab Herodoto itemque ab Hippocrate alienam esse censeo cf. Hippocr. *C* 568 *ποιέει*, *AAL* 1 *ποιέειν*, *VA* 14. 37 *ποιέει*, *CV* 12. 17 *ποιέεσθαι*, 14 *ποιέει*, Anaxagor. fr. 7 *ἐποίεε*, fr. 11 *ποιέει* Democr. mor. 24 *ποιέει*.

Sed non idem de *οει* statuendum est, qua in quaestione unum verbum *νοεῖν* in censum venit. *νοέεις* VII 38 quidem legitur, sed pro *εὐνοέει* VII 237 *ABCd* *εὐνοεῖ*, *R* *εὖ νοεῖ*, pro *κατανοέειν* II 28 *d*, II 93 *PRdz* *κατανοεῖν*, pro *ἀγνοέειν* II 162 omnes libri *ἀγνοεῖν*, pro *εὐνοέειν* IX 79 *PRz* *εὐνοεῖν* exhibent. Hoc forte fortuna factum esse non credo. Adde quod quinquiens quidem *εε* post *ο*, sed bis *ει* legitur et, id quod summi momenti est, apud Hippocratem[13]) saepissime post *ο* *ει* reperitur *E* I 186. 187. 188. 192. 194. 197, *E* III 202. 204. 205. 206. 211. 212. 224. 225. 229. 235 *κατενόει*, 204 *διενόει*, 234 *παρενόει* (qua ex analogia *ἐννοέεσθαι* in Diog. fr. 4, *μετανοέειν* in Democr. mor. 227 mutanda sunt), jam perspicuum erit Iones non solum post *ι υ η*, sed etiam, ne vocales nimium cumularentur, post *ο* *εε εει* in *ει* contraxisse. Nam post *ι* *εει* non minus quam

[13]) Haec ceterorum Ioniae scriptorum praecipue Hippocratis exempla e praeclara Renneri dissertatione petita sunt Stud. I 2 p. 39, quocum etsi attingente potius hanc rem quam pertractante, consentio.

εε contractum esse haec exempla demonstrant: *καταγιεῖν* I 86, *καταπλουτιεῖν* VI 132, *ἀτρεμιεῖν* VIII 68, 2 (*ἀτρεμιέειν PRdz*), *θεσπιεῖν* VIII 135 (*θεσπιέειν R* et id quod vix credes, Steinius), *μακαριεῖν* IX 93, *κατακοντιεῖν* IX 17. Fortasse huc etiam tert. pers. sing. praes. verbi *ἵημι* revocanda erit, quam contra codices ex *ἵει* in *ἱεῖ* (cf. *τιθεῖ ἱστᾷ διδοῖ*) mutare non ita audax videtur. Analogia harum formarum itemque formae *ἵει* in impf. quamvis Bredovio dissuadente (p. 392) perispomena videtur poscere, etsi *ἵει* ex *ἵη* ex *ἵησι* quodammodo explicari potest; legitur autem *ἐξίει* I 6. 180. 191 II 17. 70 VI 20 VII 124 (*ἐξίη d*), *ἀπίει* II 96 V 42, *ἀνίει* II 113 III 109 IV 28, *μετίει* VI 37. 59 (*ἀπίει* VI 62 *ABCd*, *ἀπίησι* cet.), codicibus de accentu non nimis confidam.

§ 5. *εη*.

Hic quoque (cf. § 1. A. c.) praemonendum est me de illo *εη* cujus *ε* reliquiae antiquioris *ει* in aliis dialectis adhuc apparentis sint, itaque de fem. adj. in *-εη -ειη*, de vocabulis *συκέη ἀδελφεή κυνέη Ἑρμέης, λεήνας* al. hic acturum non esse. Id tamen in universum dicere licet *εη* ex *ειη*, quod in lingua graeca adhuc exstet, natum non contrahi.

j autem ita, ut conjectura tantum, quamvis certa, assequi possumus, explosum est in *γενεῇ* I 3. 35, *γενεῇσι* I 184 II 44 etc., *γενεηλογέειν* II 91. 143 al., *δωρεήν* II 140 III 84. 97, *δωρεῇ* III 130 al. (cf. Grdz.[3] p. 556 *δωρεά* pro *δωρε-ιά*).

ε antiquioris *j* vices gerit hisce in vocibus: *Βορέης* (Grdz.[3] p. 325. 555) cujus *εη* etiam invitis codicibus et Bredovius p. 220 et Steinius solutum servant. Codicum autem hac in voce triciens septiens tradita ratio haec est; *εη* in *η* contractum legitur in omnibus: I 6. 174 III 97 IV 31 VI 44 VII 189 (quinquiens) 201; in plerisque et optimis: IV 22 (*βορέην P*) 116 (*βορέην Rdz*) VII 189

(*Βορέης R*). Forma soluta in omnibus exstat: I 72 II 25 (bis). 28. 99. 101 IV 37 V 33 VI 139, in omnibus praeter *R*, qui contrahit: II 149 III 115 IV 7. 17. 18. 20. (*βορέειν B*, quod sensu caret) 21. 25. 38; *η* in *AB* habes IV 45, in *ABR* IV 49 (ter) in *ABd* IV 179 (*βορᾶν C*). Vides quam recte ei fecerint, qui librariorum ad contractionem aberrantium errorem correxerunt; tamen *εη* non adeo Ionibus placuisse, ut infra amplius demonstrabo, jam eo apparet, quod, quamquam *βορέης βορέην* pronuntiabant, tamen adjectivum non **βορεήιος*, sed propter vocalium cumulationem *βορήιος* formabant II 11. 32. 158. 159; *στερεήν* I 52 (Grdz.[3] p. 201. 555) = **στερjήν* ut e *στερρός, στεῖρα* elucet; *ἰτέης* I 194, si re vera cum vetere septentrionali *vidja* artius cohaeret (Grdz.[3] p. 362. 557) *ἰτείης* apud Ap. Rh. IV 1428 posteriori poetae epico culpae tribui debet. *ἰδέην* I 80. 203 II 71. 76 IV 109 (= *vidjâm* in ling. sanscr.). Neque dubitaverim *θέητρον* VI 21. 67 huc referre. Quamquam enim Schleicher in Comp.[3] p. 68 graecam hujus vocis radicem *θυ*, Curtius (Grdz.[3] p. 238) *θαϝ* esse judicat, et propter lituslovenicas voces i vocalem prae se ferentes et propter nonnulla verba graeca, quae Curtii et Schleicheri sententiam si sequimur, vix explicari possunt velut *θεαρός*, magis mihi Brugmani explicatio in Stud. IV p. 150 prolata placet; statuit ibi v. d. principalem radicem *dhiv* in linguis lituslovenicis *div* factum, apud Graecos in *dhju dhjav* (cf. *div dju djav Διϝός, Ζεύς*) mutatam esse, *dhjav* autem aut *j* ut in *θαῦμα θωϋτά θατύς θάα θαέομαι* (*θηέομαι*) amisisse aut *j* radicis in *ε* transiisse velut in *θεάομαι θέατρον*, ion. *θεήομαι θεητρον*. Quae omnia tam firmis fulciuntur argumentis et tantam veri similitudinem ostendunt, ut facere non possim quin hanc sententiam amplectar.

υ extritum est in formis verbi *δέομαι* : *δεησομένους* I 69. 141 II 141, *δεηθείς* I 141. 213 III 7, *δεηθῆναι* II 132 etc., quibuscum compares *περιδεής* VII 14, *ἐνδεής* V 106, qua in re Atthis cum Ionismo omnino consentit. Neque minus *νέης* I 60 al., *νεηνίεω* III 53 et quae alia

hujus modi sunt, εη servant, νεήλυδα I 118 ne ab Atticorum quidem consuetudine alienum est. κατεηγότα i. e. *κατεϝηγότα VII 224 a radice ϝαγ (Grdz.[3] p. 493). κλεηδών V 72, quod etiam IX 91. 101 contra Dindorfium (p. XXXVIII) et Bredovium (p. 176) pro tradito κληδών scribere velim, sicuti Renner (Stud. I 1 p. 190) Hipponacti κλεηδών restituit, ex κλεϝηδών ortum, non ex κληηδών correptum est. Cum enim ut Mangold in Stud. VI p. 204 bene exposuit, a κλεϝος *κλεϝέω formatum et per suffixum -δον substantivum *κλεϝηδον- ortum esset, digammo evanescente aut ε producebatur (δ 317) aut intactum relinquebatur (σ 117 υ 120); alteram autem formam homericam κλεηδών, quae eadem herodotea est, ex altera natam esse nemo demonstrare poterit. Quid autem hoc in verbo Homero tam proprium sit, ut Herodotus eo uti non potuerit, ut Dindorfius, Bredovius volunt, equidem non video, nisi forte quis perversam illam de pleonasmo sententiam probat; quem jam Eustathius ad σ 114[14]), quamvis errans, docere potest. Bredovii (p. 176) conjectura κληδών origini hujus vocis omnino non respondet et codicum fide caret.

Nominativi singularis verborum in *-κλεϝες apud Herodotum semper in -κλεης exeunt, quod, etiamsi codices interdum ad contractam formam aberrarunt, ne Steinius quidem scribere cunctatus est. Sic leguntur: *Μεγακλέης* I 66 VI 127. 131, *Ἀγασικλέης* I 144, *Ἡρακλέης* II 43, sed II 145 *Ἡρακλῆς* omnes libri, II 146 *Rz* *Ἡρακλέης*, cet. *Ἡρακλῆς* praebent. *Σωκλέης* vel *Σωσικλέης* est V 92, contra V 93 *ABCd* *Σωκλῆς* exhibent, et III 50. 51 omnes in *Προκλῆς* consentiunt, nisi quod scribae codicis *d* *Πατροκλῆς* magis placuit. *Μανδροκλέης* IV 87 (*ABCd*, *Μανδροκλῆς* *PR*) 88. Sed nomen Themistoclis viciens ter (VII 143. 144. 173 VIII 5 (ter). 22 (bis). 23. 59. 61. 75 (bis). 83. 108. 109. 110 (ter). 112 (bis). 123. 124) omnes per -κλεης terminant, semel VIII 19 *d* bis VIII 79. 110 *d* *-κλης praeferebat. Ab hac ratione

---

[14]) κλεηδὼν ἀπὸ τοῦ κλέω, κληδὼν ἀπὸ τοῦ κλῄζω.

tituli ionici aliquantum dissentiunt, qui miro modo, ut saepius, sic etiam in his nominibus formis contractis magis favent. Ut titulos thasios quarto demum saeculo conscriptos omittam, Ἡρακλῆς est in tit. antiquo chalcidensi, Τερψικλῆς Πασικλῆς reperitur in titulis milesiis paullo post medium seculum sextum exaratis (cf. Erman Stud. V 290). Sed has contractas formas, quamvis eas vere ionicas esse concedas, non solas vere ionicas fuisse arguunt et euboica nomina Ἐρικλέης Θεοκλέης Νικοκλέης ex ineunte saeculo quinto tradita et Atticorum veterum ratio, qui saepius nomina in -κλεης exhibent C. I. 647 Φιλοκλέης, 158 Ὑψοκλέης, Ἀγασικλέης, Πατροκλέης, Ἀγακλέης (cf. Renner, Stud. I 1 p. 194, Wecklein cur. epigr. p. 22).

Incertae originis sunt, quae attingere sufficit, Τεγέη I 66. 68, Τεγέης VI 205, Θυρέης I 82 al., Ἀλέη cognomen Minervae I 66 IX 70, quod G. Hermannus op. VII p. 270 cum ἀλέη „effugium“ comparat.

Restat, ut de verborum formis dicam. Cum in concursu vocalium εε εει plerumque praeterquam si ο η ι υ antecedebant, vocales solutae remanserint neque saepe in codicibus vitiosa contractio reperiatur, simile quid in ε et η concurrenti exspectatur. Sed cave, ne erres. Nam quamquam in aoristis passivis εω in primis et tert. pers. obvia numquam contrahitur velut φανέωσι I 41, ὁρμηθέωσι I 47, ἀπαιρεθέω III 65 al., sec. et tert. pers. sing. numquam in -εης -εη, sed semper in -ης -η exeunt: ἀναγκασθῇ I 29, νικηθῇς I 71, ἑλκυσθῇ I 140, δηλωθῇ I 159 (cetera habes ap. Dind. XXVIII, Bred. p. 324; de ceterorum Ionum usu cum herodoteo consentienti cf. Renner, Stud. I 2. 26); eodem modo etsi de θέωμαι θέωσι dubitatio omnino oriri nequit, summa constantia scribitur: θῆται I 29, προσθῇ VI 109, ὑποθῆται VI 134 VIII 97 et quae semel afferre licet ἀναβῇ II 13, ἐκβῇ II 68 VII 209, ἀποστῇ VIII 130, ἀναπτῆσθε IV 132. E titulis confer προςθῆται in v. 33 tit. halic. Quid inde sequitur? Num haec omnia librariis debentur? Nemo hoc



contendit vel contendet; sed luce clarius est in his formis etiam herodoteo Ionismo vocales εη i. e. ἔέ, quas titulorum dialecto ne in nominibus quidem placuisse supra ostendi, valde incommodas fuisse. Apparet igitur, quam falsa eorum opinio sit, qui Herodoto vel Ionismo quam maximas vocalium cumulationes vindicare student. Quod si memoria tenetur, verendum non est, ne temere de conjunctivis verborum in εω judicium fiat. Tituli, ut solent, contrahunt ἐπικαλῇ in tit. halic. v. 23, δοκῇ in inscriptione ap. Erm. 26, sed ibidem δέηται. Apud Herodotum autem triciens semel tales conjunctivi usu veniunt (nam ῥέῃ II 99 conjectura Steinii est). Quattuordeciens (si monosyllaborum rationem non habes, noviens) codices in -εη consentiunt: δέῃ I 90, δέηται III 96, ἀποῤῥέῃ I 193, ἐκρέῃ II 149, πλέῃ III 138, ποιέῃ I 206, ἐξηγέηται V 23, διατελέῃ I 32, δοκέῃ I 122 IV 120, συνοικέῃ II 120, ἀπαιτέῃ VI 86, 1, στρατηλατέῃς VII 14, οἰκέῃ VIII 106. Contra deciens e codicum fere consensu -ῇ evadit: οἰκοδομῇ I 21, ποιῇ III 69 (ποιήσῃ *P*), ποιῇς VII 235, ἐπιζητῇ III 36 (-τοῖ -τεῖ sim. nonnulli), ποθῇ III 36 (ποτε *R*), αἱρῇ IV 127, δηλῆται IV 187 (δήλεται *R*), ἐξηγῆται VI 74 IX 66 (ἐξηγέηται *Rz*), ποιῆται IX 45. Alterum codicum genus *ABCd* VI 57 ποιῆται, VII 10, 4 δοκῆι δοκῇ scribit, *ABC* IX 48 δοκῆι habent, itemque nobilis illa trias *ABR* -η- habet: III 8 IV 65 ποιῆται, III 36 ποιῇς, VII 36 φοβῆται. — Haud ita facilis igitur haec quaestio est dijudicatu; nam neque post consonas constanter -εη- neque post vocales -η- scribitur, quamquam semel tantum in ποιέω voce forma soluta ab omnibus codicibus traditur; nisi ratio illorum aoristorum paullo diversa esset, sine dubio ubique η restituendum esse censerem; id quod mihi multo minus audax videtur esse, quam cum omnibus editoribus et grammaticis contractas formas solvere, quoniam εη Ionibus non adeo acceptum fuisse pro certo affirmare licet. Sed cum neque εη praeter η pariter usurpatum esse veri simile sit neque hac in quaestione, ut unusquisque intelleget, a codicibus pendere possimus, post

consonas quidem -εη, post vocales η pronuntiatum esse mihi quidem certum videtur esse.[15])

§ 6. *εο εου ευ.*

Nulla dialecti herodoteae quaestio tam lubrica et, praecipue propter incredibilem codicum fluctuationem, tam multis dubitationibus obnoxia putatur esse, quam quae in εο εου aut soluto aut in ευ mutato versatur. Nam ut de prioribus editoribus, quos hac de re certi quid non statuisse nemo mirabitur, taceam, Dindorfius, ceteroquin analogiae certaeque normae acerrimus investigator, in praef. p. XXIX se hac de re desperare confitetur; se id tantum existimare dicit, „Iones ut ferret vivae vocis natura ad contrahendas syllabas quam ad distinguendas proclivioris, in communi sermone formas illas contractas potius quam solutas pronuntiasse, scribentes vero alios fortasse solutas alios contractas praetulisse alios denique utrisque promiscue usos esse itaque hanc rem numquam ad liquidum perductum iri.“ Bredovius, qui accuratius de ea contractione non exposuit, idem judicasse videtur cf. p. 256. 281. 322. 323. 382. 391.

Unus Abichtius, cui „illa sententia Herodoto prorsus indigna esse“ videbatur, se regulam investigasse putat (quaestionum de dialecto herodotea spec. prim. 1859), quod e codicum ratione eluceat in verbis contractis post vocales ευ (quinque verba sunt ἀγνοέω διανοέομαι ϑηέομαι νοέω ποιέω), post consonas εο pronuntiatum esse omniaque, quae huic normae obstarent, mutanda esse. Steinius eum canonem nullis tamen additis causis sprevit. Et profecto! quamvis primo potissimum aspectu haud paucis norma illa placere possit, valde vereor, ne Abichtius nubem pro Iunone amplexus sit. Primo enim, id quod levius est,

[15]) Eandem fere sententiam fert, qui postremus his de rebus egit, Aemilius Leopoldus Spreer in programmate gymnasii Stettinensis 1874 (Mich.); is scripsit de verbis contractis apud Herodotum brevem commentationem, quae, cum mea dissertatio jam typis mandabatur, egregia Steinii carissimi praeceptoris comitate mihi in manus venit.



ratio codicum obstat, qui persaepe et post consonas *ευ* et post vocales *εο* praebent[16]), quamquam negari non poterit *ποιεῦντας ποιεῦσι* sim. multo saepius quam *ποιέοντας ποιέουσι* reperiri. Multo autem plus valet, quod Abichtius ceterarum formarum, in quibus *εο* et *ευ* inter se variant, rationem non habuit. Quod si fecisset, statim, quam infirmis regula illa nixa sit fundamentis, intellegere debebat. An ex hac lege explicari potest, quod praeter *εἴρεο* I 32, *ἐγένεο* I 35 V 24 VII 14, *ἐνετέλλεο* I 117, *προςδέκεο* III 62 VII 235, *ἕπεο* V 18, *ἀναπαύεο* V 19, *ἕξεο* V 39 (e Schaeferi conjectura pro *ἐκσέο*), *ἀπαλλάσσεο* V 50, *δέκεο* VI 69, *κομίζεο* VIII 110, *πορεύεο* I 209 (*πορεύου d*), *ἐπίκεο* VII 9, *βουλεύεο* VII 10, 4, *ἐπηγγέλλεο* VII 39, *ἐπιλέγεο* VII 50, *πείθεο* VIII 62. 100, *φείδεο* VIII 68, 1, *ἐπιφαίνεο* VIII 143, *ἡγάγεο* IX 111 haec ponuntur: *ἀπίκευ* I 124, *ἄγευ* VII 38, *ἀνέχευ* I 206 V 19, *τέρπευ* II 78, *εἵλευ* III 52. 119, *πύθευ* III 68, *ἔθευ* III 155 VII 209

16) Inspicias velim in Abichtii libello catalogum locorum emendatorum, quem e novissimis codicum collationibus saepius mutari oportet; omnia tamen denuo tractare cum longum sit, sufficiant haec exempla ex omnibus codicibus petita (si singulos vel complurium consensum respicias, multo plures invenias) *ποιεόμενος* I 37. 68. 73, *ποιέονται* IV 180, *ποιέοντες* I 140. 158. 159. 216 VII 8, 4. 86, *ἐποίεον* VII 36 VIII 145 IX 6. 8. 11. 104, *ἐπενόεον* V 64; contra *ὠνεύμενος* I 165, *ἱστορεῦντα* II 34, *καλεύμενος* II 56. 72. 79. 97. 124 III 106 IV 85. 93. 175 VII 77, *εἰλεύμενος* II 76, *ἡγεύμενος* II 93, *καταφορεύμενος* III 106 al. Egit autem Abichtius ea qua solet levitate, cum aut formas omiserit velut II 174 *ἀρνεύμενος*, II 79. 113 *καλεύμενος* aut codicum lectionem falso exhibuerit velut non *ἀνθεούσης*, sed *ἀνθεύσης* in Mediceo est. Confer praeterea ionicorum poetarum fragmenta Renner I 1 p. 182.

Nuperrime de his formis Spreerius, cujus commentationem supra commemoravi, egit, diligentissime sane; qui quod censet, valde est memorabile; existimat enim post vocales semper contrahi, sed ne post consonas quidem — id quod Abichtius voluit — contractionem vitari; contra eum igitur, quod contra Abichtium de *εἴρεο εἴρευ*, *ἐμέο ἐμεῦ* disputavi, non valet. Tamen si Spreerii formarum catalogum consideraris, ne eam quidem laxiorem, ut ita dicam, normam facilem inventu satisque probabilem esse unusquisque dicet; itaque quod de vocalium *εο* et *ευ* sono et colore disserui, omnino teneo.

(de *βάλευ* VII 51 VIII 68, 3 cf. Stein. adnot. crit.; *πείθεο* VII 10, 4 *PRz*, *ἐτράπεο* VII 39 *Pz* (*ἐτράπετο R*) contra ceterorum *ευ* exhibent). An in his terminationem *ευ* vocalis antecedit? Eodem modo juxta *ἐμέο* I 126 (ter). 141 III 155 IV 148 V 33. 106 VI 86, 1. 119 al., *σέο* I 8. 9. 40. 120 (ter). 124 (bis). 210 V 106 VI 109 VII 11. 18. 39. 103 al. habes *ἐμεῦ*, idque multo saepius, velut I 5. 12. 90. 109. 187. 209 II 30. 46. 113. 132. 154. 182 III 10. 40. 65. 71. 83. 97. 127. 142 IV 97 V 106. 115 al., *μευ* I 212 II 53. 54. 91. 118 III 119 IV 80 VI 68 al., *σεῦ* I 9. 36. 45. 90. 124. 159 III 36. 42. 85. 134. 155 (bis) IV 9 V 19 (bis). 24. 40 (bis) VI 69 al., *ὅτευ* I 7. 119 II 46. 82 III 62. 84. 85. 115. 121. 156 IV 45 (bis) VII 38. 85 al.

Quid quod *πλεῦνες πλεῦνας πλεῦνος* etiam saepius quam *πλέονες* etc. usu veniunt, ut primorum trium librorum formae satis superque demonstrant; *ευ*: I 1. 82. 97. 106. 135. 193. 194. 199. 202. 211 (145 *-εο Pz*) II 63. 86. 89. 106 III 40. 71 (bis). 120, 52 *πλεῦν*. *εο*: I 89. 105. 155. 204 II 7. 32 (ter). 84. 90. 100. 147. 171 III 34 (II 18 *πλέον ABC*, cet. *πλεῦν*; 24 *πλείονα Rd*, cet. *πλεῦνα*; 53 *πλέουσι A*, cet. *πλέοσι*; 145 *πλείονα ABCd*, cet. *πλέονα*).

His similibusque exemplis Abichtii fictiticiam regulam omnino tolli unusquisque jam intelleget. Sed num hac in re norma quadam nobis opus est? Mea quidem sententia in hac quaestione regula propterea non adest, quia adesse non potest. Omnes enim, qui adhuc rem tractarunt, ita egerunt, ut magnam vel haud ita exiguam differentiam inter *εο* et *ευ* statuerent et *εο* vocales solutas, *ευ* contractas fuisse contenderent. Contra equidem contendo in dialecto ionica differentiam inter *εο* et *ευ* aut omnino non exstitisse aut tantulam fuisse, ut auribus vix percipi potuerit. Hoc ad statuendum praecipue me movet, quod *ο* apud Iones paene sonum brevis *u* habuisse constat; nam quod productione suppletoria ex **λεγοντjα* apud Dorienses *λέγωσα* apud Iones *λέγουσα* oritur, tantum sic explicari potest, ut Dorienses veterem sonum *ŏ* retinuisse, Iones autem ejus



loco fuscum sonum, cum ŭ paene congruentem pronuntiasse sumamus (cf. Brugman, Stud. IV p. 83); dein quod *εο οε οο* apud Dorienses in *ω*, apud Iones in *ου* i. e. *ū* (cf. Dietrich in Kuhn. ann. XIV p. 48 squ.) contrahebantur, eandem admittit vel potius postulat explicationem.

Breve autem *u* in lingua graeca plerumque in *υ* abiit, sed ut Dietrich l. l. ostendit, in diphthongis antiquior sonus diutius remansit, ut *αυ* non *α* + *υ*, sed *α* + *ŭ* significaret; eodem modo *ευ*, ut de barbara *οι*- pronuntiatione taceam, non ut *ε* + *υ*, sed ut *ε* + *ŭ* pronuntiabatur. *eŭ* autem, si diphthongi in morem pronuntiatur, eundem fere sonum, ut unusquisque ipse experiri potest, habet atque *eo*, si modo *o* fusce ut apud Iones pronuntiatur. Tali modo *ευ* (*eŭ*) et *εο* apud Iones eundem sonum habuisse jam duabus rebus etiam lucidius demonstratur et poetica synizesi et titulorum ionicorum scriptura. Si enim *εο* in arsi, ut thesim, de qua certum judicium non est, omittam, ponitur velut *σ* 247 *πλέονές κε μνηστῆρες ἐν ὑμετέροισι δόμοισι*, Theogn. v. 22. *Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη* (*B*³ *Θεύγνιδος*), v. 56 *τῆς δ' ἐνέμοντο πόλεος*, epigr. ap. Herod. IV 88 *Δαρείου βασιλέος ἐκτελέσας κατὰ νοῦν*, quis dubitat, quin, quamquam scriptura *πόλευς βασιλεῦς* nusquam reperitur, *εο* i. e. *eŭ* (quoniam ionicum *o* paene *ŭ* est) diphthongi in morem pronuntiatum sit? nemo credo hac in re finem quendam inter synizesim et contractionem constituere poterit.

Accedit autem, quod in titulis ionicis genuinas diphthongos *ευ αυ*, quae antiquo *au* respondent, quaeque ex *ε* + *ο*, *α* + *ο* omnino oriri nequibant, non per *ευ αυ*, sed per *εο αο* scriptas invenimus, qua ex re *o* et *ŭ*, *εο αο* et *ευ αυ* concinisse apparet.[17]) Cum antea haec tantum exempla

---

[17]) Ermanus Stud. V p. 294 putat eo tempore, quo *εο* per *ευ* scribebatur, Iones, ut genuinam diphthongum *ευ* a subnata *ευ* discernerent, hanc signis *ευ* illam signis *εο* expressisse. Sed quae ratio esse potuit, qua duo soni, antea duobus expressi signis, primo uno eodemque signo exprimerentur, tum rursus distinguerentur ita tamen ut, cujus signum antea *εο* fuisset, is per *ευ*, cujus signum antea *ευ*, is per *εο* scriberetur?

nota essent: *Εὐπάμονος* in tit. phanagoriensi (C. I. 2221), *φεύγειν* bis in tit. amphipolit. circa annum trecentesimum quinquagesimum exarato (C. I. 2008), *ἐμ φάρεσι λευκοῖς* in tit. metrico prienio (Keil in Mus. Rhen. vol. XIX 258) itemque *Εὐέλθων Εὐεργέτης* (Dietrich l. l.), *αὐτοί* in tit. mycal. (C. I. 2909), nunc novissimo tempore ex ampliore tit. samio[18]) haec accedunt: *εὔνοιαν* v. 8, *ταῦτα* v. 14, *αὐτόν* v. 14, *ἑαυτῶν* v. 20, *αὐτοῖς* v. 21. 27. 28, *αὐτούς* v. 29. Itaque, quamquam ea sententia, ex qua *εο* et *ευ* ita fere inter se differunt ut *εϊ* et *ει*, *οϊ* et *οι*, vera esse potest — quod si est, his vocalibus fere promiscue Herodotum usum esse statuendum est — mihi quidem adhuc non probatum est *εο* in dialecto ionica numquam diphthongi munere fungi, quapropter differentiam inter *εο* et *ευ* non tam phoneticam quam orthographicam fuisse contendo, qua ex re elucet numquam de vera Herodoti scriptura, si omnino certam regulam orthographicam sibi proposuit, constare posse. De verbis quidem prorsus despero, cum etiam illud *εο*, cujus *ε* ex *α* natum est velut *εἰρώτεον* interdum per *ευ* scribatur *εἰρώτευν* I 158.[19]) Sed in ceteris formis nonnulla certius definiri possunt, in quibus si minus Herodoti, tamen codicum certam quandam regulam orthographicam fortasse quis perspiciat. In textu herodoteo numquam *ευ* pro *εο* scribitur

1) in genetivo singularis stirpium in *σ* exeuntium velut *εἴδεος* I 8. 196. 199, *ἔπεος* I 13 III 51 et cet.; raro tantum codices aberrant, ut *AB¹Cd* V 92, 2 *Ἐχεκράτευς* scribunt.

2) in gen. sing. stirpium in *υ* exeuntium *ἄστεος* I 62 (bis).

[18]) edito a C. Curtio „Urkunden zur Geschichte von Samos" Wesel 1873. Editor hoc *εο αο* Samiis proprium fuisse existimat, quod equidem non concesserim, cum ea scriptura in samiis titulis neque solis (cf. exempla allata) neque omnibus (cf. secundum tit. sam. a Curtio editum p. 8) exstet.

[19]) Monosyllaborum verborum, quae dicuntur, formas per *ευ* scriptas non novi in Herodoti libris, sed *νεῦνται* legitur in fr. phys. 8 (ap. Mullach.).



63. 80. 178. 187 II 181 III 58 V 92, 6 al., *πήχεος* I 178 II 149 al.

3) in *νεο-*, *θεο-*, *Κλεο-*, praeterquam si per se ponuntur, in prioribus compositorum partibus *νεόγαμος* I 36. 37, *νεόπλυτος* II 37, *νεόκτιστον* V 24, *θεοσεβής* I 86 II 37, *θεοφιλής* I 87, *Κλεομένης* III 148 al.[20])

4) in *Ἐτεοκλέος* V 6, *στερεός* I 181. 183, *ἀδελφίδεος* cf. Grdz.[3] p. 579, ubi *ε* ex *j* natum.

5) in adj. in *εος εον* exeuntibus, quae terminationes ex antiquiore *ειος ειον* correptae sunt; sed *πλέονες πλεῦνες* promiscue usu veniunt.

6) ubi *ε* ex *η* correptum est velut *Ἡρακλέος* al.

7) in nonnullis aliis vocibus: *δένδρεον* IV 23, *ἔοργε* III 127, *ἐόργεε* I 127; in quibus ut in *νεο- Κλεο-* digamma evanuit.

Haec sufficiant; omnium formarum, in quibus *ε* et *ο* concurrunt, catalogum proponere cum a meo proposito alienum tum prorsus inutile est. Cum de *εο* ex *εεο* hyphaeresi orto Fritschius Stud. VI p. 128 dilucide exposuerit, neque ulla fere hac de re dissensio inter viros doctos oriri possit, formarum catalogus sequatur: *αἰτέο* I 90 (*αἴτεο C*), *ἀκέο* III 40 (*ἄκεο ABd*), *ἐξηγέο* III 72 (*ἐξηγέω sz*) IV 9 VII 234, *ἀπικνέο* V 24 (*ἀπίκεο ABC*), *ἀναιρέο* VII 16, 1 (*ἀναίρεο Rdz*), *φοβέο* VII 50 (*φοβέω R*). 52 IX 120 (*φοβέετο R*), *ποιέο* VIII 68, 1 (*ποίεε R*, *ποιέεο z*), *λυπέο* VIII 100,

---

[20]) Persaepe *νευ-*, *θευ-*, *Κλευ-* in recentioribus nonnullarum regionum doriensium titulis reperiuntur, a quibus *εο* saepe in *ευ* contrahitur; contractionem autem eam dicere propterea non dubito, quod *ο* apud Dorienses non fusce ut apud Iones, sed clare pronuntiabatur itaque *εο* obscurato *ο* posteriore demum tempore in *ευ* mutabatur. Ahrensius II 214 contendit Dorienses hanc mutationem ab Ionibus mutuatos esse; quae sententia etsi pervulgata tamen falsa est, quoniam non solum insularum in mari aegaeo sitarum et Siciliae tituli, sed etiam tituli delphici quarti et tertii saeculi, a quibus contagium Ionismi prorsus abest, innumera hujus *ευ* exempla proferunt cf. *Κλευδάμου* anecd. delph. 3. *Θευδωρίδης* ib. 56, *Θευφράστου* ib. 4, *Θεύξενος* ib. 5, *Εὐτέλευς* Wesch. Fouc. 2, 3, *Καλλικλεῦς*, *Ἀχαιμένευς* 7, 3. 4, *Εὐρυμήδευς* 8, 5 etc. etc.

quibus ut jam Bredovius et Fritschius viderunt, asserendum est *ἐδέο* VII 161, quod in codicibus et apud Steinium *ἐδέον* scribitur. Accedunt *φοβεῦ* I 9, *ποιεῦ* IV 9 (*ποίεν C, πόειν d*) VIII 100. — *χρέο* autem (I 155) quod Fritschius affert, etiamsi genuinum esset, non ex **χρέεο* esset correptum; sed ne est quidem genuinum; vera forma, quam praeter *AB* *χρέο* habentes omnes praebent est *χρέω*, quod ex **χρῆο* (i. e. **χρήεο *χρᾱεο *χρᾰjεο*) metathesi quantitativa ortum est.

Attica autem contractio vocalium *εο* i. e. *εŭ* in *ου* i. e. *ū* apud Herodotum omnino non admittenda est[21]), ut jam e codicum ratione, qui perraro atticum *ου* praebent, intellegitur. Exempli gratia VII 16, 3 *ἐπιτελούμενος* in *P*, VII 161 *ἀπολογούμενος* in *B*, IX 11 *ἐκάλουν* in *R*, I 26 *πολιορκούμενος* in *A*, I 81 idem in *d*, III 13 idem in *AB*, I 175 *οἰκούντων*, III 91 *ἐπιμετρούμενος*, III 155 *ἀμυνούντων* in omnibus leguntur, quae omnia nunc correcta sunt. Quocirca etiam *ἐξανδραποδιούμενοι* I 66, *νομιοῦμεν* II 17, *ἀπολούμενοι* VII 146, quae a Steinio ceteroquin codices corrigente retinentur et ex quibus *νομιοῦμεν* Bredovius p. 378 frustra defendit, mutanda sunt cf. *ἐξανδραποδιεῦνται* VI 9, *ἐναγωνιεῦμαι* III 83, *κομιεύμεθα* VIII 62, *ὀπωριεῦντες* IV 172. 182 neque minus *ὅτου* II 173 a Steinio mire servatum in *ὅτευ* corrigi debet.[22])

Consimilis ratio vocalium *εου* est, de quibus haud multa proferam. *ου* enim cum sine dubio herodoteis temporibus

---

[21]) Ne *δέους* quidem I 85 recte legitur quamvis et Steinio et Kühnero (gr. gr. I[2] § 123, 4) suadentibus; cum attica contractio ab Herodoto aliena sit, hyphaeresis autem in *δέεος* propter nominativi similitudinem admitti non possit, aut *δέεος*, etsi vocales *εεο* plerumque non conjunguntur, aut *δέευς*, quae differentia non tam soni quam scripturae est, legi debet.

[22]) De *νενοσσευμένα* forma rejicienda, quae et cum *νεοσσός* II 68, *νεοσσιάς* (bis) *νεοσσιέων* III 111 et cum herodotea ratione pugnat, ad Dind. praef. p. XLI, Bred. p. 215, Lob. Phryn. p. 206, de vocis *ὁρτή* hyphaeresi ad Fritsch. Stud. VI p. 113 ablegare sufficit.



non *ο* + *υ* sed *ū* significaret, *εο* (*ευ*) et *εου* in dialecto ionica eo tantum inter se differebant, quod illic secunda diphthongi pars brevis, hic longa erat; quae tamen differentia num in sermone observari et percipi possit, valde dubito. Quocirca saepissime pro *εου* i. e. *εū͡* scribebatur, ut tum pronuntiabant, *ε͡ŭ*; nam ne hic quidem Abichtii canonem verum esse, haec exempla docebunt. 1) *ευ* post consonas traditum: *καλεῦσι* II 94 (*καλέουσι C*), *βοηθεῦσαν* II 118, *ἀνθεύσης* IV 1, *λυπεῦσα* VII 190, *λεηλατεῦσι* II 152, *ἡνιοχεῦσι* IV 193, *πωλεῦσι* V 6, *ἐπιτελεῦσι* V 49, *κεντεύσας* V 87 (*κεντεούσας B*[2]), *ἀμυνεῦσι* IX 6, *διατελεῦσι* VII 11 (*διατελέουσι ABd*).

2) *εου* post vocales exstans: *ποιέουσι* I 71 II 121 IV 146 (*ποιεῦσι R*), *ποιέουσαι* I 93, *νοέουσι* III 81, *κνέουσαν* VI 68, *νοέουσα* VIII 101. Cum his comparare licet varias lectiones, quae ibi, ubi Steinius nunc *ποιεῦσι* scribit, hisce locis in tribus primis libris adnotatae sunt: I 140 III 99 I 198 II 61. 63. 89. 93. 49. 60. Contra *ποιεῦσι* in omnibus est: I 98. 199. 200 II 42. 60 (ter). 78. 91. 93. 94. 171 III 65. 82. Vides, quam incerta omnia sint.

At *ου* pro *εου* prorsus damnari debet: *ποιοῦσα* III 119 *ABd*, *φιλοῦσα* VIII 68, 3 *ABC*, *ὠφελοῦσι* II 95 *R*, *καλοῦσι* II 42 *C*, *καταφρονοῦσι* IV 134 *d*, *ὑπομενοῦσι* IV 3 *Cd* — haec si collectaneis meis confidere licet, omnia exempla sunt.

Extra conjugationis fines, cum *ἀργυρέους χαλκέους* al. alio loco tractaturus sim., commemorare possum *νέους* I 128, *δενδρέου* IV 22, ubi *ϝ*, *κολεοῦ* III 64 ubi mea quidem sententia *j* excidit et *κενεούς* VIII 28, ubi *ε* ex *j* natum esse dudum intellectum est.

§ 7. *εω*.

Vocalium *εω* concursus Ionum auribus tam commodus videbatur et adeo non evitabatur, ut et *εω ᾱο ηο ᾱω*, de quibus alio loco exponendum erit, in *εω* mutarentur et *εω*,

si alibi exstabat, semper solutum remaneret; quin etiam nihil interest, utrum εω post consonas an post vocales (solo ε excepto) reperiatur. Itaque fere omnia tam simpliciter se habent, ut singula enumerare satis habere possim.

E verborum flexione huc revocantur

1) prim. pers. ind. verborum in εω et fut. liqu. δοκέω I 8. 51. 97. 119, σημανέω I 75. 209, ἐρέω II 38 IV 128 VI 43 al., ποιέω I 38. 117, νοέω VII 8, 1, ἐπινοέω III 134 V 24. 30.

2) formae nonnullae conjunctivi: ἐξηγέωνται I 151 IX 11, δέωνται II 173 IV 94, καταπλέωμεν VIII 109, καταπλέωσι IX 98, ποιέω IX 79, ποιέωμεν I 159 III 71, ποιέωσι IV 111. 156 IX 98, ποιέωνται IV 69 V 82; solum VIII 76 codices περιποιῶσι exhibent, quod in περιποιέωσι non minus ab omnibus mutatum est quam εἰδῶ II 114 in εἰδέω, ut III 40 legitur (cf. εἰδέωσι in tit. halic. v. 21). Adjungi possunt περιθέωμεν III 81, θέωσι IV 71, ὑπερθέωμαι V 24 VII 8, 1, διαθέωνται I 194, προςθέω I 108, ἐπιθέωνται VII 191, ὑπεκθέωνται VIII 4, quae quominus ex περιθήομεν θήομαι quantitativa metathesi orta esse putem, gravissima me impediunt argumenta; ἀπιέωσι VII 226, analogiam formarum τιθεῖ, ἱεῖ sequitur, cum conjunctivus singularis aliter flectatur cf. ἀπίῃ IV 190, παρίῃ III 72 (*παρίῃ R, παρείῃι ABCP, παρείῃ dz*), ἐπίῃ VII 161, quare fortasse aut cum Dindorfio ἀπίωσι aut, id quod magis placet, cum Bredovio (p. 394) παριῇ ἐπιῇ ἀπιῇ scribendum est (προτιθώμεθα V 18 ut δύνωνται δυνώμεθα diversam normam sequitur cf. Bredov. l. l.). Ne quis in vocalium ιεω (ἀπιέωσι) cumulatione offendat, animadvertendum est ιεω propter satis diversum inter se colorem haud magis Ionibus displicere quam ιεα, quae et ipsa libenter tolerantur. Eadem ratio vocalium υεω (προςφυέως I 27) est. Quodsi tenemus, certius jam judicium de nonnullis rebus, de quibus adhuc dubitatur, ferre poterimus. Quaeritur enim de primae declinationis genetivis pluralibus in dialecto ionica in -εων exeuntibus hujusque terminationis



post vocales ratione. Post *ε* quidem e vocalibus *εεω* alterum *ε* elisum esse nemo adhuc non contendet (cf. Bredov. p. 219, Fritsch. l. l. 127); itaque scribendum est et scribitur: *Μαλέων* I 82 (cod. *Μαλεῶν*) cf. etiam Steinii praef. LV, *Ἡρακλέων* II 33 (sic *Rd*, *-ειων AB*, *-ηίων CPz*) IV 8. 42. 185. 196, *χρυσέων* III 130, *μνέων* III 131, *γέων* IV 198 (sic *ABR*, *γέῶν P*, *γεῶν C*, *γαιῶν dz*), *θηλέων* II 18 (*-εῶν P*), 46 (*εῶν ABPz*), 66 (*εῶν ABPz*), 93 (*εῶν APz*), III 85 (*εῶν P*), 105 (sic *Cdz*, cet. *εῶν*); IV 2 (sic *Cdz*, cet. *εῶν*), 186 (*εῶν PR*) (bis, semel sine var. lect.), *συκέων* I 193 (*συκῶν Rd*), *αἰγέων* IV 189. Si vox oxytona est, genetivus perispomenus fit: *ἀδελφεῶν* III 31 V 80, ut etiam *γενεῶν* II 142 VI 98 contra Steinium ex *γενεέων* restituendum sit. Quod enim nuperrime v. d. contra Fritschium disputavit („Bursians Jahresberichte 1874 p. 296") *γενεέων* hyphaeresim vel contractionem pati non posse et propter accentum et ne confusio fiat inter genetiv. plur. voc. *γενεή* et *γένος*, refutatur et vocis *ἀδελφεῶν* analogia et eo, quod *γενεῶν* et *γενέων* confundi omnino nequeunt. Accedunt subst. masc. genet. sing.: *βορέω* I 110 II 26. 121. 148 III 102 (*βορέου Cz*) IV 37 (*βορέην* Stein.). 40. 51 (*-εου R*). 53 (*εου P*). 54. 121. 125. 197 V 9 VII 113. 129. 189 (*-εου d*), *Ἑρμέω* II 51 (bis). 67. 138. 145 V 7, *Ἀριστέω* IV 15 (quater, semel *εου ABCd* bis *Ἀρίστεω d*), *Ἀνδρέω* VI 126 (*-έα AB*), *Πυθέω* VII 181. 137 (cf. notas) IX 78, *Κυνέω* (?) VI 101 (cod. *Κυνέου*), *Αἰσχρέω* (??) VIII 11 (cf. not. Stein.).

Quaeritur autem, utrum post *ι* et *υ* *εω* an *ω* scribi debeat. Cum apud Homerum *ω* legatur (*E* 534 *B* 461 *Δ* 47. 165 *Z* 449) itemque in titulis ionicis *Παναμύω*, *Πακτύω*, *Πακτίω* reperiatur, Ermanus in Stud. vol. V 294 squ., cui Fritschius Stud. VI p. 126 (cf. etiam Renner Stud. I 1 p. 203) assensus est, contendit semper post vocales *ω*, non *εω* exhibendum esse. Sed nullo modo hoc demonstrari potest, cum saepius titulorum dialectus ibi contractas formas praebeat, ubi Herodotus solutis utitur, et cum codices tanta constantia pleniores formas habeant, ut corrigentibus non tam

audacia quam levitas et vasta corrigendi libido ascribi debeat. Quare Steinius suo jure formas in *εω* retinuit, quas omnes afferre longum est. Sufficiant haec: *χιλιέων* VII 184, *παιγνιέων* I 94 (bis), *ἱστιέων* I 76, *οἰκιέων* I 180 (*οἰκιῶν* *R*), *ἐπωνυμιέων* II 17, *ὀργυιέων* II 28. 138. 149. 155 III 60 IV 41. 86 (ter), *θυσιέων* II 124, *Μιλνέων* III 90, *Μιννέων* IV 145. 146. 150, *ποιέων* IV 58, *ῥοιέων* IV 143 (*ῶν* *ABd*), *Πλαταιέων* IX 39. 51. 52 (bis). 89, *ἐλαιέων* IV 195 (*ῶν* *R*), V 82 (*ῶν* *r*); *Γορδίεω* I 14. 35. 45 VIII 138, *Ἱππίεω* I 61 V 55. 62, *Πακτύεω* I 158, *Γοβρύεω* III 78 VI 43 VII 2. 5. 10, 7. 82. 97 IX 41 etc. etc. Nonnumquam codices sibi non constare, velut I 32 *διηκοσίων* in omnibus est, vix est quod moneam.

3) part. praes. fut. *ῥέων* I 6. 72 (bis). 80. 185. 189, *δοκέων* I 11. 31. 81, *ἐρέων* I 5 II 40. 99 III 80 VII 49, *ἀγγελέων* I 43, *ἀποκτενέων* I 85, *ποιέων* I 18. 47. 50. 96 II 103 III 8. 14. 16 IV 13. 201 V 39. 40. 45. 96 VIII 201 IX 78, *νοέων* I 88 VIII 22. 68, 2. 102 IX 116, *ἐμποιέων* VII 6, *ὑπονοέων* IX 88. *-ῶν* perraro hic illic reperitur *ζητῶν* VI 62 *R*, *οἰκοδομῶν* II 121, 1 *ABC*, *σκοπῶν* I 117 in omnibus.

4) conj. aor. pass. (cf. § 5): *φανέωσι* I 41, *ὁρμηθέωσι* I 47, *συλλεχθέωσι* VI 58 II 62 (*συλλεχθῶσι* *PRd*), *ἀπαιρεθέω* III 65, *ἑσσηθέωμεν* IV 97, *ἐπιφανέωσι* V 30, *ἑσσωθέωσι* V 118, *αἱρεθέωσι* VI 77 (*αἱρεθῶσι* *R*), *συμμιχθέωσι* VII 129 (*συμμιχθῶσι* *R*), *ἀνδρωθέωσι* VII 149, *νικηθέωσι* VIII 49, quare quae his exemplis obstant, corrigenda sunt; neque quisquam recentiorum retinuit *ἀποδεχθῶ* I 121, *ἐπιμνησθῶ* II 3, *εὑρεθῶσι* II 67 (*εὑρεθέωσι* *P*).

Statim ea adjiciam, in quibus *ε* ex *j* ortum est: *ὀστέων* III 12 IV 61, *θεωρέειν* III 32, *θεωρίδα* VI 87, sim. (cf. § 5) *τέῳ* (Grdz.[3] p. 555) I 11. 110. 117. 129 (bis). 181 II 48. 57. 67. 124 III 65. 72 IV 42. 47. 86. 155 VI 75. 125 al., *ὅτεῳ* I 86. 95. 108. 122. 125. 196 II 121, 3. 123 III 42. 68 (bis) al., *ὅτεων* V 102 al.

E declinatione afferenda sunt primo gen. plur. et ad-



verbia stirpium in *s* exeuntium, ubi *s* explosum est: *ἐθνέων* I 6. 53. 58 al. innum.: *ἀληθέως* I 11. 137 (*ἀληθῶς P*). 158. II 56. 156 etc.; post vocales *προςφυέως* I 27 servatis vocalibus *υεω*; contra *εεω* in *εῶ* contrahuntur *ἀδεῶς* I 216 III 65. 68 IX 109, *ἀκλεῶς* V 77 (quamquam Dindorfius ut semper suo more *ἀδεέως, ἀκλεέως* scribi jubet); *-ῶς* nusquam fere legitur *παντελῶς* IV 43. 95. 109, *ἀληθῶς* IV 187 in hoc vel illo.

Dein eaedem formae stirpium in *υ* terminatarum huc trahendae sunt: *πηχέων* I 60. 178 (bis). 193 II 110 (bis). 111 (bis). 121. 155. 168. 175 (bis) III 113, *βραχέων* II 102. 125 IV 179, *τρηχέως* I 73. 114 II 63 V 1. 80 VI 44 VII 211 VIII 18. 27, *ταχέως* I 155 II 96. 133 IX 41, *βαρέως* III 155 V 19. 42, *ἰθέως* II 121, 2 (bis) III 73. 155 (*ἰθείως d*) IV 68 V 41 (bis). 92, 2, 7 VI 11. 17. 49 VIII 108.

Digamma porro evanuit in *δενδρέων* I 202 II 32. 138 III 107 IV 23, *δενδρέῳ* IV 23 (bis), neque minus in eis substantivis, quorum nominativus in *-εών*, apud Atticos et posteriores in *-ών*, exit velut *προμαχεών*. Brugmanus (Stud. IV 171) bene exposuit suffixum harum stirpium non ut Boppius III[3] 395 putaverat *ân* fuisse, sed *-van, -vân* itaque ex **οἰνε-ϝόν-ος* productione suppletoria progressiva, quae in *ϝο* saepius fit, *οἰνεῶνος* factum esse, cujus loco posteriores *οἰνῶνος* dicebant. Apud Herodotum, ut ex Ionismi natura patet, semper *-εών -εῶνος* servatur: *ποδεῶνας* II 121, 4, *ποδεών* VIII 31, *ἀνδρεῶνα* III 77. 78. 121. 123 IV 95, *φαρετρεῶνας* II 141 VII 161.

Utrum spirans extrita sit an non et quae fuerit, in hisce vocabulis certum non est: *Τέῳ Τέων* I 170 II 178 cet., *ῥωμαλεώτεραι* III 22, *κερδαλεώτερον* IX 7 (estne fortasse *-αλεος* ex **-αλειος* correptum?) *ἀλεωρήν* IX 6, *κανέῳ* I 119, *Φενεῷ* VI 74; *Κλεωναί* VII 22 digamma amisisse videtur. Restat forma *ἀνέωνται* II 165 mirae speciei, saepius addubitata. *ἕωκα* enim ex sola dialecto dorica traditum esse putabatur cf. *ἀνέῶσθαι* tab. heracl. I 105, *ἕωκα ἕωμαι ἀφέωμαι* in Et. M. 176, 45, ubi etiam Atticos id

usurpasse haud recte dicitur (*ἀφέωνται* in novo test. usitatum — ev. Matth. 12, 31. 32 al. — sine dubio e lingua vulgari dorica petitum est cf. Bredov. p. 396). Quare Bredovius, qui *ἀνέωνται* in solo codice *C* exstare existimavit, hanc formam ut librarii cujusdam novi testamenti recordatione permoti correcturam damnavit. Quamquam codices huic sententiae non favent; legitur *ἀνέωνται* in *ABC* (i. e. in altera familia) itemque in margine Parisini, *ἀνέονται* in solo Parisino, *ἀλλὰ νέονται* pro *ἀλλ' ἀνέονται* in *Rd*; praeterea *ἀνεῖνται* in Mediceo (*A*) ab altera additum est manu et in margine Passionei (*B*) legitur *ἀνίενται γρ' ἐκ τοῦ ἀνίημι ἢ ἐκ τοῦ ἐῶ*. Quae si reputamus, dubium esse non potest, quin *ἀνέωνται* vera alterius familiae *X* scriptura, *αλλανεονται* (accentus omitto) in *Ψ* fuerit, *ἀνεῖνται* autem explicatio librarii cujusdam habenda sit. Potestne autem forma *ἀνέωνται* ab ipsius Herodoti manu scripta esse? Si quid video, potest. Errant, qui hanc formam solis Doriensibus tribuunt, cum in titulo arcadico teg. v. 14 *ἀφεώσθω* legatur et *ἕωκα, ἕωμαι* a communi analogia linguae graecae vix recedit; recte in Et. M. (cf. Herodian. II 236) *πέπτωκα* comparatur, ut non mirer, si apud Iones, novi tituli si inveniantur, etiam *ἀνέωκα ἀνέωνται* vel simile quid reperiatur. Quod autem II 65 *ἀνεῖται*, II 167 VII 103 *ἀνειμένους*, IV 98 *μετείσθω* omnium librorum consensu traditur, recte Steinius p. LI monet juxta *μετείσθω* etiam *μεμετιμένος* V 108 VI 1 VII 229 occurrere. Quare quamquam Bredovii sententia vera esse potest, mihi quidem *ἀνέωνται* magnae offensioni non est.

§ 8. *εοι*.

Iam ex eis, quae adhuc disserui, unicuique patefieri debet vocales *εοι* Ionum instrumentis loquelae haud molestas esse potuisse. Et re vera, ut ex *ειοι, εοι* fit, sic *εοι*, sive *ε* in prioris *j* locum successit, sive inter *ε* et *οι* olim spirans quaedam fuit, solutum manet; illuc referendae sunt



formae τέοισι I 37 VIII 13 IX 27, ὁτέοισι II 66 (bis). 82. 102 IV 180[23]), huc optativi verborum in εω; ea tantum quaestio oritur, num etiam post vocales εοι servatum sit. Nam cum in tit. tej. v. 51 ἀνωθεοίη, sed ibidem v. 43 ποιοῖ reperiatur, Ermanus p. 296 adhibito etiam illo, quod commemoravi, εἰδέωσι existimat eam regulam quam saepius in dialecto ionica valuisse invenimus, etiam in hac quaestione statuendam esse; contendit igitur εοι post vocales contractum fuisse. Perpauca certe ad hanc sententiam stabiliendam e titulis peti posse fatendum est; sed quoniam illa regula magnam veri similitudinis speciem prae se fert, locos herodoteos examinemus. Et εοι post consonas quidem semper exstat: καλέοι I 11, καλέοιτο V 76, δοκέοι I 24. 99 al., ἀπικνέοιτο I 29, φρονέοιεν I 46 VIII 34, λυπεοίατο I 99 (adjungere licet προςθέοιτο I 53 (bis), ὑποθέοιτο VII 237), raro codices in scriptura variant: ἐπιχειροῖεν IX 54 *AB*, δωροῖτο II 126 *Rd*, φοβοῖτο VII 87 *R*, ἀδικοῖεν I 196 (in loco suspecto) V 84 omnes libri, θεωροῖεν VIII 26 omnes praeter *R*.

Quadraginta duobus locis εοι nulla varietate lectionum adnotata[24]) reperitur; contra duobus omnes, quattuor locis complures vel singuli codices contractam formam exhibent,

---

[23]) τουτέοισι III 104 (τούτοισι *PRz*) si in genuino textu herodoteo esset, sine dubio esset corrigendum; sed ut jam Valckenarius indicavit, locus spurius est, ut formam illam nostro jure interpolatori tribuamus, qui ε quasi pleonastice adjecto orationem magis ionicam efficere studuerit, qua cum re posteriorum scriptorum ionicorum usus comparandus est cf. Luc. d. dea Syria αὐτέοισι 35. 42. 54 (bis). 58, τουτέοισι 28. 53, τουτέῳ 28, αὐτέῳ 45, τουτέου 48, τουτέων 53 (gen. plur. masc.), αὐτέων 45. 53 (id.); de astrologia: αὐτέοισι 3 (2). 19. 23. 24. 27, αὐτέοις 7, αὐτέου 12 (2), τουτέου 8, τουτέους 9, αὐτέῳ 15. 19 (2). 22, αὐτέῃ 25, τουτέων 3. 6. 9. 10, αὐτέων 4. 17 (2). 20. 27, ἑωυτέων 1.

[24]) quae quidem οι testetur; loci sunt hi: I 11 V 76 I 24. 99. II 139 III 34 VI 1 VIII 19. 49 IX 48 I 29. 46 VIII 34 V 3 I 46. 86. 90. 94. 99. 171 III 44 VII 38 I 210 II 22 II 109. 115 (bis) VIII 93 VII 147 IV 127 III 156 IV 161. 201 V 73. 92, 4 VI 98 VII 41. 49. 104. 160 VIII 112 IX 57.

qua ex proportione ut ex tota Ionismi ratione apparet formas solutas unice veras esse. Contra haec considerari oportet: *ποιοῖ* II 169 *ABPR* (*ποιεῖ Cdz*), *ποιοῖμι* V 106 *AB*[1]*Cd* (*ποιέοιμι PR*), *ποιοῖεν* V 75, *ποιοῖτο* VII 48, *ποιοίη* sive *ποιοῖ* VI 35 omnes libri, *ποιοῖτο* VIII 67 *AB*𝔟, sed *ποιέοιεν* VII 103. 208 VIII 26 IX 104 in omnibus; illic formarum contractarum proportio 6 : 42 i. e. 1 : 7, hic 6 : 4 i. e. 3 : 2 est. Sine dubio ex his vestigiis verum enucleari potest, quod cum illis, quae adhuc invenimus, bene congruit: Iones propter nimiam vocalium cumulationem, cum *εοι* vocalem sequitur, *εοι* in *οι* contrahebant. (Eadem Spreerii (p. 3) sententia est.) — De *οἶκα οἰκώς*, quibus semper pro *ἔοικα ἐοικώς* Herodotus utitur, ad Bredovium p. 144 et Fritschium Stud. VI p. 113 ablego.

§ 9. *εϊ*.

Vocales *ε* et *ι* cum perraro ita congruant, ut quid ex eis fiat, dubitari possit, in dialecto herodotea, ut ratio fert, non contrahuntur; consulto dialectum herodoteam dixi, quoniam e titulis ionicis, etiamsi conjunctio vocalium in eis cernitur, cum diaeresis signum non noverint, nihil, certi constare potest itemque poetarum ionicorum lingua diversa regitur lege. Eorum enim dialectus multo minus genuini Ionismi, quam linguae homericae analogiam sequitur, ut juxta *ἔγχεϊ μακρῷ* Tyrt. 11, 29, *τροχοειδεϊ λίμνῃ* Theogn. 7, *φιλοκέρδεϊ θυμῷ* 199, *νηλέϊ θυμῷ* 1125 pari jure *ζητῶμεν δ' ἕλκει* Th. 1134, *πλήθει* 699 in prima thesi scribi possit (cf. Renner Stud. I 1 p. 227). Apud Herodotum autem, ut qui scriptor pedestris fuerit, semper forma soluta legi debet, quae et universae dialecti rationi consentanea et a grammaticis testata et a plerisque codicibus plerumque tradita sit. Grammatici autem, quibus cur hac in re fidem abrogemus, nulla reperiri potest causa, talia habent qualia Greg. Cor. p. 392: *καὶ τὰς ἄλλας πτώσεις οὐ συνῃρημένας ἀλλὰ ἐντελεῖς ἐκφέρουσιν: εὐτυχέϊ Πολυκράτεϊ Δημοσθένεϊ*, quae regula, ut exempla docent, non solum ad poetas, sed maxime ad Herodotum



spectat[25]), cf. gramm. Meerm. p. 655 § 31. Codices vero ita instituti sunt, ut plerumque *AB* (de quibus v. Stein. praef. p. XXII squ.) formam contractam, omnes ceteri solutam exhibeant, ut de vera forma dubitari nequeat; interdum ut facile fit, codicum ratio paullo diversa est, quod vel *AB* formam solutam vel hic illic alius codex contractam exhibet. Eodem modo *εϊ* servatur, si *α* antecedit: *εὐαέϊ* II 117 (cf. *ἀδαέες* § 3).[26])

Etiam in derivationibus *εϊ* non contrahi uno verbo moneo *Βορυσθενεῒται* IV 17. 18. 78 (bis). 79 (ter) ubi *ABR* vel *ει* vel *ι* habent, ut IV 53 *Βορυσθενεῖται R*, *Βορυσθενῖται* ceteri habent. *κρανέϊνα* VII 92 (*κρανέϊα C*), *ἰτεΐνῃσι* (*ἰτεΐῃσι d*) IV 67 cum his conjungantur.

§ 10.

His rebus pertractatis non incommodum est ea colligere, quae adhuc invenimus. In universum jam nemo dubitabit, quin eae vocales concurrentes, quarum prior *ε* est, ab Ionibus non evitatae sint. Sed quaero num hac in re mirum quoddam Ionum studium vocalium concurrentium conspicitur? Conferamus brevissime dialectos doricas et aeolicas, nam atticam contractionis amantissimam fuisse jam a veteribus intellectum est cf. Greg. Cor. p. 168. 645 *ταῖς συναλοιφαῖς κατακόρως χρῆται*, p. 679 (e cod. Paris.) § 13. *συναίρεσις δὲ ὅταν δύο φωνήεντα συνάπτηται εἰς δίφθογγον καὶ ἀμφότερα φυλάττηται, ὃ γίνεται ἐν τῷ ἔγχει καὶ βέλει καὶ τοῖς τοιούτοις. ἔστι δὲ ἀττική.*

---

[25]) Contra quod p. 426 dicitur: *αἱ διαιρέσεις τῶν εἰς ει ληγόντων ἑνικῶν δοτικῶν Ἰώνων εἰσὶ βέλεϊ ἀντὶ τοῦ βέλει, ἔγχεϊ ἀντὶ τοῦ ἔγχει. Ὅμηρος: ἔνθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδεϊ κ. τ. λ.* homerico exemplo allato ad Herodotum nihil valere potest.

[26]) Pauca exempla sequantur: *Ἄργει* VI 76 IX 34 *AB*, *ἔπει* III 82. 130 *ABPd*, *ἔτει* I 19. 74. 108 III 47. 59. 131 IV 14. 42. 95. 158 *AB*, II 111 *ABd*; *ὀξέι* II 86 in omnibus, *ὀξεῖ* III 8 in *ABd*, *ἐπταπήχεϊ* I 68 in omnibus, *ἐπταπήχει* VI 44. 111 in *AB*, *παχεῖ* II 132 in *ABd*, *βραχεῖ* V 24 *ABr*, VII 46 *AB*, *πελέκει* VI 39. 114 *AB*.

Si rebus minoribus neglectis graviora respicimus, duobus potissimum locis ε cum sequenti vocali congruit: in declinatione stirpium in ς et υ exeuntium et in verborum contractorum flexione (de terminatione -εαι in ceteris dialectis obvia jam dictum est). In illa autem declinatione antiqui certe Dorienses non contrahebant (Ahr. II 233) praeter dativum, ut est in C. I. 16 *Δεινομένεος*[27]), ap. Sophr. 79 *σκότεος*, apud Cretes *τέλεα* C. I. 2556; adde e tabulis heracl. *ϝέτεος* 109. 110. 121, *χαράδεος* 61. 73, *ϝετέων* 103. 104. 117. 178, contra *ϝέτη* 111, e dialecto locrica *ψευδέα ϝέτεα* (Allen Stud. III 237), et cum in aliis regionibus recentiore tempore terminationes contractae proferrentur, e septentrionali Dorismo, potissimum e dialecto delphica, in promptu sunt: *Δαμοχάρεος*, *Λεοντομένεος*, *Καλλικράτεος* W. F. 18, *Δεξικράτεος* 12, 2, *Ἀριστοκράτεος* 12, 4. 13 etc. (contra *ἔτη* 31, 8). — Apud Lesbios rarissime contrahitur: *πλάθεος*, *παντέλεα* in tit. cumano, *Ἀγησιμένεος* ap. Conz. XII *A* 38, *στήθεος ξίφεος λαθικάδεα ἀολλέος* ap. Alc. *εὐάνθεα* ap. Sapph. (Ahr. I p. 116) *ἐμμελέως* S. 54 B.[3], e dialecto arcadica *Ξενοφάνεος*, *ἀφανέος* in tit. teg. v. 38, nota sunt; dialecti boeotica et thessalica aliam ingressae sunt viam (Ahr. I p. 205). — Neque aliter stirpes in υ se habent *τραχέες* Epich. 110; *μελιάδεος* Alc., *ὤκεες* Sapph. 1, 10, *βροδοπάχεες* 65 B.[3] — Verborum autem ratio in aliis dialectis alia est, quippe cum Aeolum consuetudo in tota hac flexione a ceteris aliena sit, cf. tamen theocritea *φορέοισι*, *φιλέει*, *φιλέειν*, *φιλέοντα*, *δοκέεις* (Ahr. I 133), *συντελέη* in tit. cuman. legitur, *γίγνεο ἦρε' φαίνεο*, *θέω* in Sapphus poematis, contra *ἀναγραφῆ ἀνατεθῆ* in tit. lamps. 35, 30 ut apud Herodotum. — Dorienses vero *εε* plerumque vel in *η* vel in *ει*[28]) contrahunt (Ahr. II 201—3. 307) ut *ἀνχωρεῖν κρατεῖν παματοφαγεῖσται* in tit. hypocnem. locr., *ἐγδικαξήται* 129 in tab. heracl., *ἐσσῆται* 138. 151. 160. 163. 177,


---

[27]) De *εο* dorico ab *εο* ionico diverso cf. not. 20.

[28]) Tale *ει* ex *η* sicut *ου* ex *ω* ortum esse pro certo affirmare licet.

καρπευσῆται 159. 161. 166, οἰκοδομησῆται 138. Ahrensii autem opinio, qua a Doriensibus εει semper in ει, εη semper in η contractum esse contendit, refutatur dialecto locrica, quoniam ἀνχωρέει λιποτελέη δοκέη in tit. hyp. v. 27. 14. 39 legatur. εο εω εοι cum apud alios alio modo mutata sint (Ahr. II 207—219) maxime in Doride septentrionali soluta manent (cf. Ahr. II 219, Allen Stud. III p. 238); praecipue dignae, quae commemorentur, formae sunt quales νοέοντες in tit. phoc. (ap. Ross. 81), ποιέω ap. Sophr. 74, ποιέοντες in tit. delph. W. F. 24, 6, ποιέοντα 306, ποιέωντι an. delph. 30, ποιέουσα W. F. 20, 4 al., e quibus etiam Doridem vocales hiantes minime evitasse luce clarius fit. Quare quam maxime sperandum est fore, ut falsissima illa de dialecto ionica opinio a viris doctis tandem derelinquatur. Invenimus enim tres concurrentes vocales Ionibus raro tantum acceptas fuisse. Nam si duplex ε alii cuidam vocali praecedit, semper aut alterum ε hyphaeresi eliditur aut posterius ε cum sequenti vocali contrahitur. Sin vocalium concurrentium prior ι altera ε est, ιεα ιεω quidem manent, sine dubio propterea, quod omnes hi soni satis diverso, ut ita dicam, colore induti, itaque e lege quadam linguae longius patente inter se haud δύσφωνοι erant, ιεε ιεει autem in ιει contrahuntur. Eadem vocalium υ et ο ratio est. αεϊ αεε omnino servantur, contra ηεε in ηει transit. Antecedens diphthongus nullam vim habet ad sequentes vocales contrahendas praeterquam quod, sine dubio propter nimiam vocalium similitudinem, οιεοι in οιοι contrahitur et cum ne simplex quidem εη ab Ionibus adametur, ex οιεη οιη evadit. De εο εου ευ v. § 6. Si posteriores vocales spectas, εα εω εϊ post vocales numquam, εη εοι εει semper, εε item semper, praeterquam post α, contrahuntur. Omnem rationem ex hoc schemate cognosces:

Manet:		ex		fit	
	αεϊ	ex	εεε	fit	εε
	αεε	-	ιεε	-	ιει
	οιεε	-	υεε	-	υει




Manet:				
	ex	ηεε	fit	ηει
	-	οεε	-	οει
οιεει	-	οεει	-	οει
	-	ιεει	-	ιει
ιεα	-	εεα	-	εα
υεα	-	εεαι	-	εαι
	(-	ιεεαι	-	ιη)
	-	εεο	-	εο
ιεω	-	εεω	-	εω
υεω				
οεω				
	-	οιεη	-	οιη
	-	οιεοι	-	οιοι

CAPUT SECUNDUM.

DE ᾰ PRIORE VOCALI.

§ 1.

Iones si omnium ceterorum Graecorum consuetudine amantiores conjunctionum vocaliciarum fuissent, sine dubio in eis vocalium cumulationibus, in quibus ᾰ priore loco est, non offendissent neque dubitassent *ᾰε ᾰει ᾰα ᾰαι ᾰο ᾰοι ᾰω ᾰου* pronuntiare. Cujus rei contrarium factum esse videmus, ut propter clarum sonum, qui inter vocales maximam pronuntiandi operam requirit, *α* cum sequenti vocali conjunctum Ionibus molestissimum fuisse concludere liceat. Duobus enim modis tales vocalium concursus omnes nonnullis vocabulis exceptis, in quibus tamen cur Iones ita egerint, adhuc demonstrari potest, evitantur aut contractione facta aut *α* vocali in *ε* mutato. Itaque cum apud Homerum vel Hesiodum *γήραος* Χ 60, *δέπαϊ* Ψ 196, *γεράων* theog. 393, *κρεάων* h. Merc. 130 non ita raro reperiantur neque minus



νάουσι Φ 196, *ναιετάουσι* Δ 45, *ναιετάων* ζ 245, ο 255, *ἀοιδιάει* κ 227 exstent, tales formae in dialecto neoionica et herodotea non habentur, sed earum in locum *γέρεα κρεῶν νικᾷς τολμᾷ προτιμῶν ὁρῶσι* sim. successerunt; cujus rei, ut omnibus notum est, ne homerica quidem desunt exempla.

Pauca autem de *α* illo in *ε* attenuato praemonenda sunt. Plerique populi indogermanici *a* difficilius pronuntiatu in *e* commodo suo mutarunt, ut mirari non possimus etiam in lingua graeca *e* magis magisque regnare coepisse et in singulis dialectis, in quibus etiam dialectus ionica numerari debet, priores fines longe excessisse. Quaeri tamen potest, quomodo *ε* in *κέρεος κέρεϊ κέρεα* et in *ὁρέω ὁρμέω ἀρτέω* sim. explicandum sit, utrum *κέρεος* ex *κέραος κέρεα* ex *κέραα ἀρτέω* ex *ἀρτάω ὁρέω* ex *ὁράω* propter sonorum molestiam orta sint an *κέρεος* analogiam vocum *γένεος ἔπεος* al. sit secutum, *ὁρέω ἀρτέω* autem omnino non verbis in *αω*, sed in *εω* exeuntibus sint attribuenda. Res non ita facilis est, quae ad liquidum perducatur, neque ad unam omnia dijudicari posse regulam credendum est.

De stirpibus in *-ας -ες* attica dialectus multa nos docet, in qua contractione facta *κρέως γήρως κέρως*, sed *βρέτους βρέτει βρέτη* (apud Aeschylum) usu veniebat. Quid? cur non *βρέτως βρέτᾳ βρέτα*? Num haec dialectus contractionis amantissima in eis vocibus *αο αα* modo contrahebat, modo, id quod ab ejus more alienum est, *α* in *ε* mutabat et tum demum contrahebat? Vix credam, sed existimo jam ab initio stirpes in *-s* exeuntes artissimo cognationis vinculo inter se conjunctas in retinendo et derelinquendo pristino *a* variasse, et ita quidem, ut jam antiquo tempore **κέρεσος* praeter **κέρασος*, **γέρεσα* juxta **γέρασα* stare potuerint. Plerumque res ita se habebat, ut nominativi quidem locum antiquius *-as* obtineret, ceterorum autem casuum ratio eadem esset atque vocabulorum in *-ος*; quamquam igitur nominativi *βρέτας οὖδας* usu veniunt, tamen *βρέτεος οὔδεος*, formae unice usurpatae, ex *βρέταος οὔδαος* prodiisse

non credendae sunt, ut quarum stirps jam antiquissimo tempore in **βρετες* **οὐδες* transierit (cf. *vak-as* *ἐπ-ες*, *sad-as* *οὐδ-ες* et *οὐδ-ας*). Cur autem nominativus antiquum *α* retinuerit, explicare difficillimum sit; sed nemo adhuc aperuit, quae fuerit causa, cur *κρέας* *γένος* *σαφές* juxta exstent. — In nonnullis vocibus stirpes in *-ες* et in *-ας* prorsus aequo jure fuisse videntur; nam *κνέφους*, quod apud Aristophanem (Eccles. 291) legitur, cum in Odyssea *σ* 370 *κνέφαος* habeatur, non hoc posterius est, sed antiquum **sknapas* (Grdz.[3] 657) et in *κνεφας* et in *κνεφες* transiit, qua ex divisione posteriores formae explicandae sunt. Eodem modo ex **karas* et *κερας* et *κερες* factum est, ab illo formae homericae, ab hoc neoionicae (cf. etiam *κερεαλκής* Ap. Rh. 4, 468, Callim. Dian. 179) ortae sunt. Minime igitur nego his in stirpibus *α* in *ε* attenuatum esse, sed id nego hanc extenuationem propter sequentem vocalem esse factam.[29]

Facilius altera quaestio de verbis contractis, quae vulgo dicuntur, absolvitur. Haec derivativa omnia antiquissimo tempore in *-ajâmi* exiisse hoc tempore vix erit qui infitietur. In lingua graeca *a* aut servato aut in *ĕ* aut in *ŏ* mutato et *â* in *ê* variato *-ajêmi* *-ejêmi* *-ojêmi* orta sunt, e quibus verba in *αω* *εω* *οω* derivantur (cf. praecipue Curtii Stud.

---

[29]) Formae herodoteae huc revocandae hae sunt: *γέρεα* II 168 III 42 IV 162. 165. VI 56. 57 VII 29. 104 VIII 125 IX 26, *κέρεα* II 38. 74 IV 29 (ter). 183. 191. 192 (bis) VI 50. 113 VII 76. 126, *κέρεϊ* IX 102 (*κέραϊ* *Rz*), *κέρεος* VI 111 (*κέρεως* *C*, *κέρως* *z*) IX 26 (bis), *κερέων* II 132 IV 183, *τέρεος* VIII 37, qua forma fretus Bredovius p. 259 *τέρατος* II 82 in *τέρεος* mutari vult; viro docto assentiri nequeo; probarem sane ejus sententiam, si *τέραος* *τέρεος* ex *τέρατος* factum esset, quoniam his in vocibus multo antiquiorem praeter recentiorem formam simul usurpasse Herodotum vix credi posset. Sed formae inter se omnino diversae sunt, cum *τέρεος* ad stirpem *τερες*, *τέρατος* ad *τερατ* redeat; cur autem Iones his stirpibus non simul uti potuerint, cum etiam *πλέους* *πλέω* i. e. **πλέοσες* **πλέοσα* juxta *πλέονες* *πλέονα* apud eos usu venerint, non intellegitur; cur cum neque Dorienses neque Attici heteroclisi abstinuerint, Iones tam severis astrictos fuisse legibus credi debeat?



III 279 squ., Verb. 352—357). Sed fluctuabat in his mutationibus cum universa lingua graeca, tum singulae dialecti; idem verbum in ipso communi sermone (cf. Lobeck. rhem. 163—172) modo in *αω* modo in *εω*, rarius modo in *εω* modo in *οω* exit, et etiam magis dialecti inter se variant. Sic in dialecto lesbiaca est *ὄρημι*, *ποθόρημι* Theocr. VI 22. 25, *ὀρεῦσα* III 18 V 86 VI 31, *ὀρέοντι* Alcm. 87 B.[3], *ὁρμιόμενοι* in tit. cret. 3049. 3058, *τιμοῦντες* in tit. rhod. 2525 b. 10, *ἐπιτειμέοντες* in phoc. (apud Ross. 81) (cf. Ahr. II 310). Accedunt e titulis delphicis *συλέω* W. F. 24, 13. 25, 5, *συλήοντες* 435, 10. 442, 12 (sed *συλάσαι* in tit. locr., *συλάσῃ* W. F. 7), *ἐπιτιμέω* an. delph. 4, 15. 49, 9, W. F. 38, 7. 303, 8, *ἐμιτιμῆν* quoque W. F. 304, 12. 427, 12 fortasse huc trahi potest. Tales fluctuationes et e diversis stirpibus substantivorum, a quibus haec verba derivata sunt, et ex analogia quadam aliorum verborum explicari possunt (cf. Curt. Verb. 350 squ.); nam ne credamus Doridem verba in -*αω* aversari, multa nos prohibent. Sed aliter in dialecto ionica quippe *εο εω* vocalibus *αο αω* longe praeferenti res se habet, in qua haud raro propter ipsam vocalium *αο αω* molestiam ea verba in analogiam vocum in *εω* transiisse videntur. Quod in omnibus illis verbis factum esse prorsus planum est, quae *αε αει* in *α ᾳ* contrahunt, sed *αο αω αου* loco vocales *εο εω εου* substituunt. Tamen ne nimium huic rei spatium tribuatur, cavendum est. Quare Curtio assentiri non possum, qui l. l. tale quid in hippocrateo *οἰδεόντων* (cf. *οἰδεόντων* Her. III 76. 127) factum esse statuit; legitur enim *ᾤδεε* ε 455, *ἀνοιδέει* Her. VII 39, *οἰδέει* ap. Hipp. (cf. *οἰδίσκεται* Bred. p. 381) quae ex ionico more, si ab *οἰδάω* derivanda essent, in *ᾤδα ἀνοιδᾷ* contraherentur. Numquam enim propter faciliorem pronuntiationem *α* ante *ε* vel *ει* in *ε* mutatur; fuit igitur verbum *οἰδέω* non *οἰδάω*. Idem non dubitaverim *ἐμπιπλεῖ* VII 39 (*ἐμπιπλέει* melius *R*) non ex **ἐμπιπλάει* quasi radix *πλα* esset, sed a radice *πλε* derivare, quam juxta *πλα* usitatam esse e doricis *πίμπλη* Sophr. 49, *ἐνέπλησαν* id. 30, *πλῆθος* in tit. rhod. 2525 b.

2905, corcyr. 1839, e boeotico *πλεῖθος* C. I. 1569 a III (Ahr. II 131) concludere possumus. *καταμαργέω* III 125 vocis *μαργός* denominativum non e *καταμαργάων* natum est, sed *μαργέω μαργέεις μαργέει* formatur; in *ἀρτέεσθαι* autem ne lenissimum quidem vestigium antiquioris cujusdam *ἀρτάεσθαι* reliquum est cf. VII 142 VIII 81 IX 42 IV 68 al. Haec igitur cum herodot. *ἀντιόω* = *ἀντιάω*, *μαστιγέω* = *μαστιγόω* comparari possunt. Sed in universum dici potest verba in *αω* exeuntia, quando apud Iones in *εω* exierint, propter vocalium *αο αω αου* molestiam mutata esse.

§ 2. De ᾰ ante vocales servato.

In § 1 dixi non saepe *α* ante vocales servari et quando servetur, certam fere causam enucleari posse. Et primum quidem eae voces huc pertinent, in quibus digammi apud Homerum adhuc exstantis vis tanta erat, ut tempore herodoteo nondum *α* cum *ε* vel *ει* conjungeretur. Et consuetudine epica, qua talia soluta manebant, et lenissimo in pronuntiando digammi vestigio hoc effectum esse videtur; quamquam in aliis vocibus apud Homerum item digammo instructis contractio facta est. Prorsus certam igitur regulam neque hic neque in *ο* cum sequenti vocali conjuncto invenire poterimus, cum hac potissimum in re singulorum scriptorum consuetudini neque minus variabili linguae usui aliquantum tribuendum sit.

In commissura verborum *α* et *ε* concurrunt in *πενταέτης* I 136 (bis), *εἰκοσαέτης* I 136, *τετραέτεα* IV 187 (quamquam mutato accentu *πεντετηρίς* III 97 IV 94 VI 111, cujus loco *πενταετηρίς*, etiam posterioribus usitatum, facile reponere potes) cf. homerica *πενταϝέτηρας* *B* 403, *ὀϝέτεας* *B* 765. — Plerumque autem *αε αει* in initio vocabulorum concurrunt, ita quidem, ut *α* aut privativum aut protheticum, quod vocatur, sit. *ἀέκων* (Grdz.[3] p. 130), quod apud Homerum semper usu venit[30]) et ne ab atticis quidem scriptoribus alienum est

[30]) Olim legebatur *τῷ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην*, (cf. Spitzner *E* 366),



(cf. Soph. Tr. 1263, Aesch. Suppl. 40), Herodoto a Dindorfio et Bredovio p. 192 semper et ubique restitutum est, quae correctio etiam a Steinio est recepta. Tam saepe enim forma soluta traditur (I 35. 45 II 65 (bis). 131. 162 III 88 V 30 VII 222 VIII 10. 80 IX 111) ut II 120 IV 120. 164 *ἄκων* mutari debeat. Neque minus saepe *ἄεθλον ἀεθλέω* etc. (Grdz.[3] p. 234) servatur, quamquam jam apud Homerum hic illic forma contracta reperitur (*Θ* 610 *H* 153 *O* 30 I 124 *Λ* 699). Sunt autem haec exempla herodotea: I 31. 42. 67. 126 II 91 IV 10. 43 (bis) V 8 (*ἆθλα ABd*) 22 VI 92 (*πένταθλον R*) VII 197. 212 VIII 26 (bis). 93 IX 33 (*πένταθλον R*) 75. 101, *ἀέξειν* III 80 (Grdz.[3] 375).

Quae cum ita sint, mirandum est *ἀρθείς ἀρθέντες* multo saepius codicibus testata esse quam *ἀερθείς ἀερθέντες*. In omnibus enim libris formae contractae leguntur: I 90. 212 V 81. 91 VI 132 VII 9, 4. 38. 181 IX 49, contra *ἀερθείς* I 165. 170 (in q; cet. *αἱρεθέντες*) IX 52, ut in hac forma per se spectata omne digammi vestigium evanuisse videatur eodem modo ut in *ἀργός* III 78 V 6 (cf. *ταλαϝεργός Ψ* 654, *ἀϝεργός* Hes. op. 305. 312. 418, Theogn. v. 1177, sed 584 *ἀργά*; *ἀργός* Hippon. fr. 28: *χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός*). Sed huic formae constituendae praesens aliaque vocis *ἀείρειν* tempora adhibenda sunt, e quibus, ut ratio quoque fert, Herodotum plenioribus usum esse formis perspicuum fit. Omnes libri *ἀείρω* vel similia terdeciens praebent: I 204 II 125 III 144 IV 150 VII 143. 156. 212 VIII 94 VI 44 VII 101. 209 VIII 140, 1 VIII 56; *αἴρω*, quod praeter *P* 724 apud Homerum non habetur, testantur ter VIII 57. 60 IX 107, vel *αἰ-* vel *ᾳ-* vel *ἀ-* quater I 87. 90 II 162 IX 107; semel VII 132 *CPdqz ἀειράμενος, AB αἰρ-, R ἀρ-* exhibent; semel IX 79 ex solorum *AB*, semel VI 14 ex solius *R* scriptura *αἰρ-* exhibetur. Quapropter Bredovius Dindorfius Steinius pleniorem formam solam hero-

---

nunc autem aut cum Heynio *ἀέκοντε* aut cum Bekkero *ἀϝέκοντε* scribitur; *ἄκων* primum exstat in h. Cer. 413: *ἄκουσαν δὲ βίῃ*.

doteam esse statuerunt, quod, quamquam in tit. ephes. C. I. 2953, a Kirchhoffio (Studien z. G. d. gr. A. p. 11) medio saeculo quinto attributo, ἐπάρας ἐπάρῃ reperitur, itemque in mitiore Hippocratis Ionismo formae contractae praevalent: ἐπαίρει Co. 165, ἐπῆρται 294, ἐπαίρηται 413, ἐπαιρόμενα *EI* 178, ἐπήρθη 194, ἀρθῆναι *AAL* 6 (Renner I 1. 189), jure fecerunt, cum analogia vocabulorum ἀείδω ἄεισμα deciens[31]) exstantium (Grdz.³ p. 232) et verborum ἀεικείη (Grdz.³ p. 609) I 73. 115 III 160, ἀεικές III 24. 33 VI 98 VII 13 etiam ἀείρω solutum poscat.

Ut apud Homerum Δ 142 Κάειρα sic apud Herodotum usu venit Καείρης I 92, Καείρας I 146 V 88 cf. Eust. Il. p. 456, 10.


In nonnullis vocibus usus loquendi fluctuabat, cum ἀοιδοῦ I 24, ἀοιδήν I 202, ἐπαοιδή I 132, ἀοίδιμος II 99. 135, sed quae omnes intacta reliquerunt χρησμῳδέων VII 6, κιθαρῳδός I 23, συνῳδός V 92, 3 traditum sit. ἀοίκητος quod in *ᾤκητος omnino contrahi non poterat, II 34 V 10 legitur.

Minoris momenti est, quod verbo tantum commemoro, αϊ solutum velut in προεξαΐσσοντες IX 62, ἀπεματάϊσε II 162 et αη quod in hisce verbis contractioni ipsa natura resistit: δεδάηκε II 165, ἀδαήμονα VIII 65, κατεκάη II 180 IV 79, ἀηδέστερον VII 101. Praeter haec solum αο, cum nonnulla nomina propria et homericum γήραος III 14 omittantur haud inepte, in terminatione secundae pers. aor. prim., quem dicunt, medii solutum manet velut ἐξεργάσαο I 45, κατεχρήσαο I 117, ἐργάσαο II 115 V 106 VII 46 deciens sexiens.[32]) Ea terminatio propterea in ω non coiisse videtur, quod et analogia imperfecti velut ἐγένεο ἐργάζεο et pleniorum terminationum verbalium velut εαι in καυχήσεαι al. usus -αο requirebat et quod α signum aoristi tam proprium esse vide-

---

[31]) I 24 (bis). 132 II 48. 60. 79 (ter) IV 35 VII 191.

[32]) Praeter allata III 32. 62. 120 V 18. 106 VII 103 VI 129 VII 12. 15. 29. 52.



batur (ἐϱγασάμην, ἐϱγάσατο, ἐϱγασάμεϑα), ut etiam in secunda persona retineretur. Adde quod in nonnullis verbis -σο integrum remansit ἐπίστασο VII 29. 209, ut Iones semper aoristicum ο cum hoc -σο cohaerere sentire potuerint.

Levius est ἀείναος I 92. 145 (Grdz.[3] 297), quod in ἀείνως apud solos Atticos (Arist. ran. 146 καὶ σκῶϱ ἀείνων) contrahitur et in ἀείνεος propterea attenuari non poterat, ne cum ἀεὶ νέος (ἀεινέος) satis diversae notionis vocabulis confunderetur.

§ 3. De α ante vocales in ε attenuato.

Cum κέϱεος et quae sunt similia huc revocari non posse supra exposuerim et pauca alia, quae fortasse quispiam hic a me allatum iri exspectet velut μνέαι μνέας sim. alio loco tractaturus sim, praeter verba contracta relinquuntur formae nonnullae verborum in -μι exeuntium, quorum in radice breve α apparet. Cum in verbis qualia sunt ἐπίστασϑαι δύνασϑαι, cum α vocali stirpis terminatio quaedam a vocali incipiens (praeter -ᾱσι) conjungitur, α in ε mutatur, quod euphoniae causa factum esse nemo negabit. Ante omnia tert. pers. plur. praes. imperf. commemorandae sunt, in quibus -αται -ατο (pro *-ανται *-αντο) cum stirpe conectitur. ὑπανιστέαται II 80, ἀπιστέαται II 113, ἐπανιστέαται III 61, ἀπιστέατο II 162, ἐπανιστέατο IV 80, ἐξανιστέατο V 61, κατιστέατο VIII 12, ἐξεπιστέατο II 43, ἠπιστέατο II 53. 173 III 66 (bis) V 73 VI 44 VIII 5. 25. 88. 97. 132, ἐπιστέαται III 2. 103 IV 174, δυνέαται II 142 IV 30, ἐδυνέατο IV 110. 114. 185 VII 211 IX 70. 103, ἐπιμπλέατο III 80, ἀναπεπτέαται IX 9 (i. e. ἀναπέπτανται).[33]) Eodem referendum est ἐπιστέωνται III 134 ab

[33]) Terminationum -αται -ατο locum in verbis thematicis non esse, itaque formas velut κηδέαται I 209 II 67. 47, ἐγενέατο II 166, πεϱιεγενέατο I 124 etc. prorsus damnandas esse praeter Dindorfium p. XXVII

omnibus libris traditum, itemque eo pertinerent *δυνεώμεθα* IV 97 in *ABC*, *δυνέωνται* VII 163 in *R* exstans, si vere herodotea essent; sed cum *δύναιντο* VI 44, *δύνηται* VI 125, *δυνώμεθα* VIII 143, *δύνωνται* IX 11 sim. demonstrent conjunctivum et optativum hujus verbi contractas formas non habuisse, Steinius recte fecit, quod contra Bredovium p. 400 *ἐπιστέωνται* (cf. *ἐπιστέαται*) retinuit, *δυνεώμεθα δυνέωνται* rejecit.

Iones autem ut in medio *-αται* ita in activo *-αντι*, *-ᾶσι* usurpasse omnino negandum est; contrarium Atticis faciunt, qui in activo *τιθέασι διδόασι* pleniore, in medio *τίθενται δίδονται* breviore terminatione usurpata proferunt. *τιθεῖσι* enim et *διδοῦσι*, quae non, ut olim opinio ferebat, ex *τιθέασι διδόασι* contracta, sed ex *τίθεντι δίδοντι* nata sunt, sola apud Herodotum genuina sunt (cf. Bred. 393. 401), quare, cum apud Atticos *ἱστᾶσι* ex **ἱστάασι* ortum esse veri simile sit, apud Iones *ἱστᾶσι* (melius *ἵστασι*) ex *ἵσταντι* derivari debet. Fallitur igitur, si quid video, Curtius, quod (Verb. p. 70) *ἱστέασι* formam ionicam esse existimat; nam *ἱστᾶσι* et semper praeter V 71 (*ἀνιστέασι*) traditum est et analogia verborum *τιθεῖσι διδοῦσι* commendatur.

In his formis spirans extrita non est, cum jam ab initio *α*, quod in stirpe et *α* quod in terminatione habetur, concurrerint. Sed in *ἐξεπίστεαι* VII 104. 135 primum *σ* evanuit, tum *α*, quod neque juxta *α* neque juxta *αι* stare potuit, attenuatum est *ἐξεπίστασαι* **ἐξεπίστααι ἐξεπίστεαι*. Praeter *ἐπίστεαι ἐπίστασο* VII 29 usu venire is non mirabitur, qui quomodo universa lingua graeca hac in re fluctuaverit, secum reputabit (cf. Curt. Verb. 84—86), quare cum L. Dindorfio (in thes. III p. 1793 A) et W. Dindorfio (praef. XXVIII) *ἐπίσταο* scribere cum supervacaneum tum falsum est, quoniam, ut Bredovius p. 321 bene monet, **ἐπίσταο* apud Herodotum stare non potuit, sed in **ἐπίστεο* mutandum erat.

---

luculenter Abichtius in Phil. XI 275 demonstravit cf. etiam Stein. praef. LI.

§. 4. De α cum sequenti vocali contracto.

Ut quod proxime cum antecedenti paragrapho conexum est, prius tractem, αο αω praeter verba contracta jam allata contrahitur in stirpibus vere in -ας exeuntibus velut in κρέας cf. κρέως II 41, κρεῶν I 59. 73. 119 (bis) II 37. 47. 168 III 18. 99 IV 61 (ter) (sed ne βούκερων II 41 sim. huc revoces, accentus monet cf. Brugman in Stud. IV 161 squ.) dein in nominibus illis propriis Συλοσῶντι Συλοσῶντος III 139, Συλοσῶν III 139. 140. 141 al. Εὐρυφῶντος, nisi fortasse hoc ad -φοϝων retrahendum est (cf. Brugman Stud. IV 157, Mangold VI 201) postremo fortasse σῶς I 24 III 124 IV 76, quod ex σόος contractum esse nequit (cf. Herodian. I 403, 21 II 53, 29) ex σῶος potest (Stud. IV 155 sqq. VI 198).

ᾰ cum ᾱ concurrit in 3 ps. pl. perfecti a verbo ἑστάναι formati, quae forma utrum ἑστᾶσι an ἑστέασι scribenda sit, dubitari potest et dubitatum est, quoniam per se utramque stare posse patet. Dindorfius p. XXXVIII semper ἑστέασι scribi vult nulla addita causa, quae tamen sola ea videtur fuisse, quod Iones vocales solutas magis quam contractas adamasse putabat. Bredovius contra p. 398, quocum Steinius in ed. crit. facit, semper ἑστᾶσι exhibet tribus de causis: primo propter analogiam formae ἱστᾶσι, quae analogia prorsus nulla est, cum ἑστᾶσι ex ἑστέασι, ἱστᾶσι autem ex ἵσταντι ortum sit; dein propter grammaticam rationem herodoteam, ex qua „vocales αα non nisi in ᾱ transire possunt"; sed haec lex omnino ficta est, cum in hac sola forma αα concurrant praeter ἐπιστέαται similesque formas, in quibus adversus hanc ipsam legem bredovianam αα in εα transierunt; postremo propter codicum auctoritatem, quae causa re vera causa dici potest. ἑστᾶσι enim in omnibus libris legitur deciens septiens: I 14. 51. 199 II 26. 63 (bis). 83. 91. 124. 127. 130 (bis). 149. 170. 176 IV 15 VIII 121, ἀπεστᾶσι I 155, ἐνεστᾶσι I 179, ὑπεστᾶσι II 153, διεστᾶσι VIII 98, κατεστᾶσι I 200. Contra κατεστέασι I 196 (sic

CP, κατεστέαται cet.), II 70 (κατεστεᾶσι *z*), 84 (κατεστεᾶσι *C*), IV 162 (κατεστεᾶσι *d*), ἀνεστέασι III 62. Quocirca sana via et ratio postulat, ut Herodotum semper ἑστᾶσι scripsisse statuamus, quamquam ἑστέασι genuina forma ionica esse potest; in codicibus autem κατεστέασι ex incredibili et valde inepta posteriorum consuetudine ε, ubi fieri possit, in voces ionicae verborum speciei causa inserendi procreatum est, quae consuetudo monstra illa αὐτέων τουτέων (masc.) τουτέοισι sim. peperit (cf. not. 22). Sine dubio autem, quamvis ἵ-στέ-αται dicatur, ἑστᾶσι non ἑστέασι ea de causa pronuntiabatur, quod in illa forma alterum α breve, in hac longum est; ᾰᾰ enim multo facilius in εα mutari poterat, quam ᾰᾱ, qua in vocalium conjunctione contractio ipsa vocis et linguae natura commendatur.

αε αει, nisi spirante quadam posteriore demum tempore extrita incontracta manent, semper in verborum quidem conjugatione contrahuntur neque umquam apud Herodotum in εε εει transeunt. Rem simplicissimam accuratius tractare vix opus esset, nisi apud eos scriptores, qui Ionum dialectum affectabant, formae quaedam exstarent, quales sunt φοιτέεις ap. Diog. Laert. I 43 (Thaletis fragm.??), ὁρέει Luc. d. d. S. 30 (ib. ὁρῇ i. e. ὁρᾷ(!!) 31. 32. 48) ἐσορέῃς ib. 33, ὁρέεσθαι de astr. 21, προσεδόκεε ap. Aret. p. 78 A, μηχανέεσθαι p. 75 A. Hae formae non magis verae sunt quam αὐτέοισι, τουτέου al. neque ullo modo vel ab Ionibus pronuntiatae vel ab Herodoto scriptae esse putandae sunt. Quamvis enim α nonnumquam ante ο ω ου in ε transiisse putaveris, hoc etiam ante ε ει factum demonstrari non potest. Quantopere autem ei errent, qui ex his scriptis aliquem fructum emendandi textus herodotei exspectant, ex hac sylloga e Luciani libellis de dea Syria et de astrologia carptim petita colligi potest (cf. not. 22 et quae modo attuli ὁρῇ juxta ὁρέει sim.): ἱερέων I 4. 36. 39, βασιλέων 39, ἱρέες 13. 31 (τοκέες de astr. 20); sed βασιλῆος 4. 17, βασιλῆα 20. 23, juxta ἐσαγγελέος 25 (Ὀρφέος d. astr. 10, Ἀστρέος ib. 12), Ἀχιλλέως 40, Νιρέως 40; οἰκήσιος d. astr. 3, κινή-

In his igitur formis *ᾰᾰ ᾰαι* in *εα εαι* mutantur. *ᾰο ᾰω ᾰου* autem in compluribus verbis contractis in *εο εω εου* transiisse putantur, plerumque vero in *ω* contrahuntur. Ea quaestio de verborum in *αω* formis instituenda tam intricata tamque difficilis expeditu est, ut nemo adhuc rem prorsus absolverit.[34]) Incredibili codicum fluctuatione, cum praesertim alia adjumenta, quibus nixi rem ad liquidum perducere possimus, omnino fere desint, numquam credo quam ipse Herodotus secutus sit rationem, in aperto erit. Priusquam autem, quid hac in re veri simile sit, quid non, ipse, multum a ceteris, qui eam quaestionem tractarunt, recedens, exponam, codices quid re vera[35]) tradant, narrabo, quamquam quod Dindorfius de universa codicum ratione dixit, ad hanc potissimum pertinuisse quaestionem videtur: „qui sola auctoritate codicum regi judicium suum patiuntur, perinde faciunt, ac si quis tesserarum jactu decernendum esse contendat, quibus quoque in loco vocabulorum formis usus esse putandus sit Herodotus."

Primo tredecim verba sequantur, in quibus codices fluctuant, ita tamen ut formae contractae longe praevaleant:

1. *καταρέονται* II 39 *Pz*, *καταρέωνται C*, *καταρῶνται* ceteri. *ἀρέομαι* III 65 *Pz*, *ἀρέωμαι C*, *ἀρῶμαι* cet. (*ABRd*), sed *ἀρώμενοι* I 27, *ἠρῶντο* VIII 94 omnes.

2. *κοιμέονται* II 95 *Pz*, *κοιμέωνται C*, *κοιμῶνται* cet. *ἐπικοιμέονται*[36]) IV 172 *Pd*, *ἐπικοιμέωνται Cz*, *ἐπικοιμῶνται* cet.; sed *κοιμώμεθα* I 9, *συγκοιμώμενος* III 69, *κοιμῷτο* III 68 omnes.

3. *τιμέωσι* II 50 *CPz*, *τιμῶσι* cet., *τιμεόμενος*

---

[34]) Plurima profecit Lhardyus, quamquam haud sufficienti apparatu critico usus, in praeclara dissertatione „de conjugatione verborum in *αω*, quaestionum de dialecto Herodoti caput alterum 1846".

[35]) Bredovii commentatione (p. 382—391) nemo jam uti poterit, cum et codicum scripturae falso sint exhibitae et perversae de formarum origine opiniones ibi proferantur (cf. p. 383. 384. 385).

[36]) Qui codices *ἐπικοιμῶνται* qui *ἐπικατακοιμῶνται* scribant, hac in quaestione nihil interest.

V 20 *P*, τιμεώμεος *Cdz*, τιμώμενος cet. π ρ ο τ ι μ έ ω ν τ ε ς II 37 *C*, προτιμῶντες cet. ἐ π ι τ ι μ έ ω ν VI 39 omnes. τ ι μ έ ο ν τ ε ς V 67 *Pd*, τιμέωντες *Cz*, τιμῶντες cet.; sed τιμῶσι I 134 II 29, ἐτίμων V 67 IX 25, τιμῶνται III 154, τιμώμενος VI 52, προτιμῶν III 21, τιμῶσαν VI 52, ἐπιτιμῶν IV 43, τιμῷτο III 154 omnes.

4. δ α π α ν έ ω ν τ α ι II 37 *CPz*, δαπανῶνται cet. (*ABRd*).

5. π λ α ν έ ο ν τ α ι II 41 *Pz*, πλανέωνται *C*, πλανῶνται cet.; sed πλανώμενος IV 9 II 115. 133. 180 VI 37 omnes.

6. ἁ μ ι λ λ ε ώ μ ε ν ο ς IV 71 *R*, ἁμιλλώμενος cet. (*ABCPd*).

7. φ υ σ ε ό ν τ ω ν[37]) IV 2 *Pdz*, συφεόντων *C*, φυσώντων *ABR*, φυσεύμενος IV 2 *P*, φυσεώμενος *Cdz*, φυσώμενος *ABR*.

8. μ ν ε ώ μ ε ν ο ς I 96 *CPz*, μνώμενος cet. (*ABRd*); sed μνώμενος I 205.

9. κ τ έ ο ν τ α ι III 107 *P*, κτέωνται *Cdz*, κτῶνται *ABR*, ἐπικτέονται II 79 *P*, ἐπικτέωνται *Cz*, ἐπικτῶνται *ABRd*, προσεκτέωντο III 74 *Cz*, προσεκτέοντο *Pd*, προσεκτῶντο *ABR*; sed κτῶνται I 135 III 98. 105. 110, προσεπικτώμενος I 29, π ρ ο σ κτώμενος III 134, παρακτώμενος IV 80 omnes, nisi quod III 98 Aldina κτέωνται.

10. δ ι α σ μ έ ο ν τ ε ς II 37 *P*, διασμέωντες *C*[1]*z*, διασμῶντες cet.; sed ἐξέσμων III 148 (ἐξέσμον *R*).

11. τ ε λ ε υ τ έ ο ν τ α ς III 38 *CPz* Cels., τελευτῶντας *ABRd*; sed τελευτῶντος I 24. 139 II 148, τελευτῶσι I 139. 148 IV 117 IX 102 (bis), τελευτῶν III 65. 73. 75 V 67, ἐτελεύτων VII 123.

12. π ε ι ρ ε ό μ ε ν ο ς I 46b, πειρεώμενος *Pdz*, πειρώμενος *AC* (om. *R*); III 73 IV 3 -εό- *P*, -εώ- *Cdz*, -ώ- *ABR*; VII 211 -εό- *P*, -εώ- *z*, -ώ- cet., ἀποπειρεόμενος III 128 *CP*, -εώ- *dz*, -ω- *ABR*; sed πειρώμενος I 9. 86 V 62 (bis) VII 176 VIII 89. 107 IX 40, ἀποπειρώμενος VII 196 VIII 67, ἐπειρῶντο IV 203 V 20. 85 VII 139 IX 26. 33. 53, πειρώμεθα (conj.) VIII 100, πειρῶνται II 95,

---

[37]) Differentiam inter φυσεόντων et φυσσεόντων non curo.

πειρῶ VIII 57. 143, *ἐκπειρῷτο* III 135, *πειρῷτο* VIII 108, *πειρῴατο* IV 139 VI 138 I 68 (e conj. Schweigh.).

13. *προσδοκέοντας* VII 156 *CPdz*, *προσδοκῶντας* *ABR*; sed *προσδοκῶν* VII 235, *προσδοκώμενοι* IX 48 *C*, ubi ceteri *προσδεκόμενοι*.

Vide jam horum tredecim verborum rationem; plerumque forma contracta exhibetur, sed hic illic vel forma in *-εο-* vel in *-εω-* irrepsit, ita tamen ut *ABR* formas contractas, *PC* alias formas, et *P* quidem formas in *-εο-* *C* in *-εω-* exhibeant. Eximendum est *ἐπιτιμέων* VI 39, qua in forma omnes consentiunt. Steinius semper cum *ABR* facit, uno *τελευτέοντας* III 38 propterea excepto, quod etiam Celsi codices cum *PC* consentiunt. Hoc loco haec sufficiant. Sequantur haec: 14. *κομέουσι* IV 180 *Pz*, *κομέωσι* *Cd*, *κομῶσι* *ABR*; sed *κομῶσαι* IV 168, *κομῶντες* I 82. 195 omnes; *κομέουσι* II 36 *ABPC*, *κομόουσι* *R*, *κομόωσι* *d*, *κομόωσι* IV 191 omnes praeter *R* (*κομῶσι*) quo loco, ut VII 11 *ἠγορόωντο* (*ἠγορῶντο* *AB*[1]), Steinius *κομόωσι* quippe quae forma homerica sit, retinet. Nullo modo hoc concedi potest, cf. quae in prooemio dixi; certe quomodo talia a librariis homerici coloris studiosis oriri potuerint, e loco II 36 apparet, quod *R* et *d* traditum *κομέουσι* in epica *κομόουσι* *κομόωσι* mutant. Nihil autem impedit, quominus idem ab archetypi librariis factum esse statuamus cf. ipsius Steinii praef. XLIX.

15. *τολμέω* VIII 77 omnes; sed *τολμῶντες* IV 150 VII 10 omnes.

In his igitur duobus verbis valde fluctuatur; sed si formae numerantur, a ratione codicum formae contractae plus auctoritatis habent; tamen Steinius formas solutas scribit.

16. *ἐμηχανέοντο* VIII 7 omnes praeter *d* (*ἐμηχανῶντο*), *μηχανεόμενος* VII 172 *P*, *μηχανεώμενος* *Cdz*, *μηχανώμενος* *ABR*, VII 176 *-εό-* *P*, *-εώ-* *Rdz*, *-ώ-* *ABCd*, *ἐμηχανέοντο* VII 172 *CP*, *-έω-* *dz*, *-ῶ-* *ABR*, *ἀντεμηχανέοντο* VIII 52 *PR*, *ἀντεμηχανῶντο* *ABC*𝔟; sed

μηχανῶνται I 60 (bis) III 11, *μηχανώμενος* II 121, 5 III 15 IV 154 V 37. 62, *ἐπιμηχανώμενος* VI 91, *ἐμηχανῶντο* VI 133, *μηχανῶ* III 85, *ἐμηχανῶ* VIII 106; *ἐμηχανέατο* V 63, *μηχανοίατο* VI 46 jure ab omnibus nunc mutantur.

Habes igitur in omnibus libris formas contractas duodeciens, semel (praeter *d*) formam solutam; fluctuant codices quater, ita ut bis *ABR* -*ω*-, *CPdz* -*εω*- vel -*εο*- (semel -*εω*- *Cdz*, -*εο*- *P*, semel -*εω*- *dz*, -*εο*- *CP*) bis *ABCd* -*ω*-, *PRz* -*εω*- -*εο*- praebeant. Steinius tamen omnibus locis praeter *μηχανῶ ἐμηχανῶ*, quorum ratio diversa est, formas solutas scribit.

Intricatior etiam quaestio de verbo *ὁρμᾶσθαι* est.

17. *ὡρμῶμεν* quidem VII 209 in omnibus est, *ὡρμῶντο* VII 88 in *ABR*, *ὡρμέωντο Cz*, *ὡρμέοντο Pd*, sed participii ratio non ita simplex est. *ὁρμεόμενος* I 41 in omnibus (*ὁρμεώμενος* Aldina) I 167 in omnibus praeter *C*, qui *ὁρμεώμενος*. Quater *ὁρμώμενος* in omnibus praeter *Cz* vel *Cdz*, in quibus *ὁρμεώμενος* exstat: I 17. 36 VI 137 VIII 138. Viciens semel *ABR* in *ὁρμώμενος* consentiunt, ita quidem ut plerumque (viciens) *P ὁρμεόμενος*, *Cdz* vel *C*𝔡*z ὁρμεώμενος* exhibeant: II 151 III 98 IV 57 V 31. 47. 94. 125. 126 (in hoc libro *r* loco *R* est), VI 17. 26. 44. 84. 90 VII 22. 30. 42. 179. 235 IX 31. 51, semel VI 95 *ὁρμεώμενος CPdz*. — Semel *ABRd ὁρμώμενος*, *Cz ὁρμεώμενος*, *P ὁρμεόμενος* habent II 73. Semel *ὁρμώμενος AB*, *ὁρμήμενος R*, -*εω*- *C*, -*εο*- *Pz* I 158. Semel *ὁρμώμενος AB*, *ὁρμήμενος R*, -*εω*- *Cdz*, -*εο*- *P* VII 34. His duobus locis *R* sine dubio, si praesens exhiberet, cum *AB* consentiret. — Contra bis *R* cum *P* in tradendo *ὁρμεόμενος* facit VIII 112. 133, ubi *ὁρμώμενος AB*, *ὁρμεώμενος C*𝔡*z* praebent. Semel I 58 *Ac ὁρμώμενος*, cet. (*bPd*) *ὁρμεώμενος* habent.

Singularis est *ἀνιεῦνται* forma VII 236, quae cum futuri sensum habeat, ut Spreerius p. 16 recte vidit, ex analogia futurorum atticorum falso a librariis formata est, cum *ἰῶντο* III 132, *ἰώμενος* III 134 VII 181, *ἰῶ* III 53 in omnibus codd. legatur. Apparet, si a paucis exceptionibus recedis, quanta constantia

in tota hac quaestione *ABR*, inter se consentientes, formas contractas, *C* formas per -*εω*- *P* per -*εο*- scriptas tradant. Antequam autem de *ὁράω εἰρωτάω φοιτάω* omnium difficillimis exponam, ea verba uno in conspectu ante oculos ponam, quae semper formas contractas ostendunt.

1. *σῶσι* I 200 i. e. *σήθουσι*.

2. *αἰτιῶνται* IV 94, *αἰτιώμενος* V 27 VII 168 VIII 90, *ἐπαιτιώμενος* I 26, *καταιτιώμενος* V 92, 3, *καταιτιῶνται* VI 14.

3. *θυμιῶντες* III 107 (bis), *θυμιῶσι* III 112, *ἐθυμίων* VIII 99.

4. *ἀνιῷτο, ἀνιῴατο* III 1 IV 130.

5. *βιώμενος* I 19 III 129 IV 139, *βιῶ* IX 111.

6. *ὀφθαλμιῶντες* VII 229.

7. *ἐῶμεν* II 114, *ἐῶσι* II 36. 63 V 6, *ἔων* IV 112. 156. 201 VI 113 VII 18. 143. 219 IX 2. 77, *ἐῶν* VII 47. 104 VIII 61 IX 66, *ἐῶντες* V 96 VI 109 VII 16, 2, *ἐῶσι* (part.) VIII 101.

8. *θεώμενος* III 32 VI 67 VII 208.

9. *βοῶσι* III 117, *ἀνεβόων* III 14, *βοῶντα* II 121, 3 III 78, *βοῶσαι* II 60.

10. *ἐγγυῶ* VI 130.

11. *κραυγανώμενος* I 111 (sic A^1B^1CP, cet. *κραυγανόμενος* cf. Lob. Phryn. p. 337 not., qui *κλαγγανόμενον* mavult).

12. *διαιτώμεθα* IV 114, *διαιτώμενος* I 120. 123, *διαιτώμην* III 65.

13. *πεινῶντας* I 133.

14. *νικῶσι* VIII 94. 102, *ἐνίκων* I 82 VI 18. 113 (quater) VII 44 IX 71, *νικῶν* I 207 (bis) VI 103. 126 VIII 124, *νικῶντες* I 207 V 1. 95 VI 113 VII 9, 2 VIII 94. 102 IX 69. 76, *νικῶσι* (part.) I 144, *νικῶσαν* I 214 VII 175, *νικώμενος* III 32, *νικῷεν* IX 69. 100, *νικῷτο* IX 13.

15. *ἐξαπατῶσι* I 153.

16. *ζῶσι* II 92 IV 22 (sic *ABR*, *ζώουσι* cet.) 23 (*ζώουσι R*) 103, *ζῶντες* II 69. 162 III 10 IV 14. 22 (sic *ABRd*,

ζώοντες cet.) 23. 46 (ζώοντες *Pdz*, ζόωντες *C*) 94 VII 33. 146. 166. 238 (sic *ABR*, ζώοντι cet.) IX 119, ζῶσι (part.) VI 58. Propter fluctuationem inter ζῆν et ζώειν fortasse hanc vel illam formam omisi.

17. ἀπαντώσας II 75.
18. θηρώμενος II 77.
19. στρωφώμενος II 85, περιστρωφώμενος VIII 135.
20. περιπλανώμενος IV 151.
21. ἀλώμενος IV 97.
22. φυρῶσι II 36.
23. ἐρώμενος III 32.
24. μελετῶν III 115, μελετῶντα VI 104.
25. γελῶ IV 36.
26. νωμῶντες IV 128.
27. σιγῷτο III 82, σιγῶν VIII 26, σιγώντων IX 42.
28. ἀποχρῶσι V 31.
29. καταψῶσαν VI 61.
30. ἀνακτώμενος VI 83.
31. λωβώμενος VI 75.
32. σιωπώντων VII 10.
33. ἐρευνῶν VII 19.
34. λυσσῶντα IX 71.
35. κατέκλων IX 62.
36. ὀπτῶντι IX 120 (bis), ὀπτῷτο, ὀπτῴη VIII 37.
37. Quodam jure ἐλάω i. e. ἐλάσω adjungi potest: ἐλῶσι I 207, ἐλῶν II 162 VII 33. 37 IX 89, ἐξελῶν IV 148, ἐξελῶντες III 59 (sic *B*²; cet. ἐξελοῦντες, quod sine dubio mero errori debetur) V 63.
38. φῶσι (conj.) IV 68.

His expositis transgrediar ad verbi ὁράω formas.

αο in initio fuit

1) in imperf. prim. pers. sing., tert. plur., quae forma viciens tradita est. Legitur autem ὥρων deciens in omnibus cod. VI 79 VII 209. 213 VIII 38. 55. 78. 98. 140, 2 IX 18. 68[38]);

[38]) Differentiam inter ὥρων et ἑώρων missam facio.



semel II 106 *ὥρων* in *ACPd, ὥρον B, ὁρῶν Rd, ὥρεων z*; semel *ὥρων* in omnibus praeter *Cdz*, qui *ὥρεον* III 118; septiens *ABR* in *ὥρων* consentiunt ita, ut VIII 37 IV 203 ceteri *ὥρεον* praebeant, quinquiens autem *P* et *C* rursus inter se fluctuent; habes enim in *C ὥρεων*, in *Pdz ὥρεον* II 150 IV 3. 134. 195 V 28. Quibus V 91 propterea adjungendum est, quod, cum quintus liber in *R* non exstet, *ὥρων* in *ABdz*, *ἑώρεον* in *P*, *ἐσώρεων* in *C* traditur. Steinius „propter summam frequentiam atque constantiam scripturae" (praef. LXXIII) *ὥρων* ubique scribit.

2) obliquorum part. praes. casuum exempla triginta octo reperiuntur: *ὁρῶντες* in omnibus ter: IV 68 (*-εω-* Ald.) VII 36. 206; quater in omnibus praeter *C*, qui *ὡρέωντες* habet: I 82. 96. 99 VII 211; e contrario *ὁρέοντες* in omnibus semel II 37; bis in omnibus praeter *C*, qui *ὁρέωντες* I 190 VI 14; quater praeter *R*, qui *ὁρῶντες* tradit: III 159 (*-εω-* Ald.) VI 112 (ter); *ὁρῶντες ABR, ὁρέοντες* cet. quater: III 14. 157 IX 19. 59, *ὁρῶντες ABR, -έω- Cz, -έο- Pd*, vel *-εω- C, -εο- Pdz* deciens: II 162 III 35 III 41 IX 82 IV 125 VI 13 IX 37 III 48 VIII 97 V 76 (*ABr*, quod *R* hunc librum omisit); adjungere licet V 101, quem locum *R* omittit; *r* cum *P* consentire videtur; *ὁρῶντες ABRd, -έω- C, -έο- Pz* semel: II 121, 3; *ὁρῶντες ABPR, -έω- C, -έο- d* (𝔡) bis: VII 139 IX 58. Contra *ὁρέοντες* habent omnes (i. e. *CPRdz*) praeter *AB*, qui *ὁρῶντες*, semel: III 156; postremo *ὁρέοντες PRdz, ὁρῶντες AB, ὁρέωντες C* quinquiens: VIII 10 (ter). 25. 108. — Steinius ubique *ὁρέοντες* exhibet.

3) nom. sing. part. neutr. *ὁρῶν* VII 168, 3 omnes; Steinius *ὁρέον* mavult.

4) 1 pers. plur. praes. imperf. sexiens; *ὁρῶμεν* semel in omnibus I 120; *ὁρῶμεν ABRd, -έω- C, -έο- Pz* semel II 131; *ὁρῶμεν ABR, -έω- Cd, -έο- P* ter II 148 V 46 IX 58; *ὁρῶμεν ABR, -έω- C, -έο- Pdz* semel II 148.

α ω concurrunt in

1) prim. pers. sing. praes. sexiens; *ὁρέω* I 111 in omnibus, *ὁρῶ* bis in omnibus praeter *C* (*ὁρέω*) I 89. 207, *ὁρῶ* semel

in omnibus praeter *Cdz* (ὁρέω) V 20. Semel codices in ὁρῶ consentiunt praeter *Rz*, qui ὁρέω et B^1B^2, qui ὁρών ὁρῶν scribunt: VIII 140, 2. Semel *AB* ὁρῶ praebent contra ceterorum scripturam quae est ὁρέω VII 236. — Quamquam igitur ὁρῶ forma multum praevalet, Steinius ὁρέω in textum recepit.

2) part. praes. act. nom. masc. Usu venit duodequadragiens; ὁρέων testatum duodeviciens in omnibus I 68. 80. 85. 88. 111. 123. 206 II 78. 141 III 128. 145 V 19 (bis) VI 62. 69. 129 VII 116 IX 53; ὁρῶν in omnibus semel VII 44.

ὁρέων *ABCPdz*, ὁρῶν *R* bis: III 78 VI 1.

ὁρῶν *ABR*, ὁρέων *CPdz* quater: III 14 IV 134 V 24 IX 53.

ὁρῶν *ABRd*, ὁρέων *CP* semel: II 121, 1.

ὁρῶν *ABCd*, ὁρέων *PR* bis: VI 35 IV 36 (v. not. crit.).

ὁρῶν *ABP*, ὁρέων *CRd* semel: VIII 100.

ὁρῶν *ABd*, ὁρέων *CPR* semel: VII 47.

ὁρῶν *AcP*, ὁρέων *b*, (om. *R*) semel: I 68.

ὁρῶν *AB*, ὁρέων *CPRd* septiens: II 167 III 139 V 19. 124 VII 128 IX 33. 34. — Differentia hujus formae a ceteris in eo posita est, et quod forma soluta multo saepius tradita est quam alibi et quod codicum inter se ratio mutata est, cum *R*, qui alibi plerumque cum *AB* facit, undeciens cum conjunctis *CP* vel cum solo *C* et *P* in tradendo ὁρέων consentiat, quinquiens tantum ὁρῶ una cum *AB* exhibeat. Steinius semper ὁρέων legi jubet.

3) conjunctivi 3 pers. plur. IX 66, in libris ὁρῶσι scripta, in Aldina, quacum Steinius facit, ὁρέωσι legitur.

αου in hisce formis usu venit

1) in 3 pers. plur. praes. act. bis lecta; ὁρῶσι *ABRd*, ὁρέωσι *CPz* I 124; sed I 138, quod caput in *R* omissum est, *ABP* in ὁρῶσι consentiunt, cum ὁρέωσι in *C* habeatur; utrum *d* ὁρέωσι an ὁρέουσι exhibeat, e Steinii silentio colligi nequit. Steinius ὁρέουσι scribit.

2) in part. formis femin. et masc. dat. plur.; quinquiens eae sunt traditae. ὁρῶσι (ὁρῶσα) ter in omnibus I 185

VI 61 IX 76; *ὁρῶσι ABd* (om. *R*) *ὁρέωσι CPz* semel I 99; *ὁρῶσι AB*[1]*Cd*, *ὁρέουσι PRz* VI 61. Steinius semper *ὁρέουσι, ὁρέουσα* scribit.

Optativi forma *ἐνορῴη* I 89 legitur in omnibus.

Transeamus ad *εἰρωτάω, ἐπειρωτάω.*[39])

α ο.

1) 1 pers. sing., 3 plur. imperf.; reperitur duodeviciens. *εἰρώτων* in omnibus (Aldinam hic illic *εἰρώτεον* scribentem omitto) est sexiens: I 67. 86 II 160 VII 152. 169 VIII 122.

εἰρώτεον εἰρώτευν in omnibus bis: I 158 IV 131.

εἰρώτων ABR, εἰρώτεον, -ευν CPd(𝔡)*z* quinquiens: III 140 (*εἰρώτευν B*[2]) 156 (*εἰρώτευν B*[2]) IV 145 IX 89. 93.

*εἰρώτων ABRC, εἰρώτεον P*𝔡 semel: IX 94.

*εἰρώτων ABCP*𝔡, *εἰρώτεον Rz* semel: IX 11.

εἰρώτων Ac (om. *R*), *εἰρώτεον Pbdz* semel: I 47.

εἰρώτων AcR, εἰρώτεον Pbdz semel: I 53.

εἰρώτων AB[1], *εἰρώτεον B*[2]*drPCz* semel: V 82.

2) part. praes. act. cas. obl. octiens; *εἰρωτῶντες* ter in omnibus VI 66. 86, 3 IX 55.

εἰρωτῶντι ABR, εἰρωτέοντι CPdz semel: IV 145.

εἰρωτῶντος ABr, -έω- Cz, -έο- Pd semel: V 13.

εἰρωτῶντι ABPR, εἰρωτέοντι Cdz semel: IV 155.

εἰρωτέοντας omnes praeter *R*, qui *εἰρωτῶντας* semel: III 62, *εἰρωτῶντας Ac*[1] (om. *R*), *εἰρωτέοντας Pbd*: I 47.

3) part. praes. med. quater.

εἰρωτώμενος bis in omnibus I 86 II 121, 5 (semel Ald. *-εω-*).

εἰρωτώμενος ABR, -εώ- Cz, -εό- Pd semel: VI 3.

εἰρωτώμενος ABRd, εἰρωτεώμενος CPz semel: II 32.

α ω in solo part. masc. act. nominativo concurrunt.

Exstat ea forma quater; *εἰρωτῶν* in omnibus bis V 92, 6 VII 100; *εἰρωτῶν AB* (om. *R*), *εἰρωτέων CPz* semel: I 158, *εἰρωτῶν ABCd, εἰρωτέων PR* semel: VIII 26.

---

[39]) Neque hanc differentiam neque codicum in exhibendo augmento fluctuationem nunc curo.

Omnes has hujus verbi formas Steinius solutas exhibet, id quod non facit in *εἰρωτῶσι* participio, quod, ter usurpatum, sine ulla codicum fluctuatione scribitur: I 67. 158 VII 148.

Similem quaestionem de *φοιτάω* instituamus.

αο usu venit in

1) 1 ps. sg., 3 ps. pl. impf. sexiens; *ἐφοίτων* omnes semel VII 22, *ἐφοίτεον* omnes semel VI 126.

ἐφοίτων ABR, ἐφοίτεων C, ἐφοίτεον Pdz semel: IX 49.

ἐφοίτων AB (om. *R*), *ἐφοίτεων C, ἐφοίτεον Pdz* semel: I 96.

ἐφοίτων libri praeter *R*, qui *ἐφοίτεον*, semel: IX 25; semel *R ἐφοίτεον, C ἐφοίτεων*, cet. *ἐφοίτων*: IV 1.

2) in part. act. form. obl. deciens sexiens: *φοιτέοντες* quinquiens in omnibus: I 37 (bis). 60. 73 VI 125; *φοιτῶντες* semel in omnibus: IX 28.

φοιτέοντες ABCPR, φοιτεῶντες d semel: VII 126.

idem *ABRPd, φοιτέωντες C* semel: I 186.

φοιτέοντες ABPd (om. *R*), *φοιτέωντες C* semel: I 97.

idem *ABPd, φοιτέωντες C, φοιτῶντες R* semel: II 63.

idem *ABP, φοιτέωντες C, φοιτῶντες Rd* semel: II 1.

idem *CPRd, φοιτῶντες AB* semel: VI 49.

idem *PRd, φοιτῶντες AB, φοιτέωντες C* bis: II 172 VII 125.

idem *Pd* (om. *R*), *-ῶ- AB, -έω- C* semel: I 78.

idem *Pd, -ῶ- AB, -εω- CR* semel: IV 172.

3) in nom. sing. part. neutr. semel VII 15, ubi omnes *φοιτῶν*, praeter *R*, qui *ἐπίφοιτον* mavult.

αω habes in part. praes. nom. masc. bis:

φοιτῶν AB, φοιτέων ceteri III 6; *φοιτῶν BR*, cet. *φοιτέων* II 174.

αου hae formae in initio ostendebant:

1) 3 ps. pl. praes. septiens; *φοιτῶσι* in omnibus VII 103.

φοιτέουσι ABRPd, φοιτέωσι C bis: II 22. 66.

φοιτέουσι ABP, φοιτέωσι Cd, φοιτῶσι R: III 69 semel.



φοιτῶσι ABR, φοιτέουσι Pz, -έω- Cd bis: IV 180. 182. *φοιτῶσι ABRd, φοιτέωσι CPz* semel: II 60.

2) forma participialis ter. *φοιτῶσα* in omnibus: IV 116 (bis); *φοιτῶσα ABR, -έω- C, -έου- Pd*: III 119. Steinius semper *φοιτέω φοιτέοντες* exhibet.

Effeci, quod volui, ut proponerem, quam quoque loco codices praebeant formam; qua in re si fortasse unam alteramve formam omisi, propter ingentem materiei ambitum mihi ignoscatur. — Quid igitur ex eis, quae exhibui, colligendum erit? Primo id prorsus constat duodequadraginta verba e codicum conjuncta fide semper formas contractas ostendere, in uno et viginti verbis praecipue in *ὁράω εἰρωτάω φοιτάω* fluctuari. Elucet porro e toto hujus fluctuationis genere ne archetypum quidem in his verbis contractis sibi constitisse, cum eadem forma saepius in omnibus modo soluta modo contracta reperiatur. Quodsi codices diversa utuntur scriptura, plerumque *ABR* in formis contractis, quas omnibus longe saepius *AB* retinent, consentiunt contra *CP* (*d* minoris momenti est); *CP* saepe eas formas habent, quae ex analogia verborum in *εω* formatae esse videntur; saepius autem ita inter sese discrepant, ut *P* pro *αο εο*, pro *αου εου*, pro *αω εω* scribat, *C* semper vocalium *εω* conjunctione utatur. Quod ut intellegamus et explicemus, Steinii verba nobis in memoriam revocanda sunt, quae quamquam minus ad res dialecticas spectant, tamen huc quoque, ut equidem censeo, referri possunt. Dicit autem in praef. p. XXXI: „efficitur, ut quidquid *ABR* codicum conjuncta fide praestetur, id ipsum fuerit in archetypo“ et in praef. XXIV: „trium horum codicum *CPd* quae nunc multis locis apparet, communio, non stirpis est neque errorum, sed interpolationis et correctionum.“ Neque difficiles inventu causae sunt, quibus permoti librarii veterem archetypi scripturam mutaverint. — Quamquam enim *χρέωμαι χρέωνται* et ceterae hujus verbi formae per *εω* scriptae tanta constantia sint traditae, ut de eis dubitari nequeat, inde a II 77 codex *P* summa pertinacia *χρέομαι χρέονται* exhibet, qua ex re elucet librarium insolitis illis

formis obstupefactum, magis ionice sibi scribere visum esse, si *χρέονται* i. e. vocalium *εο* conjunctionem restituisset; id quod ab universa hujus codicis ratione alienum non est (cf. Stein. praef. XXXII). Idem in verbis contractis in *αω* exeuntibus fecit, cum grammaticus ille non indoctus sine dubio hujus formarum generis, quod jam in antiquiore Ionismo obvium postea magis magisque se extendebat latissimeque patebat, meminerit — dico formas verborum in *αω* ex analogia verborum in *εω* formatas. Quocirca codicis *P* scripturae per *εο*, nisi ceterorum quoque *ABR* testimonio firmantur, non pro veteribus archetypi scripturis, sed pro grammatici cujusdam correcturis habendae sunt.

Similis correctoris *C* ratio est (cf. Stein. praef. p. XXV), sed accedunt alia. *χρέωμαι χρέωνται* similia veteres (cf. Eust. ad *Ψ* 834) ex *χρῶμαι χρῶνται* *ε* pleonastice addito orta esse putabant, cujus erroris nebulae ne apud hodiernos quidem viros doctos penitus dissipatae sunt.[40] Itaque cum *χρέωμαι* exstare videret corrector *C* itemque perspiceret nonnumquam *αω* (*ω*) in *εω* mutari, finxit formas velut *ὥρεων* = *ὥραον*, *ὥρων*, *εω* ex *ω* diductum ab Ionibus cujusvis attici *ω* loco poni posse ratus. Tali modo formae illae *καταρέωνται* II 39, *ἀρέωμαι* III 65, *κοιμέωνται* II 95, *ἐπικοιμέωνται* IV 172, *τιμέωσι* II 50, *τιμεώμενος* V 20, *προτιμέωντες* II 37, *τιμέωντες* V 67, *δαπανέωνται* ortae sunt, quae a genuinis *χρέωμαι χρέωνται* toto caelo sunt diversae, quas sibi quisque facile ex verborum catalogo a me proposito colligere potest. — Quocirca si *ABR* formas contractas, *CP* formas vel per *εο* vel per *εω* (nam hae nonnumquam etiam in alios cod. irrepserunt) scriptas praebent, dubitare vix licet, quin archetypus formas contractas osten-

---

[40]) Cf. Bredovium p. 384 miserrime Buttmannum, qui ut saepe verum vidit, oppugnantem, et Kühneri gr. gr. I[2] p. 603 not. 6 b, p. 606, 5. *χρέωμαι* sine dubio ex **χρήομαι χρᾱομαι* ortum est, qua de re alio loco dicam; hic admonere sufficit in *χρᾱομαι* ut in *πεινᾱ́ω διψᾱ́ω* priorem vocalem longam, in eis verbis, de quibus nunc agitur, brevem itaque totam rationem diversam esse.

derit. Iam de primis verbis illis viginti uno judicium id feremus, quo ex archetypi ratione semper formas contractas legi debere statuemus, praesertim cum perpauca tantum *ἐπιτιμέων* VI 39, *τολμέω* VIII 77, *ἐμηχανέοντο* VIII 7, *ὁρμεόμενος* I 41, quae facile mutari possunt, obstent.

Hucusque omnia plana sunt. Sed verborum *ὁράω, εἰρωτάω, φοιτάω* ratio intricatior est, quam quae meis quidem viribus prorsus explicari possit. Quamquam enim hic quoque *ABR* et *CP* eodem, quod significavi, discrimine saepius inter se distincti sunt, tamen multo magis in his verbis fluctuatur quam in illis, cum omnes codices modo *ω* modo *εο εω εου* scribant, *AB* modo cum *R* modo contra *R* faciant, omniaque sint perturbata. Accedit, quod etiamsi veram archetypi scripturam enucleabimus, dubium est, num archetypi scriptura genuina herodotea sit? Minime crediderim, itaque tota res dubitationibus est plenissima. Archetypum enim et in universa horum verborum flexione et in singulis verbis quam maxime fluctuasse luce clarius est; sed Herodotum sibi hac in re non constitisse credere ridiculum est.

Quibus autem adjumentis, quibus verum indagetur, utamur? Ab Ionibus in his verbis *αο αω αου*[41]) in *εο εω εου* mutata esse constat, cum apud Homerum exstent *ἤντεον* *H* 423, *μενοίνεον* *M* 59, *ὁμόκλεον* *O* 658, *φ* 360. 367, *χ* 211, *ὁμοκλέομεν* *ω* 173; nonnulla quamvis pauca apud poetas elegiacos exempla leguntur, in Theogn. fr. 169 *μωμεύμενος*, 369 *μωμεῦνται* (cf. Renner, Stud. I 2 p. 43). E pedestrium Ionum fragmentis complura nunc afferuntur exempla velut ap. Heracl. 94 *προτιμέω*, 96 *χρεόμενος*, ap. Anax. 10 *χρέονται*, in fr. phys. 4 *ὁρέοντες*, ap. Meliss. 17 *ὁρέομεν*; apud Hippocratem magis etiam talia exstant (cf. Renner l. l., Bredov. 382). Sed cum in posteriorum potis-

---

[41]) *εω* pro *αου* nonnumquam videtur usu venisse velut *τολμέωσι* Democr. mor. 215; quae forma si vera est, id quod pervalde dubito, explicatione non caret; sumendum erit *τολμάουσι* primum assimulatione facta in *τολμώωσι* (cf. hom. *ναιετάωσαν* *Z* 415 sim.) deinde in *τολμέωσι* transiisse.

simum Ionum scriptis, de quibus Bredovius p. 50 squ. bene exponit, tales formae acceptae fuerint[42]), et quantopere hi posteriores antiquorum opera nova inculcando et immiscendo perturbaverint, notum sit itemque constet, quibus tenebris vere hippocratea adhuc obruta sint, ne illa quidem exempla e philosophorum et medicorum operibus deprompta omni ex parte certa mihi esse videntur neque absurdum est ponere morem illum verba in *αω* ex analogia verborum in *εω* flectendi praeter poetas a veteribus Ionibus omnino alienum esse; quod ad illustrandum Lucianus de domo 20 adhibendus est, qui Herodotum formas *τοντέων* et *προτιμέων* usurpantem facit, ut quomodo illa omnia in textum irrepere potuerint, cognosci possit. Nescimus igitur usque ad hunc diem, qualibus legibus Ionum consuetudo — etiam si eam omnino fuisse concedis — in his verbis *α* ante *ο ω ου* in *ε* mutandi circumscripta fuerit, itaque ex ionicorum scriptorum reliquiis herodoteae rationi enucleandae auxilium arcessiri nondum potest.

Nihilo plus subsidii grammaticorum praecepta praebent; quae qui certam regulam, nobis observandam, continere putant, in maximo versantur errore. Nam, ut exemplo utar, verba Gregorii Corinthii saepius huic quaestioni adhibita p. 397: *τὸ ὁράω ὁρέω λέγουσι καὶ τὸ ἐχράοντο ἐχρέοντο* prorsus nihil valent, cum neque quos Iones significet, addat et *ἐχρέοντο* apud Herodotum quidem omnino falsum sit et antiquiores Herodoti codices magistellum Byzantinum cum aetate tum auctoritate longe superent. Eodem modo ne huic quidem regulae Ioannis Grammatici multum tribui potest p. 374: *τὰς εἰς -ῶν ληγούσας μετοχὰς ἀπὸ τῆς πρώτης συζυγίας τῶν περισπωμένων γενομένας ...... διαιροῦσιν Ἴωνες. φρονῶν φρονέων. βοῶν δὲ οὐκ ἐθέλει διαιρεῖσθαι.*

---

42) Cf. Luc. d. d. S. *χρέονται* 1. 4 (*χρέωνται* 53, *χρεώμενος* 55), *διαιτέοντο* 26, *ἐξαπατέοιτο* 27, *φοιτέων* 15 (contra *βιώμενος* 18), de astrol. *τιμέουσι* 1, *τιμέοντες* 19, *ἐχρέοντο* 7. 23, *χρεόμενος* 15. 29, *ὁρέων* 24, *πλανεομένων* 11. 24 (sed *σταλάουσι* 19!!, *διψῶσαν* 24).

τὰ γὰρ τῆς δευτέρας φεύγουσι τὴν διαίρεσιν πλὴν ὅμως ἃ διαιροῦσι σπάνιά ἐστιν. In tali adjumentorum penuria viri docti, qui hanc rem tractarunt, praesertim cum haud idoneo uti possent apparatu critico, pro sua quisque audacia et libidine rem dijudicarunt. Quid? quod Bredovius omnes formas contractas solvit nonnullis exceptis, in quibus numerantur *σῶσι* in Et. M. testatum, *στρωφώμενος* (propter antecedens *ω*!!) *θεώμενος ἐῶσι* al., omnes optativi et verbi *ἐλῶ* formae; ne *χρεώμενος* quidem et *χρέωμαι* formis pepercit ille. Ipse autem, quantae opus audaciae faceret, sensisse videtur, cum mutato *πειρῶ* in *πειρέο, μηχανῶ* in *μηχανέο* ita pergat: *ἰέο* et *βιέο*, quae hanc ad normam formaveris pro vulgatis *ἰῶ* et *βιῶ* haud negari potest nostris quidem et auribus et oculis minus placere.

Artiores *α* in *ε* mutati fines Dindorfius praef. p. XXIX definivit, eos tamen, qui neque codicum auctoritate neque ipsa aequabili et consentanea ratione commendentur; nam praeter *ἐῶ* etiam monosyllaba, fortasse *βιώμενος ἰώμενος*, fortasse etiam *νικῶ* excipienda esse putat. Sed cur haec prae ceteris excipiantur, prorsus non liquet.

Multo propius a veritate abesse mihi quidem videtur Lhardyus, qui praeter *χρέωμαι* et nonnullas vocis *ὁράω* formas (secundum eum fortasse etiam *ὁρμεώμενος τιμέωντες τολμέω ὁρμέωντο καταρέονται* excipienda sunt) ubique formas contractas reponi jussit; tamen, quas admittit exceptiones nunc e meliore codicum cognitione omnes fere rejiciendae sunt. Steinii autem ratio vereor ne nemini probetur; quis enim Herodotum *τελευτέοντας* et *τελευτῶντας, ὁρέοντες* et *ὥρων, τολμῶντες* et *τολμέω* simul usurpasse sibi persuadebit? — Denique Spreerius, cujus catalogis formarum non omni ex parte hac in quaestione fides haberi potest, prorsus fere a codicibus pendet, cum interiore ut ita dicam ratione huic quaestioni non adhibita ex archetypi ratione modo hoc modo illud verbum solvat vel distrahat. Certam regulam ne ille quidem invenit (nisi quod *αου* non

in *εου* sed in *ω* mutari jure contendit), neque dubito dicere tali via numquam quicquam profectum iri.

Equidem quid de hac re censeam, jam dictum; si in re tam lubrica certius quid affirmare licet, multo facilius ubique formae contractae quam solutae restitui possunt.

Si autem, id quod vix credo, haec verba per *εο εω εου* pronuntiabantur, hanc *α* in *ε* mutationem euphoniae causa factam esse contractio docet formarum *ὁρᾷς ὁρᾷ*, quorum loco *ὁρέεις ὁρέει* non usu veniunt.

Peculiaris ratio verbo *ξυρᾶν* est, quod huic quaestioni adnectam, cujus formae non solum per *ευ* sed etiam per *ου* scribuntur. Et legitur quidem

ξυρῶντες II 65 in *ABR*, *ξυροῦντες* in *CPz*
III 8 in *AB*, *-οῦ-* in *CPRz*, ib. in *ABR*, *-οῦ- CPz*
ξυρῶνται II 37 in *ABR*, *ξυρεῦνται CPz*
II 66 in *ABP*, *ξυροῦντες C*, *ξυρέονται Rz*, *ξυρέωνται d*; III 12 in *ABR*, *ξυρεῦνται CPz*, *ξυρέονται d*; II 36 *dR*, *ξυροῦνται AB*, *ξυρεῦνται CPz*. Iam vides magnam fluctuationem, quae e solito codicum inter se conexu non intellegitur. Steinius eique assensus Spreerius semper formas per *ω* scriptas praeferunt, cum Lhardyus p. 3, Bredovius p. 372 Herodotum ut Atticos *ξυρέειν* non *ξυρᾶν* dixisse putent. Sed fortasse res aliter sese habet. *ξυράω* apud posteriores demum scriptores legitur, itaque Herodoto imputare non ausim. *ξυρῆσαι* autem V 35, *ἀποξυρήσας* ib., *ἐξυρημένοι* ex *ξυρέω* aeque atque ex *ξυράω* explicantur: offendo autem in *-ου-* scriptura saepius in singulis codicibus exstanti, quae in verbis in *εω* admodum rara est (cf. cap. I § 7), quapropter praeter *ξυρέω ξυρόω*, a *ξυρὸν* bene derivandum, usu venisse, *ξυρεῦνται* similesque scripturas e codicum consuetudine interdum *ευ* pro *ου* in verbis in *-οω* scribendi, ortas esse, in *ξυρῶντες* vero librarios ad posteriorum usum aberrasse censeo. Quod idem fortasse valet in *σταθμεύμενος* VIII 130 (cf. *σταθμώσασθαι* III 15. 38 IV 58 VII 10) contra *σταθμεόμενος* II 150, *σταθμώμενος* VII 237 (*σταθμεώμενος dz*), quarum formarum Steinius nullam sollicitat.



§. 4. De *α* cum sequenti vocali contracto.

Ut quod proxime cum antecedenti paragrapho conexum est, prius tractem, *αο αω* praeter verba contracta jam allata contrahitur in stirpibus vere in *-ας* exeuntibus velut in *κρέας* cf. *κρέως* II 41, *κρεῶν* I 59. 73. 119 (bis) II 37. 47. 168 III 18. 99 IV 61 (ter) (sed ne *βούκερων* II 41 sim. huc revoces, accentus monet cf. Brugman in Stud. IV 161 squ.) dein in nominibus illis propriis *Συλοσῶντι Συλοσῶντος* III 139, *Συλοσῶν* III 139. 140. 141 al. *Εὐρυφῶντος*, nisi fortasse hoc ad *-φοϝων* retrahendum est (cf. Brugman Stud. IV 157, Mangold VI 201) postremo fortasse *σῶς* I 24 III 124 IV 76, quod ex *σόος* contractum esse nequit (cf. Herodian. I 403, 21 II 53, 29) ex *σῶος* potest (Stud. IV 155 sqq. VI 198).

ᾰ cum *ᾱ* concurrit in 3 ps. pl. perfecti a verbo *ἑστάναι* formati, quae forma utrum *ἑστᾶσι* an *ἑστέασι* scribenda sit, dubitari potest et dubitatum est, quoniam per se utramque stare posse patet. Dindorfius p. XXXVIII semper *ἑστέασι* scribi vult nulla addita causa, quae tamen sola ea videtur fuisse, quod Iones vocales solutas magis quam contractas adamasse putabat. Bredovius contra p. 398, quocum Steinius in ed. crit. facit, semper *ἑστᾶσι* exhibet tribus de causis: primo propter analogiam formae *ἱστᾶσι*, quae analogia prorsus nulla est, cum *ἑστᾶσι* ex *ἑστέασι*, *ἱστᾶσι* autem ex *ἵσταντι* ortum sit; dein propter grammaticam rationem herodoteam, ex qua „vocales *αα* non nisi in *ᾱ* transire possunt"; sed haec lex omnino ficta est, cum in hac sola forma *αα* concurrant praeter *ἐπιστέαται* similesque formas, in quibus adversus hanc ipsam legem bredovianam *αα* in *εα* transierunt; postremo propter codicum auctoritatem, quae causa re vera causa dici potest. *ἑστᾶσι* enim in omnibus libris legitur deciens septiens: I 14. 51. 199 II 26. 63 (bis). 83. 91. 124. 127. 130 (bis). 149. 170. 176 IV 15 VIII 121, *ἀπεστᾶσι* I 155, *ἐνεστᾶσι* I 179, *ὑπεστᾶσι* II 153, *διεστᾶσι* VIII 98, *κατεστᾶσι* I 200. Contra *κατεστέασι* I 196 (sic

CP, κατεστέαται cet.), II 70 (κατεστεᾶσι *z*), 84 (κατεστεᾶσι *C*), IV 162 (κατεστεᾶσι *d*), ἀνεστέασι III 62. Quocirca sana via et ratio postulat, ut Herodotum semper ἑστᾶσι scripsisse statuamus, quamquam ἑστέασι genuina forma ionica esse potest; in codicibus autem κατεστέασι ex incredibili et valde inepta posteriorum consuetudine ε, ubi fieri possit, in voces ionicae verborum speciei causa inserendi procreatum est, quae consuetudo monstra illa αὐτέων τουτέων (masc.) τουτέοισι sim. peperit (cf. not. 22). Sine dubio autem, quamvis ἵ-στέ-αται dicatur, ἑστᾶσι non ἑστέασι ea de causa pronuntiabatur, quod in illa forma alterum α breve, in hac longum est; ᾰᾰ enim multo facilius in εα mutari poterat, quam ᾰᾱ, qua in vocalium conjunctione contractio ipsa vocis et linguae natura commendatur.

αε αει, nisi spirante quadam posteriore demum tempore extrita incontracta manent, semper in verborum quidem conjugatione contrahuntur neque umquam apud Herodotum in εε εει transeunt. Rem simplicissimam accuratius tractare vix opus esset, nisi apud eos scriptores, qui Ionum dialectum affectabant, formae quaedam exstarent, quales sunt φοιτέεις ap. Diog. Laert. I 43 (Thaletis fragm.??), ὁρέει Luc. d. d. S. 30 (ib. ὁρῇ i. e. ὁρᾷ(!!) 31. 32. 48) ἐσορέῃς ib. 33, ὁρέεσθαι de astr. 21, προσεδόκεε ap. Aret. p. 78 A, μηχανέεσθαι p. 75 A. Hae formae non magis verae sunt quam αὐτέοισι, τουτέου al. neque ullo modo vel ab Ionibus pronuntiatae vel ab Herodoto scriptae esse putandae sunt. Quamvis enim α nonnumquam ante ο ω ου in ε transiisse putaveris, hoc etiam ante ε ει factum demonstari non potest. Quantopere autem ei errent, qui ex his scriptis aliquem fructum emendandi textus herodotei exspectant, ex hac sylloga e Luciani libellis de dea Syria et de astrologia carptim petita colligi potest (cf. not. 22 et quae modo attuli ὁρῇ juxta ὁρέει sim.): ἱερέων I 4. 36. 39, βασιλέων 39, ἱρέες 13. 31 (τοκέες de astr. 20); sed βασιλῆος 4. 17, βασιλῆα 20. 23, juxta ἐσαγγελέος 25 (Ὀρφέος d. astr. 10, Ἀστρέος ib. 12), Ἀχιλλέως 40, Νιρέως 40; οἰκήσιος d. astr. 3, κινή-



σιος 29 sim., *κινήσεως* 5, *μάντεων* 23, *πόλει* d. d. S. 56. 60; *Ἡρακλέος* d. d. S. 3 (bis), *Ἑρμοκλέους* 26, *Θηλέην* 15, *Θηλείης* 27, *παρακέαται* (3 ps. sg.) 6, *ἀποκέαται* 10, juxta *ἀπικέετο* 20, *ἀνακέεται* 27, *κέεται* 34. 35. 39, adde *ἀτρεκέει* (!) 32, *γενειήτεω* 35, *ἐθέλῃσι* 36, *εἴαρος* 49, *νεώ* 39 juxta saepissime traditum *νηός νηόν* etc.; nihil igitur ex hisce scriptoribus de Herodoto concludere licet. Mirari autem non debemus, quod talia interdum etiam in libros herodoteos irrepserint; id quod potissimum in *χρᾶσθαι* verbo factum est. Sed antequam de hujus verbi formis agam, enumerare licet eas verborum formas, quae *αε αει* contracta ostendunt, de quibus omnibus accuratissime Lhardyus egit. Et sine ulla fere varietate infinitivi in *ᾶν* leguntur nonagiens velut *φοιτᾶν* I 11. 182 (bis) II 140 III 115, *ὁρᾶν* I 33. 105. 209 II 64 IV 7. 184, *ἐπειρωτᾶν* I 53. 86. 90 IV 9. 15, *κομᾶν* I 82, *χρᾶν* IV 155 VIII 135 (bis), *ἀποχρᾶν* III 138 VI 137 VII 148 IX 48. 94; *φοιτῆν* autem II 73 in *Rd*, *φοιτῆν z*, *ἐκπηδέειν* VIII 18 in *R* posteriorem prae se ferunt originem. Sed *διψῆν* II 24, *ζῆν* V 6 in omnibus sunt, qua de re mox dicam. In inf. pass. habes *ἀνακτᾶσθαι* I 61 III 73, *ἐπιμηχανᾶσθαι* I 94, *ὁρᾶσθαι* I 99, *πειρᾶσθαι* I 207 II 73. 111 (bis) III 52 IV 163, *διαιτᾶσθαι* II 147 VIII 41 (solus *R* *ἐνδιαιτέεσθαι*), *ἀνιᾶσθαι* V 93, *προσκτᾶσθαι* III 21; in conj. praes. (*αη*) *πειρᾶσθε* IV 127; in 3 ps. sg. impf. act. itemque in imper.: *ὥρα* I 11 (bis). 87 III 72 IV 76, *ἐπειρώτα* I 11. 30. 31. 55. 159 al., *ἐφοίτα* III 190, *ὅρα* III 134, *ὁρᾶτε* III 137, *προσδόκα* I 42, *κατέχρα* VII 70, in 3 ps. sg. praes. impf. med.: *μηχανᾶται* I 21. 59 IV 201, *ἀπεπειρᾶτο* I 46 III 119, *διεπειρᾶτο* III 14 (*διεπειρεᾶτο R*) etc., sed praeter *ἐχρῆτο ἐχρέετο*, VIII 112 *ἐκτέατο* in *ABCd*, *ἐκτέετο PR*, *ἠτέετο z*, IV 75 *θυμιῆται* (*θυμιᾶται* A^2R); tandem 2 et 3 ps. sg. praes. act.: *ἐπορᾷ* I 10, *νικᾷς* I 40. 207, *χρᾷς* IV 155, *χρᾷ* I 55. 62. 63. 66. 174 IV 67. 150. 155. 157. 163 (bis) V 43. 67 VII 140. 141. 220, *καταχρᾷ* I 164, *ἀποχρᾷ* IX 79, *ἱστᾷ* II 143 V 103, *κιρνᾷ* IV 52. 66 al. semper.

Omnia igitur plana sunt praeter verbi χρᾶσθαι formas nonnullaque alia: διψῆν II 24, ζῆν V 6, ἐκτέατο ἐκτέετο VIII 12, θυμιῆται IV 75. Formas per εε et εα (in 3 pers. sing.) scriptas (cf. praeter alios diligentissimam de -εαται -εατο -αται in singulari numero usurpatis commentationem Bredovii p. 332 squ.) e posteriorum usu ficticias esse hoc tempore nemo ignorat itaque vel cum Dindorfio ἔκτητο vel cum Bredovio et Steinio ἐκτᾶτο scribendum est, quaeritur autem de η illo. ᾰε plerumque in α, interdum ut in πεινῆν κνῆν διψῆν χρῆσθαι „dorico more" in η contrahi posse olim credebant neque hodie quidem omnibus inveteratus ille error ereptus est[43]; quod si verum esset, Herodoto aut semper α aut η restituendum esset. Res autem sine ullo dubio ita se habet, ut ex priore -αjο -αjε et ᾰο ᾰε et ᾱο ᾱε vel primum semper ᾱο ᾱε, tum correptione facta ᾰο ᾰε (cf. Mangold Stud. VI 159—163, Curtius Stud. III 378—401) tum in dialecto ionica aut ᾰε contracto ᾱ, aut ᾱε ηε (quoniam ᾱ in η transit) η fieret. Quaeritur igitur, num ut apud Atticos ita apud Iones spirans modo cum productione suppletoria modo sine illa evanuerit. διψῆν i. e. *διψᾱεν, *διψηεν, cujus verbi aliae formae apud Herodotum non reperiuntur, propter homericum διψάων (λ 584) et atticas formas διψῇς διψῇ non sollicitaverim, e quibus in hoc verbo jam antiquissimis temporibus apud omnes Iones α longum fuisse elucet; ζῆν autem, quamquam stare possit, propterea damnaverim, quod plerumque brevioribus verbi ζάω formis Herodotus nisi in participio non utitur et quod ζώειν ter I 31 III 22 VII 46 exstat, scriptorem autem hac in re fluctuasse veri simile non est. — θυμιῆται IV 75 et codicum A^2R scriptura θυμιᾶται corrigitur et repugnat analogiae verborum ἐπαιτιᾶται II 121, 2, βιᾶται III 80, ἱστιᾶν II 100, ἀνιᾶσθαι V 93; quare summa injuria Buttmannus in gr. gr. maj. § 105, 12 αε post ι in η contrahi docet.[44]) Restant

---

[43]) Cf. Kühneri gr. gr. I² p. 599.

[44]) Scriptores ionici non eandem sequuntur normam, cum apud

igitur solius verbi *χρᾶσθαι* formae. In activo quidem *χρᾷς, χρᾷ,* quae supra attuli, tanto cum omnium consensu exhibentur, ut *ἀπέχρη* I 66 a codicibus b. d. et Aldina traditum talium formarum copia prorsus obruatur; sed de medio dubitari potest. Nam et *χρέωμαι χρεώμενος* ad **χρήομαι* referenda sunt et *χρῆσθαι* i. e. **χρήεσθαι* haud raro in libris legitur; habes enim *χρῆσθαι* in omnibus libris sexiens I 47. 153. 206 (*χρέεσθαι z*) 210 III 36 (*καταχρήσασθαι R*) IV 110, ter in plurimis, ubi ceteri *χρέεσθαι* exhibent, I 21 (*χρέεσθαι CP*) 187 (*χρέεσθαι CPz*) 196 (*χρέεσθαι B^2C*). Contra *χρᾶσθαι* viciens bis in omnibus: I 24. 172. 202. II 15. 52. 91. 92. 146. 173 III 13. 20. 117 (bis). 127 IV 26. 76 V 36 VI 21. 77 VII 177. 209 IX 51; *χρέεσθαι* omnes testantur ter: I 99. 157. 171; *χρῆσθαι ABd,* cet. *χρέεσθαι* VIII 134; *χρῆσθαι ABCPd, χρᾶσθαι R* ter: VII 10, 1. 16, 1 VIII 20, *χρῆσθαι ABCd, χρᾶσθαι PR* semel VI 56; *χρῆσθαι ABz, χρᾶσθαι* cet. II 173; contra *χρᾶσθαι ABCRP, χρῆσθαι d*: III 99; *χρᾶσθαι ABCRd, χρῆσθαι Pz*: VII 18; *χρᾶσθαι ABCPd, χρῆσθαι Rz*: VII 141; *χρᾶσθαι* igitur aliquantum praevalet. Accedunt *χράσθω* II 123, *χράσθων* III 8, *παραχρᾶσθε* V 91, 1, ubi tamen *ABd παραχρῆσθε* malunt; *χρᾶται* in omnibus octiens: I 58 (*διαχρέεται z*) 132. 137 II 95 III 78 (*χρῆται z*) IV 65 (bis). 172; semel in *ABCd* IV 50, *χρέεται PR*; *ἐχρᾶτο*[45]) octiens in omnibus: I 102. 187 II 159. 181 III 3 IV 44. 78. 135; semel VIII 118 in *ABCd,* ubi *διαχρέετο* in ceteris. contra *ἐχρῆτο* in omnibus semel: III 41; semel in *ABCPd,* ubi *ἀπεχρέετο* in *Rz*: VIII 14; semel in plerisque III 129, ubi *ἐχρᾶτο* in solo *R*; *ἐχρᾶτο ABC, ἐχρῆτο PRdz* semel: II 173;

Hippocratem formae per *η* scriptae multo magis usu veniant: C. V. 4 *ζῇ; ὁρῆν, ἐναριστῆν, μελετῆν, φοιτῆν, ὀδυνῆται, ἰῆται* (Luc. d. d. S. 20 *ἰῆτο*), *διαιτῆσθαι ἐθεῆτο βιῆται ὑποθυμιήσθω*: Kühner a. G. I^2 p. 167.

45) Grammatici cujusdam notae (Bekk. an. I p. 423, 26): *ἀπεχρᾶτο· Ἡρόδοτος μὲν ἀντὶ τοῦ ἀρκεῖν ἡγεῖτο,* ib. 439, 20 *ἀποχρᾶν· ἐξαρκεῖν Ἡρόδοτος* ad formam constituendam nihil valent.

ἐχρᾶτο in solo *R*, ἐχρέετο in *Pz*, ἐχρέατο inaudita illa forma in ceteris semel IX 37. — Codices ergo χρᾶσθαι χρᾶται formis in universum favent, quare Bredovius Dindorfius Steinius eas semper receperunt; neque formis χρεώμενος χρέωνται i. e. *χρηομενος *χρήονται cogimur χρῆσθαι reponere; nam cum in activo solae formae per α scriptae tradantur, jam ab initio hoc in verbo fluctuatum esse haud inepte conjicias, et cum codices plerumque χρᾶσθαι testentur, χρῆσθαι autem et χρέεσθαι similesque formas librariorum dorica attica ἰωνικώτερα saeva libidine arripientium more in Herodoti libris bene explicentur, sumere licet ᾱ η antiquum ante ο diutius mansisse, ante ε autem et ει in ᾰ jam antiquis temporibus correptum esse, qua ex correptione eae formae, quas nunc apud Herodotum reperimus, ortae sunt.

Hactenus de ᾰ priore vocalium.

CAPUT TERTIUM.

DE *O* PRIORE VOCALI.

Postrema brevis vocalis, de qua exponendum erit (nam ι et υ vocales, quippe quae nihil singulare prabeant, prorsus omitti possunt), ο est, quam tamen, in vocalium concursu priore loco positam propterea brevius quam ε et α tractabo, et quod hic omnia simpliciora neque eisdem obnoxia sunt dubitationibus et quod inter α et ο ratio simillima intercedit ita, ut ο ante sequentem vocalem plerumque non servetur, sed contrahatur. Eo autem α et ο inter se differunt, quod, cum α, ut e vocalium ipsa natura evadit, saepius in ε mutetur, ea mutatio vocalis ο numquam facta est. Quae enim in verborum flexione obvia huc revocari posse videntur, ut videbimus, rejicienda erunt. Altera differentia in eo posita est, quod saepius ο quam α in compositorum priore parte



exstat, itaque etiam saepius hoc nomine solutum manet. Nam *οε οο* etc. tum quidem semper contrahuntur, cum spirans aliqua, maxime *j*, in initio quidem pronuntiata, jam antiquis temporibus extrita est, sed si talis spirans posteriore tempore velut aetate homerica nondum evanuit, vocales concurrentes saepius, maxime in commissura verborum offensioni non sunt. Nulla tamen constantia; nam cum *πρό* praepositio, etiamsi ante vocalem numquam spiranti instructam ponitur, semper contractioni resistat[46]), itemque *δημιοεργός, ἀγαθοεργός* sim. legantur, pari jure *ὑπουργέειν, ἱρουργίαι, ξυλουργέειν* usu veniunt. Haec omnia ad unius regulae normam redigere fas non est, cum lingua ionica sicut omnes ceterae dialecti hac in re eo minus sibi constare potuerit, quod maxime digamma non uno eodemque tempore sublatum est, sed modo hic modo illic labefactatum paullatim demum evanescebat. Item singulorum scriptorum usui et historicorum consuetudini jam ante Herodotum sine dubio paullum constitutae aliquantum concedendum erit, ut cavendum sit, ne Herodoto ea vitio dentur, quae universae linguae rationi tribui debent, praesertim cum in nullis vocabulis magis fluctuetur quam in nominibus propriis. — Tali modo cum in ipsa lingua aequabilitas non exstet, fieri non potest, ut semper accurate, quae in prima et quae in secunda paragrapho tractanda sunt, inter se separentur; sed saepenumero in illa eae formae enumerandae sunt, de quibus fortasse majore jure in secunda agi poterat.

Sed ad singula transibo.

---

[46]) Sequantur libri noni exempla, cetera vide ap. Bredov. p. 191: *προέπεμψε* 1, *προεκρίθη* 26, *προέθηκε* 27, *προετείνατο* 34 (bis), *προεθυμέετο* 38 (*προθυμέετο ABC*b), *προελήλατο* 44, *προεξαναστάντες* 62, *προεξαΐσσοντες* 62, *προέτραπε* 90, *προέθεσαν* 94, *προεφυλάσσοντο* 99, *προέκειτο* 101, *προεξαγαγόντες* 106, *προέστησαν* 107, *προέβαλε* 112, *προελθοῦσα* 14, *προάγοιεν* 90, *προηγόρευε* 98, *προειρημένη* 71, *προέχων* 4. 22, *προέχει* 27, *προεστεῶτας* 41, *προεδρίη* 73, *προόπτῳ* 17, *προορᾶν* 79 (*πρῶραν B*), *προεῖπαι* 6, *προειδώς* 16. 41.

§ 1. De *ο* ante vocalem servato.

Tribus potissimum locis tale *ο* usu venit
I in commissura verborum
II inter stirpem et terminationem
III inter radicem et suffixum.

I.

De *πρό* numquam cum sequenti vocali, qualiscumque est, contracto jam dixi.

ο et *ει* in commissura verborum si concurrunt, numquam contrahuntur, qua in re lingua summa agebat constantia[47]: *ἀνθρωποειδέα* II 86. 142, *τροχοειδής* II 170 (cf. Theogn. v. 7), *χερσονησοειδές* VII 22, *ἰχθυοειδέος* VII 61, *μηνοειδής* II 32 IV 191. In *οε* autem fluctuatur. Solutum quidem legitur in *ὁμοεθνέων* I 91 (de *ἔθνος* vocis etymo et quae fuerit extrita spirans, nondum constat), *τριηκοντοέτιδας* VII 149 (*τριηκονταέτιδας* *Bdz*), in hisce compositis, quorum altera pars vocem *ἔργον* continet (cf. Grdz.³ p. 171), *ἀγαθοεργός* I 67, *ἀγαθοεργίαν* III 160, ut etiam III 154 cum *PR* *ἀγαθοεργίαι* scribendum sit, cum Antiatticistae (Bekk. anecd. I p. 78, 14) adnotatio *ἀγαθουργίαν· Ἡρόδοτος πρώτῳ* ad formam verbi nihil valeat (cf. ib. I p. 209, 4 *ἀγαθοεργοί εἰσιν οἱ ἐκ τῶν ἱππέων ἐξιόντες ὡς Ἡρόδοτος κ. τ. λ.*); *δημιοεργός* VII 31 traditur, contra IV 134 *δημιουργός* in libris est, quod omnes jam correxerunt suo jure, cum in uno eodemque verbo Herodotum sibi non constitisse nequaquam credi possit. Accedit *λυκιοεργέας* VII 76, quod nunc ab omnibus receptum est, quamquam *ABCd* *λυκεργέας* sensu carens, *PRz* falsum *λυκοεργέας* praebent; *ι* enim *λύκιος* vocis omitti non debet.

Contra *ου* contractum habes in hisce: *πατροῦχος* VI 57,

[47]) Terminationem *-ωδης* velut *ψαμμώδης* II 32 IV 191 al. non ex *-οειδης* contractam esse et forma et significatio docent cf. Lob. ad Buttm. II p. 450, Kühner gr. gr. I² p. 170 not. 2.



εὐνοῦχος ubique, *Φαρνούχης* VII 88 (ter), ubi spirans *s* (Grdz.[3] p. 182) jam antiquissimo tempore evanuit, *κακοῦργος* I 41, quod verbum saepius usitatum Iones e duobus compositum esse vix jam sentiebant, *ξυλουργέειν* III 113, *κρεουργηδόν* III 13, *κατακρεουργήθη* VII 181 (*κατακρεοργήθη AB*), *ὑπουργῆσαι* sim. VII 38 (bis) (*ὑποργῆσαι AB*) VIII 110. 143 IX 108 (*ὑποργημάτων R*), *ἱρουργίαι* V 83 (*ἱροργίαι ABC, ἱροεργίαι* male Dindorfius), quae omnia, quamvis cum *ἔργον* composita, notione antiqua paullum mutata non bina verba esse videbantur; partes enim compositi tam arte inter se cohaerebant, ut his verbis unius vocabuli instar Iones uterentur.[48]) Ne ceterae quidem dialecti sibi constabant neque hanc contractionem aversabantur, cum *παμῶχος, δαιδῶχορ, γερωχία* apud Dorienses (Ahr. II 204) exstet et in tab. heracl. II 43 *ἀμπελωργικά*, in tit. locr. oz. v. 15 *δαμιωργός* legatur, quamquam ibidem saepe digamma servatum est.

Item, quamquam Herodotus *νεοάλωτοι* IX 120 (*νεάλωτοι Rz* Eüst. cf. Lob. Phryn. p. 675), quod verbum compositum esse nemo non intellegebat, dixit, in *χειρωναξιέων* III 67 quod verbum simplex esse videbatur, ut omnes ceteri Graeci contractionem admisit. — Cum in *χειροήθης* (Grdz.[3] p. 236) II 69 III 28 omnes dialecti consentiant, Herodotus non *ὀγδοήκοντα*, sed *ὀγδώκοντα* pronuntiavit (I 163 praeter *AB*, 176 (bis). 178. 189 II 9 III 22. 95 (bis) VI 8. 46 VII 184. 202 VIII 8. 44. 82), quae forma etiam a poetis, quorum ad metrum *ὀγδοήκοντα* non quadrabat, usurpatur cf. *B* 568. 652, Sol. 20, 4. Simon. 146, 2. 147, 6. Theogn. 434.[49])

---

[48]) Ceterum cf. Lob. Phryn. p. 675 squ. Quas hic illic codices formas *ἱροργίαι ὑποργῆσαι* exhibent, si pluribus niterentur testibus, pro formis vero herodoteis acciperem, cum ante duplicem consonam saepius vocales corripiantur cf. *δέξω κρέσσων ἑσσοῦσθαι*.

[49]) In C. I. n. 1030 *ὀγδοήκοντα* scribitur, sed propter metrum *ὀγδώκοντα* vel *ὀγδοήκοντα* pronuntiandum est.

II.

Inter stirpem et terminationem *ο* cum sequenti vocali concurrit in verbo *βοῦς βο(ϝ)-ός*, in quo verbo dialectus herodotea a sermone vulgari haud dissentit cf. *βοός* II 40. 71. 130, *βόες* I 92 IV 69. 183 VII 126; eodem pertinet *μελάγχροες* II 104 (accusativi *βοῦν, βοῦς, χοῦν* I 185 VII 23, *φλοῦν* III 98 non contracti, sed ex *βοῦ-ν βοῦ-νς* nati sunt). — Contrahuntur autem genetivi stirpium in *-οϝι* (Curtius Erläut.[2] 54): *ἠοῦς* II 8 VII 167, *Βουτοῦς* II 111. 133 III 164 al. semper, quod mirari non debes cum *όο* i. e. paene *ŭŭ* facillime in *û* congruant; ceterum cf. Bredov. p. 272.

Item *οα*, si inter has vocales *σ* evanuit, contrahuntur, id quod factum est in accusativis sing. plur. stirpium in *σ* exeuntium velut *ἀμείνω* I 37 VII 145. 172 IX 19, *ἐλάσσω, πλέω, καλλίω, μέζω, ἠῶ* I 142. 201. 204 al. *αἰδῶ* I 8 sim., quae omnia afferre supervacaneum est (cf. Erläut.[2] p. 67); in *πλέους* II 8. 120, *ἀμείνους* V 78 *ο* et *ε* contracta sunt; praeter has formas *πλέονες ἀμείνονες* usurpantur.

E verborum flexione huc pertinent formae nonnullae, quae contractae proferri omnino nequibant: *ἀκήκοα* i. e. **ἀκήκοϝα* VIII 109, *ἀκήκοας* V 106 VI 69, *ἀκηκόεσαν* II 52. — *ἐκδιδόαται* autem II 47, quod analogia formarum *τιθέαται ἱστέαται* sim. quodammodo postulatur, itaque a Curtio (Verb. p. 95) probatur, solo codice *C* nititur, ut, praesertim cum etiam *τίθενται προτίθενται* usu veniant et Iones vocalibus *οα* ab initio concurrentibus non faveant, spurium habendum sit.

III.

Si cum stirpe quadam in *ο* exeunti suffixum *-ϝεντ -ϝετ* i. e. *-vant -vat* conectitur, extrito digammo *ο* et *ε* vel *ει* concurrunt. Formae quae digamma adhuc servant, perrarae sunt, ut per se patet; nescio an nulla praeter *στονόϝεσσα*



in Arniadae sepulcro (Fleckeis. ann. 89 p. 544) reperta sit; neque eae formae, quae *ο* et *ε* vel *ει* soluta praebent, frequentantur praeterquam apud poetas, cum, quamquam in titulo cretico, lytto-oluntico v. 2. 10 *Βολοεντίοι Βολοέντιος* legitur, jam in multo antiquioribus titulis locricis *Ὀπωντίοι* usu veniat (sed *Ὀπόεντι* in tit. hyp. v. 33).

Quare etsi apud Herodotum incontracta quidem haec sunt: *εὐνοέστερον* V 24, *μελιτόεσσα* VIII 41 (bis), *Αἰγιρόεσσα* I 149, *Σολόεντος* II 32, *Σολόεις* IV 43, *Μολόεντα* IX 57, *Σκολοπόεντα* IX 97, tamen haec nomina propria contracta reperiuntur: *Οἰνοῦσσας* I 165 (bis), *Ἀνθεμοῦντα* V 94, *Μυοῦντα* V 36, *Σελινούσιος* V 46, *Σελινοῦντος* ib., *Ἀμαθούσιοι* V 104 sim., quam contractionis consuetudinem jam in antiquo titulo milesio sub finem saeculi sexti exarato, *Τειχιούσης* praebenti, observatam esse videmus.

Ne apud Atticos quidem contrahuntur formae, quales sunt *βοήν* IV 135, *βοή* III 14, *βοῇ* III 79 IV 139 VII 211 VIII 99, *ζόη* I 32. 38. 85 (cujus loco Attici *ζωή* dicebant), *χοάς* VII 43, *ἀκοή* I 38. 171 II 29. 123. 148, *ὀγδόη* in quibus omnibus digamma, *στοῇσι* III 52 (*στολῇισι C, στοιῇσι R*), *χλόην* IV 34 in quibus *j* excidit; huc etiam *γόησι* VII 191, *γόητας* II 32 IV 105 (Grdz.[3] p. 435) revocanda sunt. De *νοήσας βοηθεῖν* cf. paragr. sec. Etiam in *ἀκηκοότα* I 3. 69 IV 145 VI 16, *προακηκόόσι* V 86, *ἀκηκοώς* I 37 II 112 VII 238 IX 94. 113 contractio, id quod nemo mirabitur, omissa est.

Postremo commemoranda sunt substantiva *νόος πλόος ῥόος* quaeque ab his derivantur adjectiva *εὔνοος* sim. nonnullaque alia, quae apud Atticos mutato accentu contrahuntur, apud Herodotum semper soluta manent, quare recte, si quibus locis nonnulli codices contractas exhibent formas, eae ab omnibus fere sunt mutatae. Exempli gratia affero *νῷ* I 27 IV 125 in omnibus, *νῶι* vel *νῶ* I 181 in *ABCd*, III 64 in *d*, VI 48 in *ABd*, VII 157 in *R*; contra *νόῳ* in omnibus est I 60. 77. 86. 109 II 100. 151 III 41. 51 (bis). 143 V 91. 92, 7 VI 44 etc., *νόου* III 86. 135 VI 12 VIII 97,

νόον I 27. 71. 117 III 21. 122 sim. Porro mutata sunt *ἔσπλον* VI 33, *ἀνάπλους* II 4 cf. *ἀνάπλοος* II 9, *συμπλόους* II 115 multa alia. Ex adjectivorum numero affero *ἀντί-ξοον* I 174 IV 128 VI 7 VII 49. 218 VIII 119, *ἀντιξόους* VII 150. 192 (utroque loco *ABCd* *ἀντίξους*), *εὔνοοι* VIII 10. 69 IX 42, *εὔνοος* V 24 VII 173. 239 etc. etc., quare *εὔνου*, VI 205 a codicibus traditum ab omnibus correctum est; neque dubito, quin eodem jure pro *χειμάρρῳ* III 181, quod nunc exstat, *χειμαρρόῳ* legendum sit.

Dubitatur autem quam maxime de vocis *διπλόος* formis, quae ita fere traduntur:

διπλόον VI 104 (*διπλοῦν* male *R*), *διπλᾶ* II 148 VIII 87, *διπλέη* III 42, *διπλῆν* V 90, *διπλᾶς* III 28 (*χειρὶ διπλῇ* VI 72 egregia Wesselingii conjectura in *χειρίδι πλέῃ* mutatum est). Has omnes formas simul usurpasse Herodotum quis est, qui credat? Dindorfius igitur pro *διπλᾶ διπλόα* propter *διπλόον*, sed *διπλέην διπλέας* propter *διπλέη* restitui vult, cum Steinius juxta *διπλόον* contractas formas *διπλῆν διπλᾶς διπλᾶ* non sollicitet, quin etiam *διπλέη* in *διπλῇ* mutet, Bredovius autem (p. 249) omnes formas solvat in *διπλόα διπλόη διπλόας*. Quo cum viro docto prorsus consentio; formae enim contractae omni analogiae ceterarum similium formarum repugnant, *διπλέη* autem, quam Dindorfius voluit, forma feminini omnino explicari nequit. An *ο* propter sequens *η* in *ε* attenuatur? Quis quaeso hoc umquam contendit vel potius demonstravit? Numquam *ο* euphoniae causa vel quamcunque causam finxeris, in *ε* debilitatur, quare *διπλέη*, fortasse ex confusione quadam cum *πλέη* natum (Bred. l. l.), rejiciendum est et ubique formae *διπλόα διπλόη διπλόην διπλόας* restituendae sunt.

§ 2. De *ο* cum sequenti vocali contracto.

Multae res cum jam in prima paragrapho tractatae sint, pauca tantum restant, ante omnia verborum in *-οω* formae. Eorum flexio in universum ab attica ratione non discedit:



οει in *οι*, *οε οο οον* in *ου-*, *οω* in *ω-*, *οοι* in *οι-*, *οῃ* in *οι* contrahuntur, quarum contractionum pauca exempla afferre sufficit: *διδοῖς* V 18 VIII 137, *δικαιοῖς* VII 159, *πληροῖ* II 7, *δηλοῖ* II 44. 106. 116. 117. 144, *καινοῦν* II 100, *ἐξορκοῦν* VI 74 (cf. not. crit., *ὁρκοῦν* in tit. halic. v. 26), *παρεδίδου* I 45 IV 119, *κατορθοῦσθαι* I 120, *ἐξισοῦσθαι* II 34, *ἐμισθοῦτο* I 68. 154, *ἀλλοτριοῦται* I 120, *ἐσσοῦντο* I 67, *ἐσσούμενος* I 82 V 66. 70, *ἐπλήρουν* I 171, *κακοῦντες* III 82, *γυμνοῦσι* IV 161, *δικαιῶ* III 142, *ζημιῶν* III 53, *ὀρθοῖτο* VII 103; *ἐπιδιδοῖ, ἀποδιδοῖ* II 13, quae formae conjunctivi, ab omnibus cod. traditae, nullo jure ab editoribus in *ἐπιδιδῷ ἀποδιδῷ* mutantur, cum *δίδωμι* in analogiam verborum in *-οω* transierit.

Exstant autem quaedam formae, quas alibi non repertas (praeterquam apud posteriores Iones) dialecti herodoteae proprias esse diu credebant et adhuc credunt, in quibus soni *ου* loco *ευ* apparet. Sunt autem hae in omnibus cod.: *δικαιεῦσι* I 133 II 47 III 8 IV 186, *δικαιεῦντος* IX 42, *ἐδικαιεῦντο* III 29 (*ἐδικεῦντο* *R*), *ἐδικαίευν* III 79 VI 73, (*ἐδίκευν* *R*) 138 IX 19, *ἐξομοιεῦντες* III 24, *ὁμοιεύμενος* VII 50, *ἀξιεύμεθα* IX 26, *ἀξιεῦμαι* V 106, *ἀξιεύμενος* I 199 VII 16 IX 111, *ἀποσιεύμενος* IV 203, *οἰκηιεύμενος* IV 148, *ἀντιεύμεθα* IX 26, *ἀνδρευμένῳ* I 123, *σταθμεύμενος* VIII 130 (cf. cap. II par. 2).

Fluctuatur in hisce: *ἐδικαίουν* VI 15 IX 26 *AB*, *ἐδικαίευν* ceteri; *ἐδικαίου* I 100 *A*, *ἐδικαίευ* ceteri; *ἐδικαίου* III 52. 148 *ABR*, *ἐδικαίευ* *CPdz*; III 118 *ἐδικαίευ* *C*(?)*z*, *ἐδικαίου* cet.; *ἐδικαίευ* IV 154 *sz*, *ἐδικαίου* ceteri; *δικαιεῦν* VI 82 *dz*, *δικαιοῦν* ceteri.

ἀποσιεύμενος IV 154 omnes praeter *R* (*ἀποσιούμενος*)
ἐναντιεύμενος VII 49 omnes praeter *R* (*ἐναντιούμενος*)
ἀντιεύμενος VII 139 *R*, *ἀντιούμενος* ceteri.
οἰκειεῦνται I 4 omnes praeter A^1C^1 (*οἰκειοῦνται*)
idem III 2 s. *Adz*, *οἰκειοῦνται* ceteri.
μισθεῦνται III 31 *CPdz*, *μισθοῦνται* ceteri.
στεφανεῦνται VIII 59 *R*, *στεφανοῦνται* ceteri.

ἐδήευν V 89 *r*, *ἐδήιουν ἐδήουν* ceteri.

παρισεύμενος IV 166 VIII 140, 1 *R*, *παρισούμενος* ceteri.

Accedit *περιεκυκλεῦντο* VIII 78, ut *R* et Steinius scribunt, *περιεκυκλέοντο ABCb*, *περιεκυκλοῦντο Pz*, qua cum forma comparandum est *περικυκλέοντο* in *R* exstans VIII 16, ubi cet. cod. *περιεκυκλεύοντο*, editores *περιεκυκλεῦντο* exhibent. De *ξυρεύμενος* cf. cap. II § 3.

Suntne hae formae vere herodoteae? suntne re vera graecae? Bredovius (p. 391) et Steinius eas genuinas esse existimant, cum Dindorfius p. XXXII „magnopere dubitari posse“ censeat, „an diphthongus *ευ* in illis verbis omnibus non sit ab Herodoto profecta, sed pravae debeatur sedulitati librariorum“. Priusquam certi quid statuamus, quaerendum est, quomodo illae formae explicari possint. Num sumere licet *ευ* ex *ου* tum demum factum esse, cum formae contractae *δικαιοῦσι ἐδικαιεῦντο* jam formatae erant? Nullo modo hoc demonstrari potest e monophthongo *ū* diphthongum *ευ eŭ* in lingua graeca oriri potuisse, quoniam talis rei exempla plane desunt. — Fortasse igitur eo tempore, quo **δικαιόουσι* **ἐδικαιόοντο* adhuc pronuntiabantur, *ο* in *ε* euphoniae causa attenuabatur? Sed ejus attenuationis causa quae esse potuit, cum multo saepius *οο οου* contrahantur? Neque quisquam *ο* in *ε* ante vocales debilitari posse exemplis allatis demonstravit. Praeterea tali modo formae *ἐδικαίευ*, *δικαιεῦν* non explicantur, quoniam ex **ἐδικαίοε* **ἐδικαίεε* non *ἐδικαίευ* fieri poterat, sed **ἐδικαίει* evadere debebat. Itaque haec quoque via derelinquenda est. — An haec verba non analogiam verborum in *οω*, sed in *εω* sequuntur?

Talis fluctuatio, ut jam vidimus, per se spectata offensioni esse non potest, ut *οἰδέω* ionice pro *οἰδάω*, *τιμέω συλέω* delphice pro *τιμάω*, *συλάω*, *ἑσσοῦσθαι* ionice pro *ἡσσᾶσθαι* sim. dicebatur. Sed praeterquam quod e **δικαιέω ἐδικαίευ* forma explicari nequit, obstant huic explicationi eorundem verborum multo saepius traditae formae,

quae a verbis in *οω* derivari debent. Hae autem apud Herodotum usu veniunt:

ἐδικαίου III 19 VIII 126, *δικαιοῦν* II 173 VI 86, *δικαιοῖς* VII 159, *δικαιοῖ* IX 93, *δικαιῶ* I 89 III 142, *ὁμοιούμενος* I 123 (cf. *ἑτεροιοῦτο* VII 225 IX 102), *ἠξίου* III 42, *ἀξιοῦν* II 162, *ἀξιοῖ* VI 126, *ἀξιοῦντες* VI 87, *ἀξιοῦτε* IV 115, *ἀξιοῦσι* III 20, *ἀξιῶ* II 20, *ἀξιῶν* V 42, *οἰκηιοῦνται* I 94, *ἠντιοῦτο* I 76 VII 139, *ἐναντιοῦσθαι* VII 168, *ἠντιοῦντο* IV 3, *ἀντιούμενος* I 207 IV 1 (bis), *ἐμισθοῦτο* I 68. 154, *μισθοῦνται* V 62, *ἐμισθοῦντο* IX 34, *ἐδηίουν* VIII 33, *ἐδηίου* VIII 50, *ἐξισοῦσθαι* II 34, *ἐξισοῦτο* VII 23, *ἐξισούμενος* VI 111 VII 186, *ἐκυκλοῦντο* VIII 10, *κυκλούμενος* VIII 76.

Quo ex catalogo apparet de solis *ὁσιεύμενος ἀνδρεύμενος στεφανεῦνται* (quod ab uno *R* traditur) dubitari posse, num verborum in *εω* analogiam sint secuta; formae autem *ἀποσιωσαμένη* I 199, *ἀνδρωθῆναι* IV 10, *ἠνδρώθη* IV 155, *ἀνδρωθεὶς* V 92, 5 VI 52, *ἐστεφανωμένοι, ἐστεφάνωτο* VII 55, *περιεστεφάνωται* VII 130 demonstrant ne haec quidem verba a vulgaris sermonis ratione recessisse.

Quae cum ita sint, facere non possum, quin omnes eas formas per *ευ* scriptas, quippe quae neque herodoteae neque graecae sint, rejiciam librariorumque et posteriorum scriptorum tribuam imperitiae.[50]) Ex eis formis, in quibus codices fluctuant *ἐδήευν, στεφανεῦται* sim. elucet, quanta posteriore aetate novandi libido hos illosve invaserit librarios, quam a veteribus, qui archetypum vel archetypi archetypum scribebant, alienam fuisse contendere nimis audax est, praesertim cum in nonnullis verbis velut in *κυκλοῦσθαι, σταθμοῦσθαι, ξυροῦσθαι* perfacile confusio formarum a *κυκλεῖσθαι* et *κυκλοῦσθαι, σταθμᾶσθαι* et *σταθμοῦσθαι, ξυρεῖσθαι* et *ξυροῦσθαι* derivandarum oriri potuerit.

---

[50]) Idem Spreerius saepius commemoratus existimat, cum p. 19 dicat: si grammaticum quendam, cum Iones diphthongo *ευ* pro *ου* usos esse sciret, etiam in verbis in *οω* pro *ου* falso *ευ* scripsisse sumimus, ratio qua egerit, facile cognoscitur etc.

Cum in hac dissertationis parte maxime id ostendere voluerim Iones vel Herodotum vocalium hiantium praeter alios studiosos non fuisse, restant formae quaedam, nunc commemorandae, quas, in prosa oratione attica[51]) itemque in ceteris dialectis solutas, dialectus ionica contractas profert; dico verbi *βοάω* aoristos et perfecta, in quibus *ο* stirpis cum vocali *η*, ex *α* producta, congruit; *οη* enim, ut etiam ex *ὀγδώκοντα* contracta forma patet, Ionum auribus non gratum erat; habes igitur: *ἀνέβωσε* I 10 III 155 IX 27, *ἀνέβωσας* III 114, *βῶσαι* I 146, *ἀμβώσας* VII 18, *ἀμβώσαντες* III 38, *βώσας* VIII 92, *βώσαντες* V 1 VI 105 VIII 118, *ἐπιβώσωνται* V I, *ἐπεβώσαντο* IX 23, *προςεβώσατο* VI 35, *καταβωσόμενος* VI 85, *ἐπιβώσασθαι* I 87, *βεβωμένα* III 39, *ἐβώσθησαν*[52]) VI 13, *ἐβώσθη* VIII 124 (*ἐβοήθη C*). — Praeter *βοάω* verbi *νοέω* formae hae contractae traduntur: *ἐννώσας* I 68. 86, *ἐννενώκασι* III 6, *ἐνένωτο* I 77 (*ἐνενῶτο B*²); *ἐνενόωντο*, quod *ABCd* VII 206 (*ἐννενῶντο* vel *ἐνενῶντο PRz*), *διενενόωντο*, quod eidem VII 207 (*-ῶντο PRz*) praebent ex *ἐνενόηντο* et ex *ἐνένωντο* corrupta esse possunt. His formis fretus Dindorfius p. VIII, quae solutae formae reperiuntur, eas contrahi vult (praeter *νοήμων* III 34, *νόημα* III 180): *ἐπινοήσας* I 48, *ἐπενόησαν* II 150, *νοήσας* II 104, *νοήσαντες* IV 118, *διανοηθῆναι* II 126, *ἐπενοήθη* III 122, *ἐπινοηθῆναι* VI 115, *νοήσωσι* VIII 97, *ὑπονοήσαντες* IX 99, *ἀνόητος* I 87 VIII 24, cum Bredovius et Steinius utrasque formas ab Herodoto profectas esse existiment. Bredovium sic judicasse valde miror, quoniam

---

[51]) Poetae metri gratia aliam ingrediuntur viam cf. Et. M. 601, 20 *νένωται· ἢ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η ἀπὸ τοῦ νενόηται ἢ ἀπὸ τοῦ νένωται κατὰ συστολήν. ἔστι γὰρ νῶ ῥῆμα τρίτης συζυγίας ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ· οἷον Ἑλένης γάμῳ· νένωται κ. τ. λ.* Cf. Emped. 231 *νώματος αἶσαν; νῶμα· νόημα, ἐνθύμημα* Hesychius. Dind. praef. p. VIII. Steph. thes. II p. 301.

[52]) Hoc *σ* aoristi *ἐβώσθη* — ex falsa analogia ortum — demonstrat Iones non tam verbum quoddam *βοάω* quam *βώω* in hac forma latere credidisse. Quae res meam sententiam, ex qua analogia quaedam inter *βοάω* et *νοέω* non intercedit, quam maxime confirmat.

scriptorem pedestrem modo sic modo aliter loqui non potuisse ipse saepissime statuit.

Neque tamen cum Dindorfio fecerim; βοάω verbi analogia formas contractas minime postulat, quod η in βοήσας ex ᾰ ᾱ natum aliter atque η in νοήσας ex ε factum pronuntiabatur, ut mox ostendere conabor. Itaque cum librarios analogia formarum βώσας βώσαντες permotos etiam ἐννώσας sim. scripsisse facilius sit ponere quam formas jam contractas denuo solvisse, semper ἐννοήσας ἐνενόητο restituerim.

Etiam minus cum Dindorfio in eo consentio, quod βοηθέειν semper βωθέειν legi vult, cujus verbi ratio jam propterea diversa est, quod ο et η hic in ipsa stirpe concurrunt. Codices autem plerumque omnes (cf. Bred. p. 196) velut IX 23. 26. 60 (bis). 61 (bis) VIII 72 etc. etc. βοηθῆσαι βοηθέειν exhibent, raro in singulis libris maxime in *R* (cf. VIII 1. 14. 47. 71. 144 IX 23) βωθῆσαι sim. exstant. Quapropter, cum Bredovius, id quod miror, utrasque formas Herodoto permittat, Steinius sine dubio recte facit, quod βοηθέειν βοηθῆσαι scribit ubique.

DE DIALECTO ATTICA VETUSTIORE

QUAESTIONUM EPIGRAPHICARUM

PARS PRIOR.

SCRIPSIT

PAULUS CAUER

VRATISLAVIENSIS.

Atticae dialecti indolem et naturam cum propria disputatione pertractandam mihi proponerem, non fui ignarus fore, quibus veteris illius γλαῦκ᾽ ἐς Ἀθήνας proverbii invidiam ipse mihi conflare viderer idque in ea re, in quam non μεταφορικῶς, ut saepe fit, illud caderet, sed quae ipsa tam esset Attica, ut nisi invitissima Minerva bubonem ei impingere nemo posset. attamen qui rerum grammaticarum periti erunt, facile concedent non prorsus supervacaneam esse accuratiorem de dialecto Attica quaestionem. nam postquam comparativo linguarum studio Graecae quoque grammaticae nova lux allata est, cum multi essent, qui pravam illam et obsoletam Attici sermonis venerationem aspernati in ceteras potius dialectos perscrutandas incumberent, ut quae dicendi et scribendi arte minus excultae a pristino, ut ita dicam, statu communis omnium Graecorum linguae propius abessent, non ita miro casu factum est, ut Attica dialectus, tamquam non eodem iure quo ceterae utens, aliquantum neglegeretur. neque enim negari potest eis, qui in naturam et originem huius dialecti inquirere velint, singularem quandam obstare difficultatem, cum ea non solum frequentissimo apud ipsos Athenienses usu scribendi, sed etiam continuo commercio omnium fere reliquarum civitatum Graecarum tantopere immutata sit, ut artificiosi magis quam naturalis sermonis speciem prae se ferat. huc accedit, quod inscriptionum Atticarum, quibus fere solis fundamentum quaestionis, quam proposui, contineri patet, diu ea fuit conditio, ut partim per multos variosque libros et per annales et ephemerides philo-

logicas dispersae, partim in schedis virorum doctorum latitantes universam, quae omnes comprehenderet, disputationem impedirent. quam ob rem „Curae epigraphicae" a Weckleinio anno 1869 editae nihil aliud praebent nisi spicilegium satis largum singularum observationum, quibus ille criticae magis quam grammaticae arti prodesse voluit. neque enim potuit totam dialectum Atticam ampliore dissertatione epigraphicis subsidiis nixa tractare in ea, quam modo significavi, horum subsidiorum conditione. nuper autem quoniam summa liberalitate academiae literarum regiae Borussicae et egregia Kirchhoffii cura factum est, ut inscriptiones Atticas Euclidis anno vetustiores coniunctas uno volumine commodissimi usus habeamus, operae pretium me facturum esse putavi, si illas diligenter perscrutatus quaesiverim, num quid inde de dialecto Attica vetustiore et de eius origine disci posset. in quo si multas quisquilias, maioris autem momenti vel paucas res vel nullam afferam, ἀκριβείας grammaticae nomine me excusatum iri spero. nam cum generalis natura dialecti Atticae satis nota sit, consentaneum est me eas tantum res commemorare, in quibus superioris aetatis usus ab inferiore differat. totam vero disputationem ita instituendam esse existimavi, ut pauca de literatura praefatus primum, quae de vocalibus et consonantibus, deinde quae de nominum et verborum declinatione memoratu digna essent, enarrarem, postremo autem loco, quid de totius dialecti natura iudicandum esset quaeque ratio inter eam et Ionicam intercedere videretur, exponerem.

CAPUT I.

DE LITERATURA INSCRIPTIONUM ATTICARUM EUCLIDIS ANNO VETUSTIORUM.

I. Cum varias aetates linguae alicuius distinguimus, hoc non eo sensu nos facere consentaneum est, ut uno temporis momento vehementem quandam mutationem factam esse putemus, sed eo, ut leves initio et paulatim increscentes pronuntiandi et loquendi varietates collectas et maioribus spatiis temporis comprehensas, quantum fieri possit, singulorum vel annorum vel lustrorum vel decadum finibus circumscribamus. nec raro fit, ut lentiorem aliquem transitum vetustioris sermonis in recentiorem longiore intervallo parum accurate definire cogamur. id quod in Atticae dialecti vetustioris et recentioris distinctionem cadit. nam si ea computamus, quae a veteribus grammaticis de hac re tradita sunt quaeque ex libris scriptorum Atticorum, qui hodie exstant, colligi possunt, toto fere belli Peloponnesiaci tempore confinia duarum illarum aetatum contineri intellegimus. itaque si Atticos cum poetas tum prosae orationis scriptores spectamus, non facile est priorem et posteriorem aetates in eis accurate distinguere. Thucydides quidem et Antiphon et Andocides quin vetustioribus adnumerandi sint, vix quisquam dubitabit; Plato autem et Xenophon et alii, quamquam ad recentius dicendi genus inclinant, tamen e vetustiore sermone nonnulla ita servant, ut medium aliquod genus veteres quosdam grammaticos secuti statuere possimus. de quo infra plura dicam. inscriptionum enim, de quibus nunc ago, multo simplicior est ratio. in quibus etsi ipsis quoque paulatim mutatio literarum et formarum fit, tamen habemus certum aliquem terminum, quem in dividendis duabus aetatibus Atticae linguae respiciamus. nam postquam bello Peloponnesiaco vetustior forma huius linguae in recentiorem sensim transiit, anno Ol. 94, 2 (= 403 a. Chr. n.),

cum nova literatura in publicum usum reciperetur, illa mutatio tamquam sancta et confirmata est. triginta enim, qui vulgo dicuntur, tyrannis oppressis cum populi imperium Athenis restitutum esset, Euclide archonte *ἀναγραφεῖς τῶν νόμων* delecti sunt, qui veteres leges Draconis et Solonis nominibus ornatas et paene sacras examinarent et denuo in tabulis lapideis inscriberent. in quo eos non propria Atheniensium, sed Ionica literatura uti Archino auctore populus iussit.[1]) haec igitur literatura, quae cum privatorum consuetudine iam ante Euclidis annum recepta esset[2]), inde ab hoc tempore etiam in publicis titulis sola in usu fuit (exceptis scilicet nonnullis vestigiis vetustioris consuetudinis, quae etiam post Euclidem per aliquot annos servata esse mirum non est), quoniam dubitari non potest quin linguae Atheniensium, qualis tum fuit, magis accommodata fuerit quam pristina ipsorum, satis mihi gravis causa esse visa est, cur inscriptiones ante Ol. 94, 2 scriptas tamquam vetustioris dialecti Atticae certissimos fontes hac disputatione comprehenderem.

II. Iam si quaerimus, quarum maxime literarum formae Atticae ita ab Ionicis discrepuerint, ut inde de natura earum aut de singulorum vocabulorum origine aliquid colligi possit, perpaucae sunt, quarum hoc loco mentio facienda sit. nam quod ante Euclidis annum in Atticis inscriptionibus Λ pro Γ, L pro Λ, ΧΣ et ΦΣ pro Ξ et Ψ scribuntur, quodque

---

[1]) Suidas s. v. *Σαμίων ὁ δῆμος· τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου.* alii loci, quibus ab antiquis scriptoribus huius rei mentio fit, allati sunt a Franzio, elem. epigr. Gr. p. 148.

[2]) huius rei non inficetum documentum debeo Kirchhoffio, Euripidis versus e Theseo tragoedia servatos (fr. 385), quibus *Θησεύς* nomen inscriptum, ut fuisse videtur, clipeo a pastore quodam literarum non perito describitur. de *η* enim litera haec dicit:

τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσοις ἄλλη μία.

hanc H, non E figuram esse apparet.

invalescentis in his literis usus signorum Ionicorum (Γ = γ, Λ = λ, Ξ, Ψ) nonnulla exempla exstant, hoc non ita magni momenti esse potest in quaestionibus grammaticis. neque quod antiqua Ϙ litera paucis locis scripta est, pluris facio.[3] ac ne ϟ quidem literae transitus in Σ, qui, cum in catalogis sexagesimae tributorum Ol. 84, 1 factus sit, in diiudicanda aetate aliarum inscriptionum magno usui est, ad ipsam rationem grammaticam ullo modo pertinet. solae igitur restant *o, u, e, ei* vocalium et spiritus asperi notae, quae hoc loco accuratius a me tractentur et ita quidem, ut exempla tantum variarum scribendi rationum per temporis ordinem disposita omnia enumerentur. nam quid inde de rebus grammaticis et etymologicis colligi possit, infra explicabitur.

---

[3]) accuratius, quid de his rebus iudicandum esset, exposuit Kirchhoffius, „Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets"[2], p. 68 sqq. neque habeo, quod addam, nisi forte operae pretium est adscribere numeros singulorum locorum, quibus Ξ et Ψ ante Euclidem usurpantur. nam ad harum literarum pronuntiationem etsi non multum tamen aliquid referre videtur, quomodo scriptae sint, si quidem χ et φ cum σ coniunctarum non prorsus idem fuit sonus atque aut posteriorum signorum Ξ et Ψ aut antiquiorum Κϟ et Πϟ. exstant igitur in inscriptionibus, de quibus agitur, Κϟ et Πϟ nusquam, Χϟ(Σ) et Φϟ(Σ) innumerabilibus fere locis, Ξ et Ψ satis raro. et Ξ quidem scripta est in 7 titulis:

440, 5. 6 in monumento sepulcrali publico ante *Ol. 84, 1.*

299, 21 in monumento publico aut *Ol. 84, 1—85, 3* aut *86, 1—2* inscripto.

338, 6 in titulo donarii publici, *Ol. 93, 1.*

87, 4 in titulo publico et 403, 2 in titulo donarii privati, utroque incertae aetatis.

423, 5. 6 in titulo donarii privati antiquitatem affectante, sed complures Ionicas literas exhibente.

441, a, 2. b, 5 forma Ⱨ in titulo sepulcrali *Ol. 80, 4* Argiva literatura exarato.

huc accedit 283, 6. 19, titulus, qui rationes continet curatorum Deli insulae ad *Ol. 86, 3. 4* pertinentes, sed post *Ol. 94, 2* inscriptas.

Ψ scripta est 13, 4. 7 in titulo publico ante *Ol. 84, 1* et 283, 22, de quo modo dixi. ceterum nulla harum inscriptionum vetustiorem scripturam Χϟ et Φϟ praeter Ξ et Ψ praebet.

III. Et primum quidem E literae apud Atticos is usus fuit, ut significaret aut ε aut η aut ει adulterinam (de qua infra plura dicam); H signum fuit spiritus asperi. iam cum Ionica literatura sensim irreperet, EI pro ει adulterina, H pro η poni, spiritus autem nota prorsus omitti coeptae sunt. cuius mutationis haec collegi exempla:

1. EI pro ει adulterina ante Euclidem positae:

εἰς productione suppletoria ex *ἐνς ortum semper ἐς scribitur praeter 40, 20 (sed ἐς 21. 25. 52), *Ol. 89, 1,* et 113, 3 in titulo incertae aetatis post *Ol. 84.* nam quod etiam 324a, 5. 6. 37. c, 2. 5. 27. 29. 34. 39 εἰς scriptum est, nullius est momenti in hoc titulo prorsus mirae et fluctuantis orthographiae.

εἰστήλη pro ἐν στήλῃ 52a, 3.

εἶναι per ει scriptum est 1 B, 4. 25. 35 in titulo vetustissimo et „*Ol. 81* longe superante". praeterea: 36, 13 (sed ἐξεναι 16) *Ol. 88, 1.* 40, 49 (sed ἐναι 9. 19. 20) *Ol. 89, 1.* 59, 15. 30 *Ol. 92, 3.*

εἰμί per ει scriptum 475, 1 et 484 in titulis sepulcralibus privatis satis priscae vetustatis. accedit EIMI in Attica inscriptione pilae Sigeae (C. i. Gr. 8) exstans, quam num recte Kirchhoffius (Alphab. 18 sqq.) vetustae et genuinae originis esse iudicaverit, nunc in dubio mihi relinquendum est. nolo tamen silentio praeterire mirum esse, quod inscriptio Ionica, quae superiore loco in illa pila exarata est, EMI scripturam praebet.

εἰσί per ει scriptum 51, 12 inter *Ol. 89, 4* et *91, 4.*

ὀφείλω productione suppletoria ex *ὀφελjω per mediam formam ὀφέλλω ortum esse ex usu ipsarum inscriptionum Atticarum Brugmanus demonstravit („de Graecae linguae productione suppletoria"), Stud. IV p. 120 sq. tamen pauca sunt exempla EI in hoc vocabulo ante Euclidem positae: ὀφείλοντες 40, 11, ὀφειλημάτων 14, *Ol. 89, 1.* ὀφειλομένων 58, 9 *Ol. 92, 3.*

χειρ stirpem ex χερρ factam esse praeter alios idem ostendit Brugmanus l. l. 118. sed scripta sunt χειροτονῆσαι

40, 5. ἐχειροτόνησεν 29, *Ol. 89, 1.* χειρ[οτονηθῇ] 85, 5 in titulo incertae aetatis.

Πειραιεύς quin ex *Περραιεύς factum sit dubitari non potest, ut πείρατα ex (Lesbiaco) πέρρατα; cf. Brugman p. 118. nec multa sunt in hoc vocabulo exempla EI scripturae, si quidem ea praeter 183 e, 3 *Ol. 91, 2* in solis exstat tabulis 324 (c, 55. 56. 60. 65. 68. d, 8. 9), quarum orthographiam parum ὀρθῶς se habere iam dixi.

ἐπεστάτει contractam ex εε diphthongum ει per EI scriptam habet 68, 3 in decreto populi post *Ol. 84, 1* inscripto.

εἶχε 324 c, 18 per EI scriptum exstat, quod in absurdo, qui est in hac tabula, literarum usu mirari non possumus. (alia ratio valet in εἶπε, de quo infra suo loco agetur.) —

ita quoniam rectus sensus distinguendi ει genuinam et adulterinam diphthongos turbatus erat, fieri etiam potuit, ut retroverso vitio ab imperitis lapicidis ει genuina per E scriberetur. cuius rei unum reperi exemplum ὀλείζων singulari natura huius formae satis excusatum, de qua infra pluribus verbis dicam. ἐπετέον autem et Νεάνδρεα scripturarum alia est ratio, cum in his vocibus ι vocalis non in scriptura sed in pronuntiatione evanuerit. de qua re ipsa quoque infra dicetur.

2. H pro η ante Euclidem positae exempla ita enumeravi, ut in eis inscriptionibus, in quibus vetustioris usus H literae nullum vestigium exstaret, hoc adnotarem.

ante *Ol. 84, 1:* [ἄ]ρρητοι 23 a, 2. ἀνέθηκεν 398, 2. 422, 3. Ἀριστοκράτης 422, 1. νικήσας 4. in hac brevi inscriptione donarii privati nullum est vestigium usus vetustioris.

335, 2 ἐποίησεν *Ol. 85, 4—86, 4.* — 424, 1 et 427 Ἀρχέδημος paulo ante *Ol. 87.* — 40, 21 μήτε. 41 ψήφ[ισμα]. 52 [χ]ρηματίσαι, *Ol. 89, 1.* — 338, 1 Ἐρεχθηΐδος. 2 Εὐκτήμονος. 3 Ἀγρυλ(ε)ῆς, Ἀγρυλῆς. 5 Κηφισιῆς. 6 Κηδοί. 7 Θυμοτέλης, Κηφίσης. 9 Περγασῆς. 11 Εὐωνυμῆς. 12 -νης. *Ol. 93, 1.* vetustioris usus nullum exemplum. — 258, 6



Ἀβυδηνοί. 13 *Χερρονήσῳ.* 20 *Ἀλωπ[εκ]οννήσιοι. Ol. 93, 1—3.* — 190, 3 *Ἐλαφηβ[ολιῶνος].* 8 *Παναθην[αι-].* 10 *[Ἀλω-πε]κῆθεν. Ol. 93, 3.* — 191, 1. 7. 8. 9 *Ἀθηναίας.* 5 *στα-τῆρες.* 6 *ἡμεδαπόν. Ol. 93, 3.* vetustioris usus nullum exemplum.

325, 13 *ὀγδόῃ* in titulo incertae aetatis.

parvi momenti sunt 324a, 38 *δραχμὴν τῆς*, d, 8 *Θευ-γένης* in titulo *Ol. 93, 1* exarato et alioquin vetustum usum H literae affectante, nullius momenti constans usus huius literae pro *η* in donario Archedemi (423) ludicrae literaturae et inferioris aetatis quam 424 et 427, et in tabula curatorum Deli insulae (283) post *Ol. 94, 2* exarata.

3. Notae spiritus asperi (H[4])) ante Euclidem omissae permulta sunt exempla, quorum catalogum infra posui.

articuli formae scriptae sunt *ὁ* 13, 5. 9. 45, 16. 56a, 7. 57a, 33. 423, 1. 2. 426, 2. — *ἡ* 40, 41. 53. 32 A, 9. 88, 5. 156, 7. [324c, 21.] — *οἱ* 37y, 10. 40, 56. 61, 8. 9. 68, 4. 6. 12. 173, 1. — *αἱ* 283, 8 exstans huc non pertinet, quia hic titulus post *Ol. 94, 2* inscriptus est.

stirpis pronominis relativi sine H scriptae haec sunt exempla: *ὅν* 156, 7. — *ὅ* vel *οὗ* 188, 40. — *ἧς* 125, 5. 128, 5. 130, 4. 131, 4. 132, 4. 133, 5, semper in eisdem verbis *ἐξ ἧς ἀποραίνονται* et semper antecedente *οἷς* in versu superiore. — *ἧ* 188, 1. 194, 2. [324c, 21.] — *ἅ* 32 A, 5. 6. — *ὧν* 15, 4. 38c, 11. 59, 8. 30. 264, 8. — *οἷς* 542, 3. —

---

[4]) imminutam huius notae figuram ⊢, quam Franzius, elem. epigr. Gr. p. 43, a Graecis exceptis Atheniensibus usurpatam esse dicit, paucis locis reperi: 20, 10 *ὅπως* ante *Ol. 84, 1*, deinde 51, 5 *ἐκ[άστοτε]*, 128, 1 *ἱερῶν*, 162, 7 et 170, 7 *ἥλω*, 279, 7 ante fracturam lapidis in *ἕω* vocabulo. haec sex exempla, e quibus unum valde incertum est, dubito num satis multum valere possint ad labefactandum illud, quod ex Franzii libro attuli quodque satis pervulgatum est, iudicium. nam vitia apographorum facillime statui possunt. ⊣ vero inversa figura, quae 114, 3 et 319, 7 exstat, dubitari nequit quin antecedenti utroque loco fracturae lapidis debeatur.

αἷς 32 A, 29. — [ἅς 324 c, 31.] — ὡς (vel ὥσπερ vel ὥστε) 40, 12. 58, 10. 59, 6. 68, 9. [283, 18. 23.]

ὅςτις 95, 4. ὅτι 56 a, 3. 70, 4. ὅτου 36, 11. ὅπως 68, 5.

ὅσα 60, 9. 67, 5. ὁπότερα 85, 4. ὅταμ περ 68, 7.

stirpis demonstrativae pauciora sunt exempla: οἵ 442, 7.[5]) οἵδε 110, 4. αἵδε 258, 11. 260 B, 1. — οὗτοι 183 e, 6.

reliqua vocabula alphabetico ordine enumeravi: αἱρεῖσθαι 38 f, 5. αἱρε[θῶσι] g, 21. αἱρῆται 79, 11. [ἅμαξα 324 b, 5.] ἁπάσας 322 a, 64. [ἅρμα 324 c, 7.] ἁρμόσαντα 282, 10. ἑβδόμης vel ἑβδόμη 188, 21. 22. 26. 189 a, 4. 6. b, 7. 10. 14. 190, 5. 274, 1. 5. 6. [ἕδρα 324 a, 5. 6. εἱστηκότα 324 c, 19.] ἕκαστος 1 A, 42. 32 A, 23. 38 b, 4. 40, 36. 39. 54, 16. 68, 5. 321, 16. 322 a, 48. ἑκάτερος 40, 25. ἑκατόμβην 188, 7. Ἑκατομβαιών 189 b, 25. 26. ἕνη 189 a, 12. ἑνός 325, 10. 14. ἑνδεκάτη 188, 37. 273 h, 10. 11. [ἕξ 324 a, 15. b, 5. c, 76. e, 3.] ἕκτη 188, 34. 39. 189 a, 16. 22. 201, 4. [ἑξῆς 324 c, 60.] ἑορτή 5, 5. 422, 6. ἕτερον 188, 9. 10, saepius. ἕω 321, 21. 322, 93. [324 c, 47.] ἕως 40, 55. ἥκωσι 38 f, 15. ἡλιαία 37 a, 14. ἥλῳ 165, 6. 167, 7. 173, 4. ἡμεδαπόν 191, 6. 212, 6. ἡμέρα 31 A, 28. 37 a, 10. m, 23. 49, 8. 56 a, 10. 57 b, 2. 179, 11, saepius. ἡμιδράχμον 321, 18. ἥμισυ 321, 28. ἱδρύσαντα 282, 3. [ἱεράν 283, 21. 22.] ἱερέα 1 A, 40. 41. ἱσταμένου 189 a, 17. 19. 20. b, 16. 190, 4. 274, 1, 6. ὁδοῦ 473, 1. ὁμαλῆσαι 282, 4. ὁμήρους 52 a, 10. ὁμολογῶσιν 40, 23. ὅσιον 32 A, 16. ὑπαργύρῳ 165, 6. 167, 7. 173, 4. ὑπεδέξατο 442, 5. ὑ[περήμερος] 29, 9. [ὥρισαν 283, 10. 11.]

accedunt e nominibus propriis haec: Ἁλαιεύς 337, 1. Ἁλιεῦσιν 433, 3. Ἁλικαρνασσ- 228, 8. [283, 26.] 244, 62. Ἁρ[μοδίου] 8, 5. Ἑλληνοταμίαις 32 A, 6. 61, 9. 188, 15. 37. 189 a, 5. 9, saepius. Ἑλλήσποντος 40, 39. 87, 1. 299, 12.

---

[5]) quod in eodem versu etiam οἵ scripturae exemplum exstat, infra facillima ratione explicabitur.



Ἑστίαια 28, 3. 29, 3. 10. 445, 6. *Ἡγέλοχος* 374, 3. *Ἡγέμαχος* 448, 36. *Ἡγησίας* 446, 49. *Ἡρα[κλέους]* 201, 10. *Ἥρας* 197, 11. *Ἡφαιστιῆς* 233, 8c. 235, 18. 236, 9c. 260 B, 3. *Ἰππίου* 197, 6. *Ὑισσῆς* 233, 4b.

in hoc catalogo quoniam longum fuit singulis exemplis adnotationes addere de aetate inscriptionum, in quibus exstarent, subiunxi tabulam numeros omnium earum inscriptionum continentem, in quibus exempla omissae H literae exstant, additis, quoad fieri potuit, numeris Olympiadum et, si quae in eisdem tabulis servatae H literae exempla reperi.

1.	diu ante *Ol. 81.*	(A, 29. 34 etc.)	59.	*Ol. 92, 3.*	(11. 13 etc.)
5.	ante *Ol. 84, 1.*	(1. 2 etc.)	60.	*Ol. 92, 3.*	(7.)
8.	post *Ol. 84, 1.*	(6. 9 etc.)	61.	*Ol. 92, 4.*	(14. 19 etc.)
13.	ante *Ol. 84, 1.*	—	67.	?	—
15.	ante *Ol. 84, 1.*	—	68.	?	(14.)
28.	*Ol. 84.*	(6. 12 etc.)	70.	?	(7?)
29.	*Ol. 84.*	(4. 10 etc.)	79.	?	(1. 4 etc.)
31.	*Ol. 84.*	(4. 7 etc.)	85.	?	(11?)
32.	*Ol. 90*	(A, 4. 8 etc.)	87.	?	—
36.	*Ol. 88, 1.*	—	88.	?	(2. 4.)
37.	*Ol. 88, 4.*	(w, 15. a, 9. 11 etc.)	95.	?	—
40.	*Ol. 89, 1.*	(7. 10 etc.)	110.	?	—
45.	*Ol. 89, 4.*	(9. 17 etc.)	125.	*Ol. 90, 4.*[6])	(4.)
49.	ante *Ol. 90, 2.*	(6. 8.)	128.	*Ol. 91, 3.*	(4.)
52.	*Ol. 90.*	(a, 8. b, 7. c, 2.)	130.	*Ol. 89, 1.*	(2. 3.)
54.	*Ol. 91, 1.*	(9. 19.)	131.	*Ol. 89, 2.*	(2. 3.)
56.	*Ol. 92, 1.*	—	132.	*Ol. 89, 3.*	(1. 3.)
57.	*Ol. 92, 2* vel *3.*	(b, 3. 7 etc.)	133.	*Ol. 91, 4.*	(1. 3.)
58.	*Ol. 92, 3.*	—	156.	*Ol. 90, 3.*	(1. 5.)
			165.	*Ol. 91, 4.*	(7. 12.)
			167.	*Ol. 92, 2.*	(4.)

[6]) numeros annorum a me adscriptos ab eis, qui apud Kirchhoffium in traditionibus quaestorum leguntur, differre consentaneum est, quia rerum traditarum catalogi ad singulos annos pertinentes insequentibus semper annis lapidibus inscripti sunt.

173. *Ol. 90, 3.* (1. 4. etc.)	282. ? (9.)
179. *Ol. 86, 4.* (2. 5. etc.)	[283] inter *Ol. 94, 2* —, et *102.*
183. *Ol. 91, 2.* (4. 6. etc.)	299. aut *Ol. 84, 1—85, 3* — aut *Ol. 86, 1* vel *2.*
188. *Ol. 92, 3.* (1. 2. etc.)	321. ante *Ol. 92, 4.* (2. 4 etc.)
189. *Ol. 93, 2.* —	322. *Ol. 92, 4.* (1. 4 etc.)
190. *Ol. 93, 3.* —	324. *Ol. 93, 1.* (sexcenta exempla.)
191. *Ol. 93, 3?* —	325. ? (2. 9. etc.)
194. *Ol. 87.* —	337. ? —
197. *Ol. 87.* —	374. ? (2.)
201. *Ol. 87.* —	422. ante *Ol. 84, 1.* —
212. *Ol. 87.* —	423. post *Ol. 87.* —
226. *Ol. 81, 3.* (1. 4 etc.)	426. paulo ante *Ol. 87.* (425, 1.)
228. *Ol. 82, 1.* (3. 17.)	433. *Ol. 80, 1.* (45. 48 etc.)
233. *Ol. 83, 2.* (10.)	442. *Ol. 87, 1.* (7. 9 etc.)
235. *Ol. 83, 4.* (6 etc.)	445. ? —
236. *Ol. 84, 1.* —	446. *Ol. 88, 4.* (20. 35 etc.)
238. *Ol. 84, 1.* (2 etc.)	448. ? (17. 25 etc.)
244. *Ol. 86, 1.* (61. 64 etc.)	473. ante *Ol. 84, 1.* —
258. *Ol. 93, 1—3.* —	542. ? —
260. *Ol. 89, 4.* (3.)	
264. ? (5.)	
273. *Ol. 90.* (a, 1. b, 3. 12 etc.)	
274. ? —	

en habemus satis magnum numerum et vocabulorum, in quibus nota spiritus asperi iam ante Euclidis aetatem omitti coepta est, et inscriptionum, in quibus hoc vitium admissum est; quamquam paucae sunt, in quibus non unum alterumve exemplum exstet vetustioris rationis scribendi in hac litera servatae. ceterum ne quis iudicio fallatur, ex catalogo, quem supra posui, seiungendae sunt inscriptiones 283 et 324, quippe altera post *Ol. 94, 2* lapidi incisa, altera tot tamque ridiculis in usu spiritus asperi erroribus contaminata, ut etiam omissae H literae exempla, quae in ea exstent, mero vitio lapicidae tribuenda sint. ceteroquin autem de tota hac re aliter iudicandum est. leniorem enim quandam



pronuntiationem spiritus asperi, quae paulatim et in Attica et in ceteris dialectis invaluisset, iustam causam fuisse, cur spiritus nota omitteretur, iam dudum viri docti intellexerunt (cf. Curtium, Grundzüge[3] p. 634 sqq.). cuius sententiae hoc vel firmissimum argumentum est, quod in singulis vocabulis non eadem ratio est H literae omittendae, sed nonnulla sunt, in quibus multo saepius quam in ceteris et iam inde ab antiquissima aetate hoc vitium, si quidem vitium iudicandum est, admissum sit. in quorum numero maxime sunt articulus et pronomina demonstrativa et relativa. increscentem autem Ionicae literaturae usum si quis multum valuisse putat ad removendam ex consuetudine Atheniensium notam spiritus asperi, conferat inter se exempla huius notae omissae et H literae pro *η* positae. satis enim pauca, quae exstant, exempla *η* per H scriptae documento sunt hanc novam et ab Ionibus receptam distinctionem *η* et *ει* vocalium nullius momenti fuisse in mutanda ratione spiritus asperi aut scribendi aut non scribendi.

Post P literam spiritum asperum in titulis Atticis numquam scriptum esse satis habeo commemorare, quia in hac re Atheniensium usus a volgari usu ceterorum Graecorum (de quo v. Grdz.[3] 413) non abhorret. nec fortasse aliter res se habet in omittenda spiritus nota post apostrophum literis explosivis duris adnexam. sed quoniam tota haec quaestio de commissura vocabulorum in oratione se excipientium latius patet, exempla adscribenda esse putavi, e quibus appareret post elisionem Athenienses H literam non scripsisse. nec sunt multa: *ἀφῆς* 37 b, 9. *ἀφοῦ* 47 c, 3. *ἁφῶν* 324 a, 34. *ὑφενός* 64 a, 9. *ἐφῶν* 319, 19. *ἐφιεροῖς* 533, 3. *-νθέκαστα* 52 b, 21. *καθημέραν* 324 a, 29. 35. diversae rationis scribendi nullum exemplum reperi. neque hoc difficile est explicatu. praepositionum enim, quibus omnia illa exempla efficiuntur, cum is usus sit, ut cum nominibus insequentibus arctissime coniungantur et tamquam in unum coalescant, tum in inscriptionibus Atticis vetustioribus et praepositiones et aliae voces praepositivae,

in primis articulus, etiam scriptura cum vocabulis insequentibus conectuntur. et assimulationem quidem consonantium, quae in commissura talium vocabulorum saepissime fit, infra tractabo; hoc autem loco, quo de spiritu aspero agitur, etiam illud accedit, quod vocali terminali praepositionis elisa et spiritu per commissuram ad aspirationem consonantis explosivae traiecto tam arctum vinculum factum est inter duo, quae se excipiunt, vocabula, ut spiritus notam post literam aspiratam denuo scribere supervacaneum sit. neque inutile videtur ad illustrandam totam hanc rationem afferre versum quendam, quem iam supra commemoravi 442, 7 ex titulo sepulcrali in honorem civium Atheniensium, qui ad Potidaeam Ol. 87, 1 interfecti erant, tribus carminibus ornato; in quorum altero haec exstant:

ἐχθρῶν δ' οἵ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, ὅ[ὶ δὲ φυγόντες].

in hoc versu sola elisio *ε* vocalis causa fuit, cur in priore *οἵ* nota spiritus omitteretur, quae non solum in altero eiusdem vocabuli exemplo, sed etiam aliis locis in hoc titulo scripta est. quod si post *δ* literam, quae aspirationem non admittebat, ita factum est, multo magis in literis tenuibus hanc rationem valuisse consentaneum est.

Ex tabulis, quas supra proposui, luculente apparet consuetudinem lapicidarum Atticorum in nota spiritus asperi aut scribenda aut omittenda satis diu multumque fluctuasse. quam ob rem quamquam mirari non possumus, quod etiam falso positae H literae exempla exstant, tamen cautiore iudicio in hac re opus est, quia constat Atticos ita *δασυντικοὺς* fuisse, ut in multis vocabulis spiritum asperum pronuntiarent, in quibus ceterae dialecti lenem haberent. hoc autem minus ad literaturam inscriptionum Atticarum quam ad phoneticam, si licet novo vocabulo uti, totius dialecti rationem pertinere cum facile intellegatur, exempla spiritus asperi pro leni positi ad posteriorem quaestionem, quae erit de consonantibus ab Atheniensibus aut mutatis aut antiquitus servatis, referenda sunt. unus tamen hoc loco comme-

morandus est titulus 324 rationes curatorum operis Erechthei continens, *Ol. 93, 1* exaratus tam miro usu spiritus, ut Harrium quendam Catullianum in eo elaborasse facile aliquis crediturus sit. certe lapicida, quicumque fuit, omnibus fere vocabulis, quae a vocalibus inciperent, tanta sedulitate spiritus asperi notam praefixit, ut nonnulla afflatum hominis effugisse non possimus non mirari. nec desunt in his exempla eius generis, cui spiritus asper optimo iure tribuendus fuerit, ut *εἱστηκότα* c, 19, *ἱερέας* c, 27, quae omnia in catalogo supra posito uncis inclusi; nam quae vitia unius lapicidae errori debentur ex Scylla interdum in Charybdim irruentis, ea nihil valere possunt in describenda mutatione totius literaturae Atticae paulatim facta. eorum vero exemplorum, quae falsae aspirationis vitio inquinata sunt, in tabula satis magna tam ingens est numerus, ut ea adscripturus non fuerim, nisi Keilius in Schedarum epigraphicarum (Numburgi 1855) pp. 6 sqq. fere omnia tamquam testimonia verae pronuntiationis Atticorum paucis illis, quae in aliis inscriptionibus passim reperiuntur, immiscuisset. unde etiam in Curtii Lineamenta etymologices Graecae ([3] 639 sq.) haec turba ita recepta est, ut a ceteris exemplis non distingueretur. quod quin parum recte factum sit, dubitari non potest, si modo re vera usus H literae, qui est in tabula 324, non sermoni omnium Atheniensium, sed vitio unius lapicidae debetur. et haec ipsa causa fuit, cur catalogum omnium exemplorum, quae huc pertinerent, subiungerem. nam qui ea uno conspectu comprehensa viderit, quadratarium antiquitatem sermonis ridicule sectantem his nugis delectatum esse facile sibi persuadebit. sunt igitur haec:

ἁγαλματοποικοῦ c, 22. *ἅγοντα* c, 10. *Ἁγρυλῆσι* c, 11. *-θεν* 28. *Αἱσχίνης* c, 38. *Ἁλωπεκῆσι* c, 15. *Ἁμεινιάδης* c, 37. 40. 76. *ἁναγράφομεν* c, 31. *ἁνάλωμα* c, 24. *ἅνδρα* c, 18. *Ἁξιοπείθης* c, 44. 81. *ἁπό* a, 33. 34. c, 36. *προςἁπέδομεν* c, 17. *αὑτό* c, 23. *-ῷ* b, 2. *ἑγγυητής* c, 19. *ἑκ* a, 22. *ἑν* a, 15. *ἑνεγράψαμεν* c, 32. *ἑνκέαντι* a, 43. *ἑν-*

καυταῖς a, 22. 49. c, 21. ἐντός a, 22. 45. c, 14. ἐπί a, 44. c, 18. 25. 13. 23. Ἑπιγένης d, 5. Ἑπιείκης c, 46. ἐπικρούοντα c, 13. ἐπιστύλιον a, 44. c, 13. ἐργαζόμενοι a, 29. 35. Ἑρχιεύς c, 67. 50. ἑς c, 31. εἱς c, 2. 5. 27. 29. 31. 39. Ἑ[ύδι]κος c, 53. Εὔδοξος c, 49. Εὐμηλίδης c, 71. ἕχοντα c, 1. 16. ἑχόμενον c, 41. 48. 54. 69. 52. 60. ἑωνήθη c, 31. 34. 38. 42. Ἵασος c, 20. Ἵ[καρος] c, 68. ἱκριώματα a, 14. ἱκριώσασι a, 21. οἱκοῦντι a, 9. 10. 12. 13. 17. 19. 20. 24. 26. 27. 33. 40. 47. 54. 6. 10. 16. b, 4. 7. 6. c, 4. 12. 16. 38. 42. 50. 58. 79. 3. 6. 19. 37. 41. 44. 73. 74. 75. 77. 79. d, 2. 12. e, 5. Οἱνηΐς a, 53. Ὁνήσιμος c, 85. ὅντα b, 5. ὁπαῖον a, 10. 19. ὁπισθοφανῆ c, 5. ὁροφή a, 23. 37. Ὁτρυνεῖ c, 11. (38.) ὁφθαλμός c, 43. ὥνημα c, 30. 33. 30. 45.

in his vocabulis non pauca sunt, in quibus aut ratio etymologica doceat spiritum asperum antiqui alicuius spirantis σ aut ϝ vestigium esse posse aut exempla ex inscriptionibus petita ostendant spiritum asperum etiam in ceteris dialectis Graecis nonnumquam pronuntiatum esse; nec desunt, in quae utrumque cadat. quae omnia Curtius et Keilius (qui etiam solitae scripturae nonnulla in 324 exstantia exempla collegit) ll. ll. adnotarunt. sed non plus quam duo sunt in tanto numero vocabula, in quibus spiritus asperi nota etiam in aliis titulis Atticis scripta sit, Ἑρχιεύς et ἕχω, ad quae fortasse accedit ἑωνήθη, nisi in hac forma stirps magis quam augmentum aspiratum est. tamen non negaverim etiam in ceteris nonnulla esse vocabula, in quibus spiritum asperum Atticorum quoque volgari sermone pronuntiatum esse veri simile sit. de quibus nihil certi statui poterit, nisi nova documenta epigraphica reperientur. nam hoc videor mihi demonstrasse, si quae exempla H literae pro spiritu aspero positae in sola tabula 324 exstent, ea nihili facienda esse.

Aspirationem in commissura vocabulorum compositorum etiam ab Atheniensibus pronuntiatam esse non solum per se consentaneum est, sed etiam, si qui

viri docti aliter iudicaverant, eorum sententia satis acriter refutata est a Boeckhio C. i. Gr. p. 43 et ab Alberto Giese, „Ueber den äolischen Dialekt", Berolini 1837, pp. 327 sqq. quorum argumentationem a me repeti non est necesse, praesertim cum etiam veterum grammaticorum varias et interdum artificiosas opiniones Giesius sano iudicio examinaverit. una tamen res, in qua lapsus esse mihi videtur, eo magis hoc loco commemoranda est, quod exemplum quoddam ex ipsis inscriptionibus Atticis petitum sententiae viri doctissimi obstat. putavit enim Giesius (p. 333) cum ex ipsius rei natura tum ex constanti usu titulorum Graecorum eam regulam colligi posse, ut in eis tantum vocabulis compositis spiritus asper a veteribus pronuntiatus sit, in quibus vocalis alicuius elisio ante commissuram aut non facta esset aut facta post literam explosivam aspirationis patientem. quam regulam nuper expressis Giesii verbis suam fecit Kuehnerus, „Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache"[2], I p. 103. at vero primum quid spiritum asperum impediverit, quominus elisione post consonantem explosivam mediam vel liquidam vel aliam quamlibet facta pronuntiaretur, vereor ut quisquam dicere possit, si quidem neque elisio vocalis ei nocuit in ὕφαλος neque antecedens consonans aspirationis impatiens in ἐνὅδια (Giese p. 335). neque enim, quod ipse supra concessi post elisionem spiritum asperum facilius evanuisse allato illo δ' οἵ ex titulo sepulcrali satis priscae aetatis, hoc eo sensu dixi, ut putarem spiritum asperum post apostrophum omnino pronuntiari non potuisse. iam vero exempla Giesii regulae obstantia si nulla reperiremus, causa non esset, cur miraremur, quia omnino numerus exemplorum ad hanc quaestionem pertinentium perparvus est. et παρὲξόνται quidem et ἀνἑλόμενος et similia in tabulis Heracliensibus exstantia recte Giesius hoc loco nihil valere iudicavit, quia utriusque praepositionis πάρ et ἄν forma per apocopen facta in illis tabulis etiam ante consonantes semper usurpatur. at in Attica dialecto habemus πάρἑδροι C. i. A. 34, 11 in decreto populi

non multo post *Ol. 86, 3* facto. quae forma, quoniam scripturam eius naturae ipsius rei non repugnare vidimus, satis multum valet ad sententiam Giesii et Kuehneri prorsus refellendam, in tantulo praesertim, quem iam dixi, ceterorum exemplorum numero. nam praeter illud *πάρέδροι* haec tantum reperi: ante *Ol 84, 1* *εὔορκον* 23a, 6, *ἀώριον* 481, 1; deinde *προςἡκέτω* 40, 15. *τριἡμιποδίους* 322a, 12. *ἐςὅδου* 524. [*προςάπέδομεν* 324c, 17.] *ἄώρος* 476, 1 scriptum fuisse satis certa ratiocinatione ex eis, quae exstant, literis colligi potest.

tenues consonantes quod bis in vocabulis compositis ante spiritum asperum ipsae non aspiratae sunt, nullius est momenti, quia utrumque exemplum in tabula curatorum Erechthei, 324, exstat: *κατιστᾶσιν* a, 4 et *δωδεκημέρου* a, 36.

IV. Ita quoniam usum literarum, quae *ε* vocalem volgo significant, descripsi, iam transeo ad *ο* vocalem, de qua multo paucioribus verbis absolvere possum. nam non multa sunt exempla, quae a generali usu abhorrent, qui ante Euclidem in titulis Atticis is fuit, ut Ο litera et *ο* et *ω* vocales et *ου* diphthongum adulterinam, ΟΥ autem coniunctae genuinam *ου* diphthongum significarent. afferam igitur primum ea exempla, in quibus haec ratio neglecta est, deinde ea, quae invalescentem Ω literae Ionicae usum ostendunt.

1. ΟΥ pro *ου* adulterina positae.

τούς 51, 5. *τοῦ* 146, 6. — *συνάρχουσι* 146, 2. *πρυτανευούσης* 274, 5. [324c, 26.] *βουλή* 51, 14. 61, 3. 7. *ξυνβουλευσοντ* 87, 4. *Εὐβου[λ]* 446, 12. — [*ἀναν*]*εοῦσθαι* 43, 5. *Ἡρακλέους* 360, 2 (ante *Ol. 84, 1*). *κληροῦχοι* 146, 10. — *Φρούραρχος* 433, 49. *Φροῦρος* 52 (*Ol. 80, 1*).

pauca sane sunt exempla et ex paucis inscriptionibus collecta, quarum duae tantum prisca vetustate insignes sunt. omnes autem etiam vetustioris scripturae Ο pro *ου* adulterina complura exempla praebent praeter 87 et 360, utramque satis brevem.

οὐράς, in quo *ου* diphthongum productione suppletoria ortam esse apparet ex *ὄρρος* eiusdem radicis vocabulo, per



viri docti aliter iudicaverant, eorum sententia satis acriter refutata est a Boeckhio C. i. Gr. p. 43 et ab Alberto Giese, „Ueber den äolischen Dialekt", Berolini 1837, pp. 327 sqq. quorum argumentationem a me repeti non est necesse, praesertim cum etiam veterum grammaticorum varias et interdum artificiosas opiniones Giesius sano iudicio examinaverit. una tamen res, in qua lapsus esse mihi videtur, eo magis hoc loco commemoranda est, quod exemplum quoddam ex ipsis inscriptionibus Atticis petitum sententiae viri doctissimi obstat. putavit enim Giesius (p. 333) cum ex ipsius rei natura tum ex constanti usu titulorum Graecorum eam regulam colligi posse, ut in eis tantum vocabulis compositis spiritus asper a veteribus pronuntiatus sit, in quibus vocalis alicuius elisio ante commissuram aut non facta esset aut facta post literam explosivam aspirationis patientem. quam regulam nuper expressis Giesii verbis suam fecit Kuehnerus, „Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache"[2], I p. 103. at vero primum quid spiritum asperum impediverit, quominus elisione post consonantem explosivam mediam vel liquidam vel aliam quamlibet facta pronuntiaretur, vereor ut quisquam dicere possit, si quidem neque elisio vocalis ei nocuit in *ὕφαλος* neque antecedens consonans aspirationis impatiens in *ἐνὅδια* (Giese p. 335). neque enim, quod ipse supra concessi post elisionem spiritum asperum facilius evanuisse allato illo *δ᾽ οἵ* ex titulo sepulcrali satis priscae aetatis, hoc eo sensu dixi, ut putarem spiritum asperum post apostrophum omnino pronuntiari non potuisse. iam vero exempla Giesii regulae obstantia si nulla reperiremus, causa non esset, cur miraremur, quia omnino numerus exemplorum ad hanc quaestionem pertinentium perparvus est. et *παρἑξόνται* quidem et *ἀνἑλόμενος* et similia in tabulis Heracliensibus exstantia recte Giesius hoc loco nihil valere iudicavit, quia utriusque praepositionis *πάρ* et *ἄν* forma per apocopen facta in illis tabulis etiam ante consonantes semper usurpatur. at in Attica dialecto habemus *πάρἑδροι* C. i. A. 34, 11 in decreto populi

non multo post *Ol. 86, 3* facto. quae forma, quoniam scripturam eius naturae ipsius rei non repugnare vidimus, satis multum valet ad sententiam Giesii et Kuehneri prorsus refellendam, in tantulo praesertim, quem iam dixi, ceterorum exemplorum numero. nam praeter illud *πάρέδροι* haec tantum reperi: ante *Ol 84, 1* *εὔὁρκον* 23a, 6, *ἀὥριον* 481, 1; deinde *προςῄκέτω* 40, 15. *τριῄμιποδίους* 322a, 12. *ἐςὅδον* 524. [*προςἀπέδομεν* 324c, 17.] *ἀὥρος* 476, 1 scriptum fuisse satis certa ratiocinatione ex eis, quae exstant, literis colligi potest.

tenues consonantes quod bis in vocabulis compositis ante spiritum asperum ipsae non aspiratae sunt, nullius est momenti, quia utrumque exemplum in tabula curatorum Erechthei, 324, exstat: *κατιστᾶσιν* a, 4 et *δωδεκημέρου* a, 36.

IV. Ita quoniam usum literarum, quae *e* vocalem volgo significant, descripsi, iam transeo ad *o* vocalem, de qua multo paucioribus verbis absolvere possum. nam non multa sunt exempla, quae a generali usu abhorrent, qui ante Euclidem in titulis Atticis is fuit, ut O litera et *o* et *ω* vocales et *ου* diphthongum adulterinam, OY autem coniunctae genuinam *ου* diphthongum significarent. afferam igitur primum ea exempla, in quibus haec ratio neglecta est, deinde ea, quae invalescentem Ω literae Ionicae usum ostendunt.

1. OY pro *ου* adulterina positae.

τούς 51, 5. *τοῦ* 146, 6. — *συνάρχουσι* 146, 2. *πρυτανευούσης* 274, 5. [324c, 26.] *βουλή* 51, 14. 61, 3. 7. *ξυνβουλευσοντ* 87, 4. *Εὐβου[λ]* 446, 12. — [*ἀναν*]*εοῦσθαι* 43, 5. *Ἡρακλέους* 360, 2 (ante *Ol. 84, 1*). *κληροῦχοι* 146, 10. — *Φρούραρχος* 433, 49. *Φροῦρος* 52 (*Ol. 80, 1*).

pauca sane sunt exempla et ex paucis inscriptionibus collecta, quarum duae tantum prisca vetustate insignes sunt. omnes autem etiam vetustioris scripturae O pro *ου* adulterina complura exempla praebent praeter 87 et 360, utramque satis brevem.

οὐράς, in quo *ου* diphthongum productione suppletoria ortam esse apparet ex *ὄρρος* eiusdem radicis vocabulo, per

OY scriptum est 319, 21. sed quoniam caudae in hac inscriptione locus non est, Kirchhoffius magna cum probabilitate coniecit OYPAΣ ex ΘYPAΣ factum esse. nec magis huc referendum est, quod exstat 483, 1 in titulo sepulcrali satis vetusto, *Ἀντιδότου* per ꝏ scriptum; nam cum ab usu literarum ligatarum consuetudo antiquioris aetatis prorsus abhorreat (cf. Franz, elem. epigr. Gr. p. 352), dubitari non potest, quin hoc loco V per errorem exarata in O correcta sit.

O pro *ου* genuina per neglegentiam lapicidarum scriptam reperi in tribus vocabulis: *παρα-* et *ἐπικρούοντα* 324 c, 6. 13, quod in hac praesertim inscriptione mirari non possumus; *οὖς* 322 a, 93, quod quoquo modo explicatur (cf. Grdz.[3] 374), certe in *ου* diphthongo vestigium digammi servavit; *τούτου* 128, 9. 10. 11. 12. 13. 18 et 133, 11. 12. 15, *Ol. 91, 3. 4.* accuratioris scripturae TOYTO in utroque lapide unum est exemplum in v. 8. genuinam esse in hoc pronomine *ου* diphthongum non est cur moneam. *κρούοντα* autem huc retuli, quia in hoc vocabulo de productione suppletoria certe cogitari non potest, quamquam veriloquium eius adhuc non satis perspectum est. — accedit fortasse ΣΠΟΔΙΑΣ nomen proprium 324 a, 21, quod utrum pro *Σπουδίας* scriptum sit an, ut Kirchhoffius voluit, aliud quoddam adhuc ignotum nomen *Σποδίας* significet, dubitari potest.

2. Ω pro *ω* posita.

Ἀπόλλων(ος) 430 ante *Ol. 87* et 93 a, 10 in decreto satis vetusto, sed posteriore aetate lapidi inciso. *Δημνίων* 443, 1 non multo post *Ol. 87, 2.* *Εὐωνυμῆς* 338, 11. *νυμφῶν* 423, 4. — 338, 423, 430 nulla habent exempla vetustioris scripturae O pro *ω*, quod in titulis satis parvis non magni momenti est. permulta autem Ω literae exempla in tabula curatorum Deli insulae (283) post *Ol. 94, 2* exarata exstare vix opus est commemorari.

mira quadam scribendi ratione bis in titulis Atticis Ω pro *ου* posita est, ubi intellegendi sunt genetivi *Λευκολοφίδου* 358 et *θεοῦ* 93 a, 8. et huius quidem tabulae

quoniam artificiosa est literatura quaeque lapicidam posterioris aetatis vetustatem interdum imitantem prodat, θεοῦ, quod in ea exstat, non magni faciendum est. in alterum autem titulum eumque sepulcralem hominis privati ante *Ol. 84* exaratum singularem illum Ω literae usum ex insulanorum consuetudine permanasse putat Kirchhoffius, qui de hac re egit in „Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets"[2], p. 71.

Haec habui, quae de literatura inscriptionum Atticarum adnotarem. iam si cui nonnulla omissa esse videntur, quae ipsa quoque ad vetustiorem rationem scribendi pertineant, ea, utpote quae maioris momenti esse et ad cognoscendam ipsius linguae naturam aliquantum valere existimarem, posteriori disputationi reservavi.

CAPUT II.

DE VOCALIBUS.

Uniuscuiusque vocalis quae natura quaeque in singulis et stirpibus vocabulorum et terminationibus origo apud Atticos fuerit et quae leges in concursu complurum vocalium aut evitando aut facilioris pronuntiationis causa leniendo aut sine ulla mutatione servando valuerint, si hac disputatione comprehendere vellem, magna esset muneris mei et difficultas et moles. sed quoniam id ago, ut ex solis inscriptionibus vetustioribus qui fructus ad illas quaestiones expediendas percipi possit, exponam, satis pauca sunt, quae de vocalibus me afferre oporteat. nam cum omnia ea omittenda mihi fuerint, in quibus illarum inscriptionum usus aut idem esset atque apud omnes scriptores Atticos aut, num alius esset, propter rationem scripturae vetustioris diiudicari non posset, nihil reliquum factum est praeter discrimina quaedam paucarum vocalium et nonnullas alias res, quae ad mutationem complurum vocalium inter se concurrentium

pertineant. qua re ne quis miretur, si minusculas tantum res et inter se satis dispares uno hoc capite comprehenderim.

I. De η et α longa.

A ratione dialecti Ionicae, quae α longam tantum non semper in η mutavit, Atticos ita recessisse, ut post α, ε, ι vocales et post ϱ consonantem liquidam, interdum etiam post ο, ω, υ vocales pristinam ᾱ servarent, notissimum est. nam quod Bergkius, „Griechische Literaturgeschichte“ I, p. 73 η Ionicam ab Atticis rursus in ᾱ mutatam esse putat, vereor, ut ille recte iudicaverit. quod si non fecit, mirum esse nullo modo potest in ea, quam sibi finxit vir doctissimus, sententia de cognatione Ionicae et Atticae dialectorum. sed de ea suo loco infra agam. nunc quaerendum est, ecquae sint exempla, e quibus appareat η vocalem etiam extra eos fines, quibus ceteroquin in Atthide circumscripta est, vel evasisse vel, si quis Bergkium mavelit sequi, remansisse. et reperi talia in inscriptionibus vetustioribus pauca. sed omnia sunt eius modi, ut ad ipsam dialectum Atticam nullo modo pertineant.

1. Primum quidem Minervae nominis formam Ἀθηναίη in inscriptionibus Atticis exstare et Bergkius l. l. 72 et Weckleinius, Cur. epigr. p. 11 commemorat, qui tria[7]) affert exempla. unum est C. i. A. 395, 2 = Rang. 52 in inscriptione donarii ab Ione poeta Chio positi: [Ἴ]ων ἀνέθηκεν ἄγ[α]λ[μα τ]ῇ Ἀθηναίῃ. haec verba quamquam Attica literatura exarata sunt, tamen non dubito, quin Kirchhoffius recte de eis iudicaverit, qui propter Ἀθηναίῃ formam Ionicam putat scriptorem Ionica dialecto usum esse. hoc autem ut statuamus, ipsius eius, qui imaginem dedicavit, Ionis

---

[7]) nam quod ipse quarto loco C. i. A. 364 = Rang. 51 formam Ἀθηναίη maxime dubiam esse dicit, eam ne dubiam quidem esse sed omnino non exstare in hoc titulo unusquisque intelleget, qui Koehleri apographum apud Kirchhoffium propositum inspexerit.

poetae origo suadet. — alterum exemplum est C. i. A. 528 = C. i. Gr. 526 in termino sacri luci Minervae, in quo scriptum nomen deae Rossius legerat Ἀθηναίας, Fourmontius Ἀθηναίης. iam vero habemus accuratius apographum Schoellii, e quo apparet extremam huius formae Σ literam evanuisse, paenultimam autem ita mutilatam esse, ut hanc praebeat formam: ⊬; quae quoniam ad A quam ad E literae figuram propius accedit, nostro iure huic titulo Atticam formam Ἀθηναίας vindicare possumus. — tertium exemplum est Ephem. 3208, ubi in inscriptione donarii privati scriptum est Ἀθηναίῃ; sed cum hic titulus non Atticus sit, sed repertus Ceae in insula, quid ex eo de dialecto Atheniensium disci possit, haud facile puto Weckleinium explicaturum esse. — iam similis generis addere possum quartum exemplum C. i. A. 374, 2, quod minus etiam quam cetera valet, quia est in inscriptione donarii versibus elegiacis composita, in quibus alias quoque Ionica dialecto poeta usus est.

ita quoniam nullum reperimus exemplum Ἀθηναίη nominis in inscriptionibus vere Atticis scripti, iam consentaneum est Weckleinii iudicium, quod exemplis epigraphicis maxime nititur, nobis probatum non iri. ille enim etsi, qua est in ipsis his quaestionibus Atticis breviloquentia prorsus Laconica, non satis distincte dicit, quid de cognatione Atthidis et Iadis sentiat; tamen, si verba eius, quae sunt de Minervae nomine, collatis aliis locis recte intellego, videtur mihi rem ita sibi finxisse, ut pristina atque Atheniensium et omnium Ionum communis forma Ἀθηναίῃ etiam in Attico sermone aliquamdiu remanserit. comparat quidem l. l. 13 hanc formam cum terminatione dativi pluralis quae est -ῃσι, quam apud Atticos „in volgari sermone et in populiscitis tralaticiae orationis tenacibus aliquamdiu remansisse“ supra (p. 7) dixit, eademqne ratione „formam Ἀθηναίῃ cum aliqua prisci sermonis priscaeque religionis affectatione coniunctam“ fuisse putat. at vero quoniam in illis exemplis singulas certasque causas fuisse vidimus, cur Ionica

forma poneretur, irrepentis interdum etiam in Atticos titulos dialecti Ionicae vestigia potius quam antiqui et panionici, ut ita dicam, sermonis reliquias illas esse iudicabimus. neque obstat huic sententiae, quod etiam apud Aristophanem in nominibus propriis primae, quae dicitur, declinationis post *ι* vocalem *η* pro *ᾱ* paucis locis scripta est, quos ipsos quoque Weckleinius collegit: *Ἀθηναίῃ* equ. 763. *Σεληναίης* nub. 614. *Τριτογενείης* nub. 989. nam *Ἀθηναίῃ* et *Τριτογενείης* leguntur in versibus anapaesticis, in quibus etiam aliis formis Ionicis Aristophanem usum esse ipse Weckleinius commemorat. tertio autem loco dubitari potest, utrum cum Dindorfio aliisque editoribus optimorum codicum scriptura *Σεληναίης* in *Σεληναίας* mutanda an poëta etiam trochaicis versibus parabaseos Ionicam formam immiscuisse putandus sit. certe ille, si *Σεληναίης* scripsit, hoc non ex volgari Atheniensium, sed ex poëtico sermone sumpsit, a cuius gravitate elatius illud genus dicendi, quod est in parabasi, propius abest quam dialogi comici simplicitas. — *Ἀθηναίη* exstat etiam apud Platonem Euthyd. 302, d, ubi aut *η* in *α* corrigenda aut Plato, quo certius communem omnium Ionum deam, de qua Socratem loquentem facit, significaret, etiam formam Ionicam usurpasse putandus est. de pristinae vero Atthidis memorabili quodam vestigio neque hoc loco neque ceteris, de quibus dixi, cogitari potest.

2. Nec magis tale aliquid inest in altero exemplorum genere, cuius Weckleinius mentionem non fecit, quod continetur nominibus propriis gentium et civitatum maxime eis, quae cum in *-ιᾶται* Attice desinant, nonnumquam in catalogis sexagesimae tributorum per *η* scripta sunt. hos enim catalogos qui lapidibus inciderunt, saepe[8]) eam

---

[8]) „saepe“ dico parum accurate non mea quadam neglegentia, sed quia horum catalogorum consuetudo in formis nominum propriorum tantopere fluctuat, ut certam regulam ei elicere vix quisquam possit. *Αὐλεᾶται* quidem et *Αὐλιᾶται* et *Αὐλιῆται*, *Ἁλικαρνασσῆς* et *Ἁλικαρνάσσιοι* pari iure dicuntur; nec desunt alia multa eiusdem generis exempla. de quibus diligentiorem quaestionem instituere quamquam fortasse operae

rationem secuti sunt, ut singularum civitatum nomina, qualia ab ipsis civibus pronuntiarentur, servarent. quo factum est, ut et σσ pro ττ positarum et η Ionicae non pauca exempla in inscriptiones Atticas irreperent. nam quae sub Atheniensium imperio coniunctae erant civitates, aut origine Ionicae erant aut in scribendo saltem Ionica dialecto tamquam sua utebantur[9]), cuius rei exemplum celeberrimum Halicarnassense vix opus est commemorari. harum igitur nomina quod in inscriptionibus Atticis interdum Ionicis formis scripta sunt, inde de Atheniensium dialecto nihil colligi posse per se patet. sed ne quis diligentiam meam in exemplis colligendis desideraret, ea, quae reperi, infra posui:

Αὐλιῆται 230, 9. 237, 2. *Ἰῆται* 37[10])s, 66. 230, 17b. 235, 14c. 244, 82. *Κεδριῆται* 226, 17. 228, 12. 237, 4. 261 A, 7. *Ναξιῆται* 229, 12. 237, 23. *Πριηνῆς* 237, 28. horum quinque nominum etiam formae per α scriptae exstant, quarum exempla ex indice Kirchhoffii colligi possunt. idem non cadit in ea, quae sequuntur: *Βαργυλιῆται* 240, 78. *Θρανιῆται* 227, 9b. 229, 20, 8.

Ἰηλυσίων nomen, quod sic in catalogis semper scriptum est, etiam apud scriptores Atticos pervolgatum fuit hac forma, quae quin ex Ionum dialecto in communem usum omnium Graecorum emanaverit, dubitari non potest.

Κυδωνιήτας, quod 403, 3 in titulo donarii hominis privati exstat, recte Kirchhoffius errore lapicidae pro *Κυδωνιάτης* scriptum esse existimat; nam *Κυδωνιάτας*, de quo ille dubitat, minus probabile esse mihi videtur.

---

pretium erit, tamen nunc hoc munus omittendum mihi esse putavi, quippe quo confecto ad ipsam Atthidem cognoscendam paulum vel nihil effici posse videretur.

[9]) nam Kirchhoffius non prorsus recte iudicasse videtur, cum Herm. V, 52 dicat η Ionicam nisi in Ionicarum urbium nominibus non admitti. quod in Ialysios certe non cadit; de aliis dubium est.

[10]) hic lapis cum catalogis tributorum prorsus coniungendus est, quia in eo decretum senatus et populi de tributis sociorum *Ol. 88, 4* factum scriptum est.

empla collegit Weckleinius p. 64. in ipsis inscriptionibus nulla reperi.

αιϝ in *ᾰ* correptarum praeter *ἀετός*, cuius forma non constricta exstat 322a, 73. 80: *αἰετιαῖοι*, *αἰετούς*, exemplum est *ἀεί* 36, 11 (*Ol. 88*) et 79, 9. *αἰεί* 333, 1 (*Ol. 72*).[20]) 32 A, 25. 469, 3. 59f, 33 (*Ol. 92, 3*). posteriora utriusque scripturae documenta Weckleinius p. 63 affert. *αἰεί* ipsorum Atticorum sensu vetustatis quendam odorem habuisse testis est Marcellinus in vita Thucydidis, 52: *ὡς ἐπὶ πλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ ἀτθίδι, ἡ τὸ ξ ἀντὶ τοῦ σ παρείληφεν, — καὶ τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ α γράφῃ, αἰεί λέγων.* de digammo huius vocabuli v. Grdz.[3] 359.

b. *ει* constringitur in *ε*, inde nonnumquam in *ι*, quarum haec sunt exempla:

ἐπετέου 185 A, 27 (*Ol. 92, 3*). *ἐπέτεια* 121, 7. 122, 9. 123, 10, saepius. certa quaedam aetatis discrepantia ex uno illo exemplo colligi non potest, praesertim cum etiam 188, 3 *ἐπετείων* exstet in tabula tantum non eiusdem anni, cuius est 185.

Νεάνδρεα 240, 30. *Νεάνδρεια* 226, 10. 229, 21. 230, 25, 11. 235, 6[c]. *Νεανδρειῆς* 37 z[1], 13. 247, 12.

Ἀνδρέᾳ 324a, 9.[21])

---

[20]) hoc exemplum, quia vetustissimum est, primo loco posui. tamen potest de eo dubitari, quoniam neque per se prorsus certum est et exstat in titulo versibus elegiacis composito. quod idem cadit in 469.

[21]) similem formam *Αἰνέᾳ* 478, 1 Kirchhoffius minusculis literis per *ει* scribit, cuius rei rationem metricam causam habuisse videtur. et quamquam nihil illo loco reliquum est nisi haec verba:

Α]ἰνέᾳ τόδε σῆ[μα
Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε,

tamen apparet priorem versum hexametrum fuisse. ergo E pro EI per vitium lapicidae positum esse existimandum est. *ἐπετείου* vero et *Νεάνδρεια* cur ipsa quoque neglegentia lapicidarum per E scripta esse putemus, prorsus nulla est causa. neque enim constrictionem *ει* diphthongi in *ε*, quam in ceteris formis supra allatis etiam Kirchhoffius factam esse statuit, exempla desunt neque adsunt scripturae E pro EI praeter unum, quod mira quadam natura sua exceptum esse supra

hac re secutus sit, si quis examinare vult, ipsas tabulas inspiciat.

προνηΐῳ.	*πρόνεῳ.*
117. [118.] 119. [120.] = *Ol. 86, 4—87, 3.*	—
—	[121.] 122—4. [129.] 130. [131. 132.] = *Ol. 87, 4—89, 3.*
125. [126—7.] 128. = *Ol. 90, 4—91, 3.*	—
—	133. = *Ol. 91, 4.*
[134.] 135. = *Ol. 92, 1. 2.*	—
—	138. [139.] 140. = *Ol. 93, 1—3.*

Iam si omnia, quae hac quaestione de η ab Atticis pro ᾱ posita comprehendimus, exempla oculis perlustramus, etsi maioris momenti nihil ex eis disci posse concedendum est, tamen hoc intellegimus, quod etiam Kirchhoffius Herm. V, 60 vidit, nullum exstare in eis inscriptionibus, in quibus haec dissertatio versatur, exemplum, quo eorum sententia confirmetur, qui in η et ᾱ vocalibus distinguendis Atthidem vetustiorem minus quam recentiorem ab Iade recessisse existimant.

II. De *ει* et *ου* diphthongis.

Duplices fuisse in Graeca lingua *ει* et *ου* diphthongos cum ex diversa earum in singulis vocabulis origine tum ex inscriptionum maxime Atticarum vetustioris aetatis usu colligi potest, in quibus genuinas et adulterinas diphthongos scriptura distingui solitas esse supra iam commemoravi. nec defuerunt, qui ab hac distinctione profecti arti grammaticae et etymologicae nova interdum eaque satis certa argumenta suppeditarent. omnia autem exempla illarum diphthongorum, quae in titulis Atticis exstarent, cum nemo adhuc propria cura collegerit, non supervacaneum putavi hanc collectionem ita instituere, ut, in quibus certa esset utriusque diphthongi

origo, eas et stirpes et terminationes breviter enumerarem, dubii autem gĕneris exempla qua ratione diiudicanda essent, paulo accuratius exponerem. postremo deinde loco, ecquid de ipsarum diphthongorum diversa natura et pronuntiatione ex usu Atticorum disci possit, quaeque mea sententia de tota hac quaestione sit, paucis explicabo.

1. Et initium quidem exemplorum enarrandorum faciam ab *ει* diphthongo, quae quatuor variis modis orta esse potest.

a. *ει* facta est ex *ε* + *ι*, in quibus rursus utriusque vocalis origo accuratius respicienda est.

primum in radicibus non paucis *ι* brevis vocalis praeposita *ε* aucta est in *ει* multo ante, quam lingua Graeca in varias dialectos discessit. huius *ει*, quam genuinam diphthongum et Ionicae dialecto cum ceteris communem esse patet, haec exstant in inscriptionibus Atticis vetustioribus exempla:

ἀλείφω. *ἐξαλειφόντων* 32 A, 10.

δείκνυμι. *ἐπιδεῖξαι* 38 e, 4. *παραδείγματα* 324 c, 1. 4.

(*δείδω.*) *Ἀδείμαντος* 274, 3. 10. 275, 4. 447, 42. — *Δεινίας* 299, 8. 433, 39. 447, 62. 483, 3.

(*ἔοικα.*) *Ἐπιείκης* 324 c, 46.

κεῖμαι. *κειμένων* 322 a, 46.

λείπω. *λειπομεν-* 29, 24.

πείθω. *πείσομαι* 9, 26. 11 b, 6. *Ἀξιοπείθης* 324 a, 18. c, 81. d, 4. *Διοπείθης* 448, 12. *Πείσανδρος* 448, 8. *Πεισιάναξ* 470, 3.

τεῖχος, 32 A, 31. 37 z, 10. 549, 3. accedunt nomina propria de hoc vocabulo derivata: *Τειχιοῦσσα, Διδυμοτειχῖται,* alia.

(*φείδομαι.*) *Φειδαντίδης* 456, 5.

subiunxi hoc loco duo vocabula, de quorum veriloquio parum constat, sed quae ita comparata sunt, ut huc referenda esse videantur:

νεῖκος per EI scriptum 492, 3. dubitari vix potest,

quin *ει* in hac stirpe orta sit amplificatione radicis, quaecumque fuit.

γεῖσον (322a, 25) cuius sit originis prorsus me nescire confiteor. fortasse ex barbara aliqua lingua in Graecam translatum est. certe *ει* diphthongus, quia per EI scripta est, videtur genuina esse.

duo sunt exempla, in quibus *ε* antiquitus in radice fuit eique per epenthesin ex syllaba insequenti *ι* addita est:

ἀμείνων. *ἀμείνους* 40, 12. *Ἀμεινιάδης* 138, 1. 324c, 37. 40. *Ἀμεινοκλῆς* 76, 2. 446, 34. *Ἀμεινοκράτης* 447, 48.

Πείκων nomen proprium nisi 396, 1, ubi per EI scriptum est, omnino nusquam exstat. dubitari vix potest, quin participium sit *πείκειν* verbi, quod epenthesi *ι* vocalis factum esse Curtius Grdz.[3] 630 ostendit.

sequuntur ea exempla, in quibus *ε* litera extrema stirpis cum *ι* litera prima suffixi in *ει* coaluit:

γείτων 279, 3. *Εὐγείτων* 433, 7. 448, 4. *Φιλογείτων* 123, 3. 129, 2. — *Μεταγειτνιών* 1B, 16. 189a, 4. 8. 283, 14.

δανείζω. *ἐδάνεισαν* 283, 12. 13.

πλεῖστος. *πλεῖστα* 55b, 4. 58, 10. *Πλειστίας* 37i, 48. 40, 51.

ιο (vel *ια*) suffixum exstat in multis vocabulis: *ἄδεια*, *πρυτανεῖον* et *πρυτανεία*, *λεῖος* aliisque, in quibus est etiam *δωρειά* 8, 20 (in apographo Velseni) et 25a, 5. his duobus locis confirmatur sententia Curtii, qui Grdz.[3] 556 *δωρεά* ita explicavit, ut ex *δωρο* stirpe addito suffixo *ια* et *ο* vocali in *ε* correpta factum sit *δωρειά*, inde *δωρεά*. nam quod etiam C. i. Gr. 107, 37 *δωρειά* exstat, non tanti momenti est quanti illa exempla multo vetustioris aetatis, quae attuli. praeterea huc referendus est satis magnus numerus nominum propriorum, quae omnia adscribere longum est. neque enim quicquam ex eis novi discimus, si quidem in *Κεῖοι*, *Ζελειᾶται*, *Ἡρακλειώτης* et quae sunt similia *ει* genuinam esse per se intellegitur. quod eodem modo cadit in nomina propria in -*είδης* desinentia ut *Ἀριστείδης*, *Οἰνείδης*, *Χολλείδης* et alia, in quibus pleraque de nominibus in



composuit, novam finxit formam ἐκδῦμεν ex *ἐκδυῖμεν.[25]) huius autem recentioris scripturae longe aliam esse rationem atque constrictionis, quae facta est in Πειραιεύς, Weckleinius non intellexisse videtur, qui p. 53 utriusque generis exempla eodem capitulo comprehendit.

υ igitur pro *υι* scripta ante Euclidem in uno vocabulo υ ἱ ό ς exstat: ὑῆς 61, 14 (*Ol. 92, 4*) et ὑός 398, 4, ubi vitio lapicidae HYYϟ scriptum est. alioquin hoc exemplum etiam pluris aestimandum est quam 61, 14, quoniam titulum 398 ante *Ol. 84* exaratum esse docet ϟ literae figura. — ceterum iustae scripturae υἱός exempla non desunt, ut 374, 2. 397, 3.

3. Assimulatio, quae fit inter vocales in uno eodemque vocabulo interiectis consonantibus se excipientes, quamquam non eiusdem generis est cuius cetera, quae hoc capite comprehendi, tamen pauca exempla eius, quae in inscriptionibus Atticis digna commemoratu reperi, huc referenda esse putavi, quippe quae neque peculiari aliquo capite digna essent neque prorsus abhorrerent ab eis, quae antecedunt. assimulatione igitur orta est prior *ο* vocalis in

Ἀλωποκοννήσιοι 37 z[1], 15. 234, 25. 266, 3. — Ἀλωπεκοννήσιοι 230, 8[b]. 236, 71, 6. 242, 8.

Πυανοψιών, quod 1 B, 21 exstat, iustam formam huius nominis fuisse et hac tituli pervetusti scriptura et Lycurgi apud Suidam atque Hesychii testimoniis confirmatur, qui Πυανόψια scribunt s. v. ortam autem esse *ο* ex *ε* vocali ex veriloquio intellegitur, quod apud Hesychium traditum est: οὕτω δὲ κέκληνται ὁ μὴν καὶ ἡ ἑορτὴ διὰ τὸ ἀθάραν ἑψεῖν, ἃ καλοῦσι πύανα. et assimulatione *ο* ex *ε* fieri facillime potuit in eo vocabulo, in quo *ε* paene necessario surdiorem quendam sonum a finitimis vocalibus acciperet.

Μουνιχία (215, 9. 273 f, 15) his exemplis adnumerandum esse fortasse aliquis putat. sed in hoc vocabulo *ι* non propter similitudinem syllabae insequentis, sed antiquitus et

[25]) dixi de illo loco, de quo alii aliter iudicarunt, in „Quaestionibus de pronominum personalium formis et usu Homerico", Stud. VII, p. 111.

[απο]τεῖσαι 389, 18 (cf. Franzium l. l.). Τεισαμενός 133, 2. Τείσανδρος 449, 19 et fortasse 446, 11. Τεισίας 299, 16. Τεισίμαχος 181, 6. 299, 15. solitae scripturae per simplicem ι in his nominibus a Τισ- incipientibus nullum exemplum reperi. sed ipsa haec causa est, cur non sine aliqua dubitatione haec exempla τι vel τει stirpis huc retulerim. nam de ει scriptura vetustiores tituli non solum Attici, sed etiam Dorici (Ahrens 184) et Aeolici (id. 97) ita consentiunt, ut ipsam τει vetustiorem formam stirpis, quae quidem in illis exemplis exstet, putare non parvam habeat speciem probabilitatis. tamen, quia res non prorsus certa est, haec quoque ceteris exemplis depravatae pronuntiationis ι vocalis adiunxi.

Τειθράσιος 179, 3. 14. — Φλειάσιος 45, 15.

Ποτείδαια 340, 2. 442, 6. 10. Ποτειδαιᾶται 236, 14. Ποτειδεᾶται 240, 50. 242, 5. 244, 65. de hoc nomine breviter egit Weckleinius, Cur. epigr. 52, qui Thierschium secutus hanc scripturam, de qua lapicidae Attici prorsus sibi constant, etiam apud Aristophanem restituendam esse recte iudicat. nam ι vocalis productionem in ει volgaris Atticorum sermonis maxime propriam fuisse ex usu lapicidarum facile intellegitur, qui praesertim in nominibus propriis a volgari genere dicendi minus recedere solebant quam et poëtae et prosae orationis scriptores. nec mirum est hanc consuetudinem Atheniensium[11]) posteriore aetate magis etiam invaluisse, ut commemorat Franzius, Elem. ep. 150. qui quamquam non ita multa exempla affert, tamen suo iure eum secutus est Brugmanus Stud. IV, 85 in εἴκοσι voca-

[11]) eadem hac causa effectam esse formam οἰκτείρω confirmare studuit Kirchhoffius in actt. menstr. acad. Berol. 1872, p. 237 sqq. exstat enim participium aoristi οἰκτίρας C. i. A. 463, 2 in titulo pervetusto. at quoniam -είρω terminatio aliter intellegi non potest nisi ita, ut ex ερjω facta sit, potius a lapicida vitium aliquod commissum esse quam verbum prorsus inauditae alioquin terminationis (-ίρω) exstitisse putandum est.



bulo, neque ego dubitaverim et hoc ita explicare et, quod paulo difficilius est intellectu, ὀλείζων.

εἴκοσι primus, ni fallor Ahrensius Philol. 23, 202 productione Ionica[12]) ex *ϝικοσι factum esse dixit, quem dubitanter secutus est Curtius, „Bemerkungen über die Tragweite der Lautgesetze, insbesondere im Griechischen und Lateinischen", p. 35. putabat enim aliam quoque explicationem ferri posse, ut ex ϝικοσι per vocalem protheticam factum esset ἐϝικοσι, inde εἴκοσι. sed quoniam exemplis, quae supra attuli, sententia Ahrensii magis confirmata est, Curtium ipsum quoque liberius, quam illo loco fecit, ei assensurum esse puto. ceterum εἴκοσι in titulis Atticis satis multis locis iisque semper per EI scriptum exstare vix est cur commemorem. tamen pauca adscripsi exempla: 77, 8. 181, 4. 183 d, 8. 13. 188, 19. 25. 26 etc.

ὀλείζοσι prorsus certa scriptura exstat 1 B, 33. praeterea duobus locis reperi ὄλειζον non per EI, sed per E scriptum, 9, 10 et 37 a, 17. sed 9 lapis hodie omnino non exstat et, cum a Fauvelio transcriberetur, ita obliteratus fuit, ut singulorum vocabulorum scriptura, qualis in eius apographo tradita est, nullius fere sit momenti. altero autem loco negari non potest E positam esse pro ει diphthongo ex ι facta. quod eo fortasse excusatur, quod, cum primigenia pronuntiatio huius vocabuli volgaris sermonis consuetudine corrupta esset, minus certo vel iudicio vel sensu lapicida utebatur. in ipsa autem pronuntiatione ι vocalis ad ει diphthongum traducenda aliquantum valuisse eam analogiam, quam μείζων forma comparativi similis originis praebebat, quamquam hoc ita fieri potuisse non nego, tamen ut certum non affirmaverim.

---

[12]) Ionicam dico hanc productionem, quamquam non ignoro etiam in Aeolicis et Doricis dialectis ipsum hoc vocabulum ϝίκατι similiter mutatum esse. sed quoniam singulae dialecti suo Marte ι in ει produxerunt, in Iade autem maximeque in Atthide longe plurima huius mutationis exempla exstant, non immerito eam his dialectis tamquam propriam tribuere posse mihi videor.

c. *ει* facta est ex *ε* productione suppletoria.

earum stirpium et formarum, quae huc referendae sunt, ratio a Brugmano, Stud. IV, p. 81 sqq. et compluribus aliis locis accurate exposita est. cuius argumentationem cum repetere nollem, ea vocabula, de quibus cum eo consentio, breviter enumeravi additis exemplis ex titulis Atticis petitis.

εἱς factum ex **ἑνς* ab *ἑς* forma eis tantum locis distingui potest, quibus EI scriptae sunt. quos locos supra (p. 230) collegi. accedit *εἱστήλῃ* pro *ἐνστήλῃ* 52a, 3 scriptum per EI, ipsum quoque iam supra commemoratum.

εἰμί, εἰσί, εἶναι formas verbi substantivi productione suppletoria factas esse vix opus est commemorari. et *εἶναι* per E scriptum exstat innumerabilibus fere locis (e. g. 8, 17. 25b, 6. 31A, 23. 24. 28. 37m, 20. 38e, 9. 11 etc.), *εἰσί* uno, quantum vidi, 56b, 7. *εἰμί* iusta scriptura exaratum in primo volumine Kirchhoffiano omnino non reperi, sed exstat ita in inscriptione vetustissima vasculi C. i. Gr. 33.

κτεῖναι infinitivus et *ἀποκτείνῃ* coniunctivus aoristi exstant 61, 18 et 9, 28; *ει* altero loco per E altero per I scripta est, quae in titulo corruptissimo ex E depravata esse videtur.

νειμάντων imperativus aoristi per E scriptus est 31A, 7.

ὀφείλω per E scriptum est 32A, 3. 8. B, 22. 33, 15. 38e, 10. 41, 3. 47e, 3. 77, 17. 273f, 42. 283, 7.

Πειραιεύς per E scriptum est 119, 19. 177, 14. 277, 14. 299, 20. 517, 4.

σπεῖρα Brugmanus non commemoravit, neque certum est huius vocabuli veriloquium, de quo v. Curtium, Grdz.[3] 270. sed cum *σπείρας* 322a, 64 per E scriptum exstet, apertum est, quod etiam per se verisimile erat, *ει* in hac voce productione suppletoria ortam esse.

Φάεινος nomen proprium per E scriptum est 179, 14. 443, 3.

χειρ stirpis per E scriptae exempla exstant in verbis *διαχειρίζειν* 32 A, 19 et *χειροτονεῖν* 37 c, 4.

in his vocabulis complura esse, in quibus posterioris aetatis scriptura per EI iam ante Euclidem interdum reperiatur, supra (p. 230 sq.) commemoravi, ubi exempla, quae huc pertinent, omnia collecta sunt.

nonnulla exempla *ει* diphthongi productione suppletoria factae praebet etiam participiorum declinatio, ut *τιθεῖσα* illud, quo Brugmanus saepius utitur. e quo tamen genere ut in ipsis titulis Atticis nullum exemplum exstaret, casu fortuito factum est.

restant duo exempla, in quibus productio non suppletoria facta esse videtur ante suffixa novis vocabulis formandis adhibita; sed utriusque admodum dubia est ratio.

τεθεικώς 19, 2, quod prorsus miram praebet productionem *ε* vocalis in *ει*, non *η* factam. cuius rei fortasse similitudo *εἶκα* perfecti, in quo *ει* per reduplicationem orta est, causa fuit.

ἐκεῖνος 9, 34. 47 c, 5. e, 2 per E scriptum exstat. hoc pronomen dubitari nequit quin de eadem stirpe derivatum sit atque *ἐκεῖ* adverbium. sed quoniam in hoc adverbio *ει* genuina fuit et in ipsis inscriptionibus Atticis uno loco (1 B, 30) *ἐκεῖ* per EI scriptum exstat, dubitatio oritur, num *ἐκεῖνος* de ipsa illa forma *ἐκεῖ* derivatum sit. huc accedit, quod et in Aeolica et in severiore Dorica dialecto *κῆνος* pro *κεῖνος* dicebatur, cuius vocabuli *ει* diphthongus si genuina fuisset, etiam in illis dialectis servata esset. Ahrensius quidem, cuius accuratae de hoc pronomine disputationi (dial. Aeol. p. 90. Dor. p. 267 sqq.) haec omnia debeo, affert etiam (Aeol. 90) *κή* adverbium a Theognosto traditum Anecd. Oxon. II, 155, 17: *τὰ εἰς η λήγοντα ἐπιρρήματα μονοσύλλαβα διὰ τοῦ η γράφονται, οἷον μή, νή, ἥ ἀντὶ τοῦ ὡς, ὃ καὶ δασύνεται, κὴ ἀντὶ τοῦ ἐκεῖ τροπῇ τῆς ει διφθόγγου εἰς η Αἰολικῶς*. sed hoc loco *κῇ*, non *κή* scribendum est, quae mutatio certe facillima est, ita ut sola relinquatur forma *κῆνος*, in qua *η* Aeolica et Dorica *ει* Ionicae respondeat.

itaque in hac forma vetustiorem η in ει transiisse veri simile puto, quamquam, qua ratione hoc factum sit, nequeo explicare. κῆνος autem nulla media forma interposita ab ipsa stirpe derivatum esse existimandum est.

d. ει facta est per contractionem ex ε + ε aut ε + ε + ε.

huius ει diphthongi in ipsis stirpibus vocabulorum nulla reperi exempla nisi pauca nomina propria:

Κλειγένης 188, 1. Κλείδημος 437, 8, in quibus contractam κλεε stirpem exstare apparet. neque aliter videtur ortum esse Δεισάνωρ 176, 8, quod quamquam eiusdem radicis est atque Δεινίας, Ἀδείμαντος, tamen, cum de δεε stirpe ex δεεσ correpta derivatum sit, nullum servavit pristinae ι vocalis vestigium.

ε literam primam stirpis cum augmento, in ει contractam habemus in εἰργάσατο 403, 3. ἐξείργασται 322a, 8. ἐξειργασμένος 322a, 5. 93, semper per E scriptam. contra εἶπε aoristi, qui in populiscitis saepissime usurpatur (e. g. 22, 12. 27, 1. 31B, 1. 38c, 15) semper EI primae literae sunt. quod quoniam unum est exemplum, in quo posterioris aetatis scriptura EI iam ante Euclidem prorsus regnet, videndum est, ecqua ratione hoc vitium, quod videtur esse, defendi possit. et voluit sane defendere Dietrichius in Kuhnii annalium vol. XIV p. 65 sq., cum dicat etiam alia esse vestigia ι vocalis antiquitus in εἶπον pronuntiatae. e quibus affert εἴπην infinitivum et ἦπον indicativum ex Aeolum dialecto, alterum in Sapphus fr. 28 (Bergk) et in Alcaei fr. 50 et 55 (B.) exstantem, alterum a Prisciano I 54 traditum. at hoc non est tollere difficultatem sed augere, cum nulla explicatione addita paucis quidem sed certis exemplis confirmet illam Atticorum scripturam, quae quamquam non prorsus luculente tamen poterat excusari errore lapicidarum. ceterum apud Priscianum non ἦπον sed ἧπον sine ι scriptum fuisse docet editio Hertziana, in reliquis autem formis vix puto genuinam illam diphthongum aliter intellegi posse nisi ita, ut in antiqua forma *ἐϝεϝεπον per dissimulationem

ultimam ε in ι mutatam esse eamque ex indicativo etiam in infinitivum ceterasque formas huius verbi irrepsisse statuamus. quamquam non nego satis audacem esse talem explicationem quaeque similium exemplorum firmamento prorsus careat. et accedit ea quoque difficultas, quod falsa, quae vocatur, analogia in his formis valuisse putanda est propter Aeolicum ϝείπην. nam in titulis Atticis solum indicativum reperi.

plurima exempla εε vocalium in ει adulterinam contractarum praebet declinatio et nominum et verborum, e qua satis est pauca exempla afferre: πόλεις, τρεῖς (40, 17. 79, 3. 138, 15. 146, 15. 155, 5. 179, 11. 322a, 60. 324c, 16), ποιεῖν, ἔδει, quaeque sunt similia. huc referendum est etiam θεῖναι (31A, 18) infinitivus aoristi, in quo ει contractione ex εε ortam esse docet Cypria forma δοϝέναι (Stud. VII, 248), ex qua apparet in his infinitivis δοῦναι, θεῖναι etc. non -ναι, sed -εναι terminationem usurpatam esse.

2. Iam transeo ad ου diphthongum, cuius natura aliquanto simplicior est.

a. ου facta est ex ο + υ, scribitur per ΟΥ.

ἀκολουθούντων 31A, 30. cf. κέλευθος.

βοῦν 31A, 11. Βουθειῆς saepius, e. g. 226, 19. 232, 9. 233, 15[b]. Βουτάδης 188, 16. 23. 30. 33. — Βουκ- 42c, 19.

δούλιον 333, 2. si recte δοῦλος per *δόσυλος explicatur, ut fit a nonnullis (v. Grdz.[3] 220), ου in hac voce genuinam esse patet.

οὐ, οὐκ, cuius pauca exempla afferre satis est: 13, 12, οὔτε 13, 13; exstant innumerabilia alia. haec particula si cum Sanscrita stirpe ava cognata esse recte putatur, ου ex οϝ factam esse consentaneum est.

οὗτος 37a, 6. τούτων etc. 121, 6, alias. ingens enim est praeterea exemplorum numerus. υ vocalem, quae antiquitus in stirpe huius pronominis fuit, habent etiam αὕτη et αὐτός formae similis originis atque οὗτος.

Οὐλιᾶται 231, 7 idem esse videntur atque Αὐλιᾶται, ita ut ου in hoc nomine genuina putanda sit.

Σπουδίας 188, 19. 446, 9. Σπουδίδης 467. cf. σπεύδω.



Σουνί[*ου*] 196, 3. *Σουνίῳ* 273f, 14. per O scriptum exstat *Σουνιάδου* C. i. Gr. 150, 7. certi de hoc nomine nihil proferre possum; sed fortasse *ου* genuina est et ipsum vocabulum barbarae originis. quod sic se habere iudicavit E. Curtius, Zur geogr. Onomatologie der gr. Sprache, p. 161.

de ceteris vocabulis exempla falsae scripturae O pro OY supra collecta sunt.

b. *ου* facta est ex *ο* productione suppletoria, scribitur per O.

βουλή (e. g. 55c, 1) et vocabula inde derivata: *Εὔβουλος* 123, 3. 129, 2. 318, 17. 448, 16. *Εὐβουλ-* 111, 4. *Θρασύβουλος* 59, 6. 18. *Βουλακλῆς* 283, 4, sed non prorsus certum.

Ἐθελούσιος 432a, A, 19.

κούρη 355 et 469, 2 in versibus dactylicis. *Ἐπικούρῳ* 184, 10. cf. Curtium, Stud. I, 1, 250 sqq.

Μουνιχία 215, 9. 273f, 15.

Μοῦσαι 273d, 5.

πούς. *τρίπους* 322a, 99. *τετράπους* 98. *πεντέπους* 21. alia exempla omisi.

praeterea productio suppletoria facta est in accusativis in *-ους* desinentibus, in tertiae personae plur. indic. praes. et fut. act. formis, in participiorum dativis plur. in *-ουσι* et nominativis sing. fem. in *-ουσα* desinentibus, quorum omnium exempla afferri non est necesse. increbrescentis Ionicae scripturae exempla supra collegi.

c. *ου* facta est contractione aut ex *ο* + *ο* aut ex *ε* + *ο* aut ex *ο* + *ε*. scribitur per O.

νοῦν 471, 1.

φρούραρχον 10, 6. 9. *φρουροῦσι* 55d, 1. — *φρουρός* ex **προ-ορο-ς* contractum esse vix quisquam negabit. diphthongum autem hac contractione factam veteris, quod fuit ab initio *ὀρ* radicis, digammi vestigium servasse Dietrichius K. Z. XIV, p. 56 putat, argumento usus scriptura OY, quae exstat C. i. A. 433. at quamquam huius tabulae et decreti, quod est sub 10 numero, eadem fere aut paulo maior est



vetustatis auctoritas, tamen O scripturam praeferre non dubito, quia hanc omnino in his rebus legem sequor, ut O pro *ου* genuina positae quam possim paucissima exempla statuam. exstant sane aliqua, sed neque sunt satis priscae aetatis neque possunt esse, quoniam OY pro *ου* adulterina scribendi vitio, cui ipsa pronuntiatio causae fuit, pervolgato aliquantum iam temporis[13]) praeteriisse putandum est, donec illud retro versum effecit, ut etiam O pro *ου* genuina scriberetur.

οο in *ου* contractas habemus etiam in genetivis secundae, quae dicitur, declinationis. eadem terminatio in stirpibus masculini generis in *ᾰ* desinentibus aut ex *εο* contracta est aut falsa stirpium in *ο* desinentium analogia orta. utramque per O scribi consentaneum est.

εο in *ου* contractae sunt in numero satis magno vocabulorum compositorum, quorum primae partes *νεο* et *ϑεο* stirpibus continentur:

νουμηνία 27a, 19. 23. *Νουμήνιος* 433, 84. 189b, 2. exstat *νουμηνία* etiam 189a, 13, sed ita mutilatum, ut diiudicari non possit, utrum OY an O scripta fuerit. quamquam Dietrichius (K. Z. XIV, 57) OY agnoscere posse sibi visus est.

Θεο, quod est ab initio multorum nominum propriorum, Attici saepius in volgari sermone, quam apud scriptores librorum factum est, in *Θου* contraxisse videntur, si quidem complurum nominum formae contractae nisi in inscriptionibus non exstant. quamquam ne alterae quidem desunt, quae ex indice Kirchhoffiano colligi possunt. *ου* habemus in his nominibus:

Θούδιππος 37a, 4. *Θουδόσιος* 437, 7. *Θουδώριχος*? 449, 11. *Θούδωρος* 432a, B, 10. *Θουκλείδης* 338, 5. *Θουκυδίδης* 131, 1. 273b, 34. 35. 433, 30. 447, 4. *Θούμβροτος*

---

[13]) haec ipsa causa est, propter quam O falso scriptae etiam post Euclidem nonnulla exempla reperiuntur, quae in hac dissertatione omisi. non enim fluctuanti in ipsa lingua pronuntiationi, sed incerto aliquamdiu post novam literaturam receptam lapicidarum sensui orthographiae debentur.

448, 23. Θουμένης 432a, B, 9. Θούμορος 432a, B, 7. Θουτιμίδης 448, 15. Θούτιμος 347, 1. 443, 10. Θουφάνης 447, 38. Θούφιλος 433, 37.

εο in ου contractas habent etiam genetivi nominum tertiae declinationis in -κλῆς, -κράτης, -μένης etc. exeuntium, quorum exempla afferre supervacaneum est; praeterea nonnullae formae adiectivorum, quorum stirpes in εο desinunt, ut ἀργυροῦς, χρυσοῦς.

οε in ου contractarum haec sunt exempla:

ὑπουργοῖς 301, 31. Μιλησιουργής 170, 13. 173, 8. 166, 13. Χιουργής 164, 12. 165, 13. — δοῦναι 32A, 2, de quo v. supra p. 258.

Ἁγνούσιος 188, 4. 318, 16. Ἁλιμούσιος 155, 4. 229, 1. Ἀχερδούσιος 131, 1. 273b, 25. Μυρρινούσιος 273b, 38. 294, 5. 298, 4. Ῥαμνούσιος 318, 9. — Ἐλαιούσιοι 37z[1], 10. 233, 16[b]. 234, 27, saepius. Πτελεούσιοι 231, 39. 233, 17[b], saepius. Σιδούσιοι 233, 14[b]. 231, 37.

forsitan putaverit quispiam primo oculorum obtutu in his nominibus propriis productionem suppletoriam factam esse, cum intercidissent ante σ literam ντ. at omnia derivata sunt de nominibus oppidorum et pagorum in -οῦς desinentibus, in quibus ipsis iam ντ literae exstinctae erant sine productione suppletoria. nam -οῦς factum est ex -οεντς.[14]) et Πτελεουσίων quidem oppidum Πτελεόν aut Πτελεός fuit, sed tertia forma Πτελεοῦς olim usitata fuisse putanda est, de qua appellati sint Πτελεούσιοι. quod neque per se veri dissimile est, cum haud raro varia nomina eiusdem urbis tradita sint (cf. Φηγήτιοι, Φηγέντιοι, Φηγούντιοι), et probatur eo, quod Stephanus Byzantius de

[14]) quo iure Brugmanus Stud. IV, 92 sq. similia vocabula in exemplis productionis suppletoriae enumeraverit, ego non intellego. nam ἐθελούσιος quidem et nonnulla alia recte ita explicavit, neque aliter ipse Ἐθελούσιος nomen proprium productionis suppletoriae exemplis adscripsi. in eis autem vocabulis, in quibus duae vocales contractae sunt, hanc contractionem ante transitum τ literae in σ factam esse ostendunt Βρυκούντιοι, Φηγούντιοι, similia.

origine *Πτελεοῦ* nominis dicit: *καλεῖται, ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας*. inde *Πτελεοῦς* facillime dici poterat, ut *Ἐλαιοῦς* ab *ἐλαία*.

origo illorum nominum prorsus eadem est atque eorum, quae sequuntur: *Βρυκούντιοι* 37 w, 4. 231, 17. *Φηγούντιοι* 235, 14 c. neque aliter se habet nomen urbis *Τειχιοῦσσα* 37 t, 11. 226, 22. 264, 17.

3. Iam si quaerimus, quae fuerit in exemplis supra allatis ratio et *ει* et *ου* diphthongos genuinas et adulterinas distinguendi, primum hoc tenendum est, non eandem esse utriusque quaestionis conditionem. quo factum est, ut, qui viri docti praeter ceteros in hac re elaborarint, Dietrichius (K. Z. XIV) et Brugmanus (Stud. IV), de *ου* diphthongo consentiant, de *ει* non consentiant. nimirum eo inter se differunt, quod Dietrichius O scripturae mutationem in OY paulo aliter explicat atque eam, quae in *ει* diphthongo facta est, Brugmanus autem prorsus eodem modo utramque intellegi vult. tota enim disceptatio eo cardine vertitur[15]), quod genuinae et adulterinae utriusque diphthongi confusio aut genuina in monophthongum aut adulterina in diphthongum paulatim se vertente effecta esse putanda est. et *ου* quidem diphthongum genuinam exeunte seculo quinto a. Chr. n. iam ita immutatam fuisse, ut non aliter atque *û μονοφθόγγως* pronuntiaretur, et Dietrichius et Brugmanus suo iure statuit. nam *o* et *u* vocales, quibus *ου* continetur, ita sunt comparatae tamque inter se similes, ut, si in pronuntiando se excipiant,

---

[15]) nam quam antiquitus fuisse statuunt *ει* adulterinae vim ac pronuntiationem, eam apud utrumque non eandem esse mihi persuadere non possum. Brugmanus quidem acriter distinguit suum '*é fermé*' et Dietrichianam *ê* admixto iotacismo variatam. sed neque exempla, quae afferunt (*see*, *seele* Dietrichii et *bède bène* Brugmani), pronuntiatione inter se discrepant neque quam Brugmanus profitetur nusquam se percipere potuisse *i* subrepticiam, alia est atque ea, de qua ipse cogitavit, cum *ει* adulterinae sonum inter *ε* et *ι* intermediam fuisse diceret, praesertim cum exemplum eius afferat *ei* vocalem linguae Latinae.

facillime tamquam in unum sonum coalescant. quod re vera in sermone Attico factum esse eo vel certissime confirmatur, quod O litera, qua et *o* et *u* vocales iam dudum significari solitas esse constat (v. Dietrichium l. l. 58), nonnumquam etiam pro *ου* genuina posita est; cuius vitii non manu sed sensu commissi supra attuli exempla. iam cum consuetudo scribendi in dies crescens mutationem literaturae flagitaret, e duabus, quae in usu erant, notis *ū* vocalis Athenienses eam elegerunt, quae cum aliam praeterea vim nullam haberet, errori locum non daret. haec autem fuit OY.

eandem hanc rationem etiam in *ει* diphthongo valuisse Brugmanus (l. l. 84 sq.) putat; adulterinam enim numquam aliter atque *e* *μονοφθόγγως*, sed medio quodam inter *e* et *i* sono pronuntiatam, genuinam autem, quae antea *ei* fuisset, aetate belli Peloponnesiaci in illum sonum correptam esse. utramque igitur eandem pronuntiationem adeptam Athenienses etiam eadem nota EI significasse. — hic transitus, qualem Brugmanus sibi finxit in *ει* diphthongis factum esse, videtur prorsus idem esse atque quem de *ου* genuina et adulterina supra descripsi. at id ipsum interest, quod *ου* correpta est in *û* monophthongum, *ει* in *ê* (si Brugmanum sequimur), non in *î*, quae illi accuratius responderet. hoc discrimen, cuius nemo adhuc, quantum video, mentionem fecit, debebat certe Brugmanum monere, ne incaute *ει* et *ου* diphthongorum prorsus eandem conditionem esse putaret. neque enim illud, etsi in aperto positum, tam leve tamque indignum est, quod commemoretur, quam fortasse nonnulli existimant. imo vero accedunt duae res maioris momenti, quas ipsas quoque Brugmanus aut non commemoravit aut non recte adhibuit. et primum quidem *ου* genuinae per O scriptae iam ante Euclidis annum exempla exstare, in *ει* autem diphthongum idem non cadere supra vidimus. unde colligi potest eodem tempore *ου* genuinam monophthongi iam simillimam fuisse, *ει* nondum fuisse. alterum est, quod EI pro *ī* longa scriptarum etiam ante Ol. 94, 2 complura exempla exstant. quibus Brugmanus ita utitur, ut ex eis

apparere dicat sonum *ει* literarum et sonum longae *ι* illo tempore non admodum inter se diversos fuisse. at causa nulla est, quin rem ex nomine quam nomen e re aestimare, quin e litera aliqua sonum, quem significaverit, intellegere malimus quam ex ipso sono, qualis aliquando fuit, vim literae, quam pro eo scriptam reperimus. quin etiam per se multo veri similius est mutatae *ι* vocalis pronuntiationi novam etiam notam tributam esse quam hanc vocalem servata pronuntiatione primigenia novam sibi notam EI arripuisse, quippe cuius vis correpta *ει* genuina in monophthongum ad *ῑ* vocalem appropinquasset. sed esto. tribuantur scripturae *Ποτειδαια, ἀποτεῖσαι, Φλειάσιος* mutatae non *ι* vocalis pronuntiationi, sed EI literarum significationi — quid hoc ad rem? nihil, sed contra eam aliquid. rem enim dico causam Brugmani, qui facere iam non poterit, quin concedat *i* et *e* unam eandemque esse vocalem. mihi autem genuina *ει* diphthongus, si in *ῑ* monophthongum versa erat, cum *ει* adulterina, qualem Brugmanus eam fuisse vult, confundi nullo modo potuisse videtur.

neque, quam Dietrichius proposuit, explicationem probandam esse putaverim. eodem enim tempore, quo *ει* genuinam in monophthongum mutatam esse Brugmanus existimat, adulterinam in diphthongum transiisse ille statuit. quod ita fieri potuisse vix credo in eo, quod est uniuscuiusque linguae, studio singulas et consonantes et vocales simpliciores et faciliores reddendi pronuntiatu. sed proficiscendum est ab ipsa illa scriptura *ι* longae, quae fuit EI, ex qua intellegimus aetate belli Peloponnesiaci et, quae sequebantur Olympiades, non solum *ê* (ita enim dico *ει* adulterinam), sed etiam *î* vocalis mutationem factam esse. nimirum *ê* ad *î* et *î* ad *ê* appropinquavit, donec congruerunt in *ei*, non illa quidem diphthongo genuina, sed vocali inter *e* et *i* in medio posita, qualem *ei* Romanorum fuisse Brugmanus recte commemoravit. ad eiusdem autem *ei* pronuntiationem eodem fere tempore pervenerat *ει* genuina non eo, quod aut *ε* aut *ι* vocalis in ea exstans oppressa erat, sed quod

utraque aliquantum de vi sua amiserat. ergo ει illa, in quam Euclidis aetate tres variae aut vocales aut diphthongi coaluerunt, neque diphthongus fuit, ut Dietrichius voluit, neque monophthongus, ut Brugmanus, sed sonus quidam inter integram diphthongum et simplicem vocalem in medio positus.

Haec habui, quae de natura paucarum vocalium, qualis in dialecto Attica usque ad Euclidis aetatem fuisset, exponerem. desiderabit fortasse aliquis accuratiorem quandam etiam de ceteris vocalibus et diphthongis disputationem. quae tamen quoniam ita comparatae sunt, ut aut nullam difficultatem aut eam praebeant, quae inscriptionum ope tolli non possit (hoc enim in η et ει inter se mutatas cadit), nihil iam restat nisi ut de contractione et crasi deque aliis quibusdam mutationibus, quae in concursu complurum vocalium fiunt, pauca addam. ad haec igitur statim transeo.

III. De complurum vocalium se excipientium mutationibus.

Non multa sub hoc titulo mihi comprehendenda sunt. nam quae maxime huc pertinent, contractio et crasis, in ipsa dialecto Attica eis legibus circumscriptae sunt, quas tamquam unice veras et iustas unus quisque a puero didicerit. de quibus nihil est quod hoc loco addam, nisi si quae exempla a communi consuetudine abhorrentia in inscriptionibus vetustioribus exstant.

1. Et contractionem quidem vocalium et in stirpibus vocabulorum et in terminationibus declinationis in Attica dialecto multo constantius quam in ceteris fieri notissimum est. maxime autem Ias ab Atthide eo discrepat, quod complures vocales duras se excipere patitur. quaerendum igitur est, num huius patientiae nonnulla vestigia in Atthide vetustiore relicta sint. et exstant paucae formae non contractae e quibus *Κλεομήδεος* 56a, 5 sola est, in qua ipsius stirpis ultima vocalis ε cum ο terminationis non

contracta sit. nam cetera exempla (*Προκλέης* 45, 1. *Θρασυκλέης* 7. *Χαρικλέης* 432 a, *in margine.* — *κλεη[ς]* 377, 1) radicis tantum vocalem ante terminationem non contractam habent, quam multo facilius quam thematicam, si licet hoc vocabulo uti, ferri potuisse consentaneum est. *Κλεομήδεος* autem eo fortasse explicatur, quod illo loco, quo soluta forma exstat, non de cive aliquo Atheniensi, sed de Samio dicitur. ceterum nomina propria in *-κλῆς* desinentia quoniam 47 omnino, si recte numeravi, in inscriptionibus vetustioribus aut singulis locis aut saepius reperiuntur, perexiguum esse apparet numerum formarum solutarum. itaque immerito Weckleinius Cur. ep. 24 in nominativo solutam formam *-κλέης* crebram esse dicit. sed idem quod maxime in volgari sermone eam usitatam fuisse iudicat, recte facit. utraeque enim formae apud Atticos pervolgatae erant, neque desunt etiam ex posteriore aetate exempla formarum solutarum, quarum Weckleinius l. l. 22 nonnullas affert.

εο vocales Ionico more in *ευ* contractae sunt in nominibus propriis *Θευγένης* et *Θευγείτων*, 324 c, 51. d, 8 et c, 59. 68. re vera autem non Ionicam contractionem apud Atticos factam, sed Ionicam totius nominis formam ab eis receptam esse facile intellegitur.

αο Dorico more in *ᾱ* contractas praebent quatuor nomina propria in *-λας* ex *-λαος* contractum exeuntia: *Ἀρχέλας* 42 b, 12. 433, 7. *Ἀναξίλα[ς]* 433, 17. 441 b, 5. *Ἀρκεσίλας* 433, 29. *Κρησίλας* 402, 4. 403, 3. Archelai nominis etiam in *-αος* exiens scriptura exstat 448, 19. ceterum in nominibus propriis maxime eorum, qui non cives Athenienses sunt, multa reperiri, quae Atticae dialecto minus accommodata sint, mirum esse non potest.

Craseos, quae dicitur, satis rarus in titulis Atticis usus est. non plura quam haec ante Euclidis annum exempla reperi: *τἀθηνάᾳ* 351, 2. *τἀθηναίᾳ* 370. *τἄλλα* 32 A, 6.[16])

---

[16]) huius vocabuli quod apud Weckleinium p. 50 aliquanto plura exempla allata sunt, noli mirari. ille enim etiam inscriptiones post

τἄντρον 423, 5. — ΤΟΛΑLΜΑΤΟΣ exstat 322a, 75 et crasi ita factum esse a Weckleinio putatur. at vero ο + α vel ου + α apud Atticos non in ω sed in ᾱ coalescunt. ergo aut Ο lapsu manus pro Α scripta aut τοῦ ᾿γάλματος intellegendum aut Α litera neglegentia lapicidae prorsus omissa esse putanda est. e quibus tertium veri simillimum esse mihi videtur, quia talis, qualis in τοῦ ᾿γάλματος esset, elisionis nullum exemplum ex titulis Atticis afferre possum et quia e literis ΑΛΑ se excipientibus una omitti facillime poterat.

2. Aliquanto pluribus verbis quam de contractione et crasi agendum est de constrictione diphthongorum in ι exeuntium. dico autem constrictionem eam illarum diphthongorum correptionem, quae ante vocales ita fit, ut prior vocalis diphthongi alicuius, quae fere semper dura est, mollita quodammodo et dilatata per adiunctam et paene admixtam ι, hanc latiorem et molliorem pronuntiationem amittat et suis primigeniis finibus rursus constringatur.[17])

Ol. 94, 2 exaratas adhibuit. accedit autem, quod hoc loco exemplis suis duorum titulorum numeros adiunxit, quorum alter (C. i. Gr. 4) non est Atticus, alter (C. i. Gr. 75 = C. i. A. 38) non habet τἄλλα.

[17]) aliter atque ego de hac re iudicat Hartelius, „Homerische Studien" III, 16 sqq. putat enim diphthongorum αι, οι, ει posteriorem vocalem primum in *j* mutatam esse, deinde in nonnullis vocabulis prorsus evanuisse, cuius rei id gravissimum argumentum sit, quod non solum apud Homerum, sed etiam apud posteriores poetas αι, οι, ει non raro scribantur, ubi syllaba brevis sit, ut in ποιηταῖς, δείλαιος. at primum verisimile non est eiusdem rei, diphthongorum scilicet in breves vocales correptarum, eadem aetate diversas fuisse causas; nam in ποεῖν, quod sit in inscriptionibus, Hartelius ο pronuntiatam esse putat, in ποιηταῖς Arist. equ. 583 *oj*. deinde aut Homeri aut poetarum scenicorum aetate ι vocalem vim habuisse in *j* spirantem transeundi nullis aliis exemplis Hartelius probavit. nam quae p. 18 affert, ea satis diversi sunt generis, si quidem ι post consonantes ut in καρδίας, ἐγχώριος paene in spirantem attenuari posteriore aetate multo facilius poterat quam inter duas vocales, quarum cum priore coniuncta diphthongum efficiebat. postremo in plerisque eorum vocabulorum, in quibus antiquissima aetate *j* spirantem inter vocales evanuisse ratio etymologica et linguarum cognatarum

huius igitur constrictionis etiam in Attica dialecto (de Aeolica et Dorica v. Ahrensium Aeol. 100 sq. 193. Dor. 188. 566) non exiguam fuisse vim veteres iam grammatici noverant, quorum complura de hac re iudicia a Weckleinio pp. 12. 54. 63 sq. et a Lobeckio, Pathol. Gr. serm. elem. II, p. 25 collecta sunt. exempla quoque ex titulis Atticis Weckleinius non pauca attulit, sed neque omnia neque uno conspectu coniuncta. qua re non supervacaneus erit plenior quidam catalogus, quem ita composui, ut *αι, ει, οι, υι* diphthongos deinceps tractarem et in singulis exemplis, quid de eis iudicandum esset, breviter adnotarem.

a. *αι* constringitur in *α* aut longam aut brevem, unde nonnumquam fit *ε*. *α* brevis est in his vocabulis:

Ἀθηνάα 351, 2 in titulo donarii privati pervetusto. *α* brevem esse et ex contractione, quae mox facta est, intellegitur et ex mensura huius nominis, quae est apud Theocritum 28, 1. etiam post Euclidem pauca exempla formae in *-άα* exeuntis exstant, quae Weckleinius attulit. in frequentiorem autem usum *Ἀθηνάα* non permanavit, sed statim contracta est in *Ἀθηνᾶ*. itaque etsi non prorsus recte tamen non inepte iudicavit Eustathius ad *A* 197: *οἱ μέντοι ὕστερον ἀποβάλλοντες τὸ ι τῆς αι διφθόγγου καὶ Ἀθηνάαν ποιοῦντες ὥςπερ τὴν ἐλαίαν ἐλάαν Ἀττικῶς Ἀθηνάαν μὲν οὔ φασι, τὰ δὲ δύο α κιρνῶντες λέγουσιν Ἀθηνᾶν.*

Ὀαέως 318 A, 8. *Ὀαιεύς* e. g. 121, 3. 122, 2. 148, 2. *α* in hac forma brevem fuisse veri simile est propter mensuram *Πειρᾰεῖ* dativi apud Aristophanem pac. 145.

α brevis rursus in *ε* correpta est in *Ποτειδεᾶται* 240, 50. 242, 5. 244, 65. fortasse etiam 241, 8. antiquior forma *Ποτειδαιᾶ[ται]* exstat 236, 14. ceterum vix putaverim **Ποτειδᾰᾶται* umquam pronuntiatum esse, quia *α* ante *α*

comparatio docent, productio suppletoria facta est, de qua egit Brugmanus, Stud. IV, 177 sqq. quae quoniam in exemplis posterioris aetatis nusquam facta est, in his non *j* spirans, sed ipsa *ι* vocalis evanuisse putanda esse mihi videtur. neque aliter hanc rem se habere statuerat Curtius, Stud. I, 2, 277. 283 sqq.

statim in ε dissimulata est. tamen ipsa constrictio αι diphthongi in ᾰ facta esse putanda est. nam alia quaedam ratio, ut *Ποτείδεια similiter atque μεσόγεια dictum, inde Ποτείδεα factum sit, propterea minus probabilis mihi videtur, quia nulla forma servata est, qua haec explicatio niti posset.

alia eiusdem correptionis exempla ante Euclidem non reperi, sed ceteroquin notissima sunt Πειραεύς (v. Weckleinium p. 53), δείλαος (e. g. Soph. Ant. 1310. Arist. equ. 139. plut. 850), similia. invaluit enim in dies magis apud Atticos consuetudo αι ante vocales in α constringendae, quod luculente docet discrepantia scripturae Ἀθηναία et Πειραιεύς nominum, quae inter inscriptiones vetustiores et recentiores intercedit. quod si αι simplex diphthongus erat α + ι vocalibus effecta, constrictio eius semper ita facta est, ut α brevis remaneret. videntur sane aliqua exempla esse, quae huic regulae obstent. at eorum alia est ratio. primum enim Ἀλκμαίων nomen proprium antiquitus in Ἀλκμᾱ́ων mutatum esse discimus ex *M* 394: Ἀλκμάονα δουρὶ τυχήσας. sed ipsa vetustate hoc exemplum ab eis, quae supra commemoravi, differt. nam cum ea aetate, qua in Ἀλκμαίων nomine ι evanuit, vis huius vocalis nondum tam procul a natura consonae spirantis abesset, quam postea in sermone Graeco ab ea discessit, fieri potuit, ut ι vel j inter α et ω exstincta productionem suppletoriam vocalis antecedentis efficeret[18]), praesertim cum haec vocalis in ἀλκμᾱ stirpe iam antea longa fuisset. quod posteriore aetate ita fieri non potuit. ipsam autem Ἀλκμάων formam, constrictione non Attica sed panhellenica factam, Attici non servarunt, sed aut primigeniam Ἀλκμαίων retinuerunt aut -ᾱ́ων terminationem deinceps per mediam -ᾰ́ων in έων corripuerunt. quae forma etiam in titulo sepulcrali 433, 10 exstat.

iam quae praeterea vocabula αι in α longam constrictam praebere videntur, in eis non αι constrictionem passa

[18]) similiter videtur etiam Curtius, Stud. II, 188 de vi ac natura ι vocalis, qualis antiquissima aetate linguae Graecae fuerit, iudicare.



est sed aut αιι aut αϝι aut αιϝ. et αιι quidem vocales antiquissima iam aetate ita coaluisse, ut altera ι evanescens α antecedentem produceret, facile credi potest. et habemus luculentissimum exemplum ἐλαία, quod, sive λι quaedam radix in eo latet (v. Grdz.[3] 336) sive alia, certe derivatum est de ἔλαιον suffixo ια, ut fieret *ἐλαι-ία, inde ἐλᾱί-α producta iam intra diphthongum α vocali, postremum per constrictionem ἐλᾶα. hoc enim ita pronuntiatum esse probatur exemplis a Weckleinio p. 64 sq. ex Aeschyli, Sophoclis, Aristophanis fabulis allatis. — αϝι literas simili modo mutatas esse atque αιι ne ipsum quidem difficile est intellectu. nam digammo exstincto productio suppletoria effecit ᾱ — ι, quae in diphthongum ᾱι coaluerunt.[19]) hanc autem aliter atque in ᾱ constringi non potuisse per se patet. exempla sunt notissima κάω, κλάω. — restat, ut de ᾱι ex αιϝ facta pauca dicam. atque cum cetera omnia exempla, quibus inconstantia linguae in constrictione αι diphthongi demonstrari posse videretur, facillima explicatione expediverim, confiteor in hoc uno genere praeiudicatae e ceteris opinioni me aliquantum condonaturum esse. habet tamen etiam haec ratio excusationem suam, quoniam ipsum discrimen, quod est inter αιϝ (αἰετός) et αι (Ἀθηναία), suadet, ut linguam, quae diversis modis utramque syllabam mutavit, digammum huius rei causam habuisse putemus. itaque, ut exemplo

---

[19]) non ignoro talem diphthongum in Graeca lingua exstitisse volgo negari, sed, ut opinor, immerito. nempe vetus illa âi diphthongus Indogermanica Graece aut ᾳ aut ῃ aut ῳ facta est, sed posteriore aetate cur nova ᾱι diphthongus nova ratione oriri non posset, causa nulla fuit. neque enim, quae Stud. I, 2, 206 de καίω et κλαίω exposuit, Gerthius mihi probavit, ex αϝjω factum esse -ᾱjω, inde aut correpta vocali -ᾰίω aut oppressa spiranti -ᾶω. assentirer sane huic explicationi, si αι et ᾱ et in his et in ceteris eiusdem generis exemplis eodem tempore in usu fuissent. sed quoniam in ipso verbo καίειν altera alteram secuta (nam a Thucydide καίειν dictum esse docet Poppo ad II, 49) neque veri simile est aliter in his vocibus atque in similibus αἰεί, Ἀθηναία etc. studium Atheniensium α pro αι pronuntiandae valuisse, etiam facta esse altera ex altera forma putanda est, ᾱ scilicet ex ᾱι.

utar, *ἀετός* non ex **ἀϳετος*, ut Brugmanus, Stud. IV, 179 voluit, productione suppletoria factum esse existimo, sed ex **αἰϝετός* ita, ut digammi vim interpositam *ι* vocalem tamquam transgressam esse statuam. quae sententia quamquam adhuc insolita est, tamen eam spero eis, quae modo exposui, probari posse.

ᾱι igitur in *α* longam constrictae (nam ad enumerationem exemplorum redeo) haec sunt exempla:

αι in *ᾰ* correptarum certum nullum reperi ante Euclidis aetatem. unum enim, quod huc pertinere videtur, prorsus alius est naturae, *Φωκαΐδες* 199, 7 (in quo *α* longam fuisse quamquam certo documento non firmatum tamen veri simile est propter mensuram similium vocabulorum ut *Κωπαΐδες* in fine senarii Arist. Ach. 880). nam in *Φωκαΐδες* non videmus *ι* vocalem in uno eodemque vocabulo antea pronuntiatam, deinde evanescentem, quoniam **Φωκαιίς* nusquam exstat; sed in ipso formando *Φωκαΐδ* stirpem ex *Φωκαια- ι* satis prisca aetate oppressa est. qua re etiam in ceteris vocibus eiusdem terminationis et in adiectivis, quae in *-αϊκός* desinunt, *α* longam esse mirari non possumus. de quo genere nonnulla et exempla et veterum grammaticorum iudicia collegit Lobeckius ad Phryn. p. 39 sqq. alterum exemplum est *Ἐλαεῖ* 173, 4, correptum ex *Ἐλαιεῖ*, quod 164, 6 et 170, 7 exstat, quod ab *ἐλᾱα* vix potest seiungi. sed quominus ut certum hoc exemplum afferam prohibet *Πειρᾰεῖ* mensura, de qua supra (p. 66) dixi. — *αι* igitur vocalium constrictarum quamquam in eis inscriptionibus, de quibus ago, nullum certum exemplum exstat, tamen ne quis hanc lacunam sententiae meae esse suspicaretur, de *ἐλαία* supra pauca dixi. et addi potest *Ἀχᾱϊκός* (e. g. Eurip. Hec. 521. Tro. 652. 702. 863. 1017. Xenoph. Hell. IV, 3, 9), factum ex **Ἀχαι-ι-ικός*, quia derivatum est de *Ἀχαιία*; quae forma quamquam primigenia fuit, tamen eam solam iustam esse Goettlingius, Allgemeine Lehre vom griech. Accent, p. 130, immerito putat.

αϝι in *ᾰ* correptae sunt in *κάω*, *κλάω*, quorum ex-



empla collegit Weckleinius p. 64. in ipsis inscriptionibus nulla reperi.

αιϝ in *ᾰ* correptarum praeter *ἀετός*, cuius forma non constricta exstat 322a, 73. 80: *αἰετιαῖοι, αἰετούς*, exemplum est *ἀεί* 36, 11 (*Ol. 88*) et 79, 9. *αἰεί* 333, 1 (*Ol. 72*).[20]) 32A, 25. 469, 3. 59f, 33 (*Ol. 92, 3*). posteriora utriusque scripturae documenta Weckleinius p. 63 affert. *αἰεί* ipsorum Atticorum sensu vetustatis quendam odorem habuisse testis est Marcellinus in vita Thucydidis, 52: *ὡς ἐπὶ πλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ ἀτθίδι, ἡ τὸ ξ ἀντὶ τοῦ σ παρείληφεν, — καὶ τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ α γράφῃ, αἰεί λέγων.* de digammo huius vocabuli v. Grdz.[3] 359.

b. *ει* constringitur in *ε*, inde nonnumquam in *ι*, quarum haec sunt exempla:

ἐπετέου 185A, 27 (*Ol. 92, 3*). *ἐπέτεια* 121, 7. 122, 9. 123, 10, saepius. certa quaedam aetatis discrepantia ex uno illo exemplo colligi non potest, praesertim cum etiam 188, 3 *ἐπετείων* exstet in tabula tantum non eiusdem anni, cuius est 185.

Νεάνδρεα 240, 30. *Νεάνδρεια* 226, 10. 229, 21. 230, 25, 11. 235, 6[c]. *Νεανδρειῆς* 37z[1], 13. 247, 12.

Ἀνδρέᾳ 324a, 9.[21])

---

[20]) hoc exemplum, quia vetustissimum est, primo loco posui. tamen potest de eo dubitari, quoniam neque per se prorsus certum est et exstat in titulo versibus elegiacis composito. quod idem cadit in 469.

[21]) similem formam *Αἰνέᾳ* 478, 1 Kirchhoffius minusculis literis per *ει* scribit, cuius rei rationem metricam causam habuisse videtur. et quamquam nihil illo loco reliquum est nisi haec verba:

Α]ἰνέᾳ τόδε σῆ[μα
Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε,

tamen apparet priorem versum hexametrum fuisse. ergo E pro EI per vitium lapicidae positum esse existimandum est. *ἐπετείου* vero et *Νεάνδρεια* cur ipsa quoque neglegentia lapicidarum per E scripta esse putemus, prorsus nulla est causa. neque enim constrictionem *ει* diphthongi in *ε*, quam in ceteris formis supra allatis etiam Kirchhoffius factam esse statuit, exempla desunt neque adsunt scripturae E pro EI praeter unum, quod mira quadam natura sua exceptum esse supra

Δαρεικός 199, 5. 207, 13. *Πεντελεικός* 321, 8. 322a, 96.

Ἀλωπεκεεύς 184 A, 10. 185 A, 29. *Ἀλωπεκειεύς* 122, 3. 133, 2. 148, 3.

Ἀνκυλεεῖ 185 A, 23. plenioris formae nullum usquam exemplum reperi, sed quin exstiterit, dubitari nequit.

Αἰνεᾶται 234, 34. 237, 25. 238, 24. 241, 1. 242, 16. 243, 18. 244, 38. 256, 23. 257, 23. — *Αἰνειᾶται* 259, 18. — *Αἰνιᾶται* 236, 10.

Αὐλεᾶται 229, 5. 237, 2. — *Αὐλιᾶται* 226, 13. 227, 6b. 228, 2b. 238, 3. 239, 51. *Αὐλιῆται* 230, 9. *Οὐλιᾶται* 231, 7.

Πελεᾶται 230, 22b. 237, 5. — *Πελειᾶται* 236, 6. 233, 16c. 235, 11c. 239, 64.

Χαλκιᾶται 229, 11. 256, 23. 263a, 13. 264, 19. — *Χαλκειᾶται* 238, 7. 261 A, 6.

ὠφελία 85, 3. eadem scriptura apud Platonem compluribus locis (e. g. Charm. 165c. Lys. 214e. 217a. Euthyd. 275e) in optimo codico Bodleiano exstat. huc quoniam accedit Herodiani testimonium (II, 611: *ὠφέλεια· εἰ δίφθογγος ἡ παράδοσις. ποιητικώτερον δὲ διὰ τοῦ ι καὶ παροξύνεται*), opus non fuit editores Platonis hanc formam a sermone Attico abiudicare.

retuli huc etiam *Χαλκιάτας* et *ὠφελίαν*, quamquam formarum per ε scriptarum alterius in titulis Atticis alterius omnino nullum exemplum exstat. nam consentaneum est in utroque vocabulo ε sequente vocali in ι attenuatam esse, quae mutatio omnium dialectorum Graecarum communis fuit, etsi in nulla tam pervolgata quam in Doride. cuius rei et exempla et veterum grammaticorum testimonia affert Ahrensius, dial. Dor. p. 121 sq. etiam Aeoles magis quam Iones ε in ι mutandae cupidos fuisse facile intelleget, qui eiusdem Ahrensii dial. Aeol. pp. 79 sq. 178 sq. comparaverit. tamen

(p. 254) ostendi. eadem igitur mea sententia est de exemplis modo commemoratis, quae Keilii de eis, quae ex inscriptionibus posterioris aetatis attulit Philol. XXIII, p. 248.

et Iones et Atticos ipsos quoque *ε* in *ι* suo Marte mollire potuisse facile concedi poterit et habemus hoc loco exempla *Χαλκιᾶται* cum nominibus similibus supra enumeratis. de *ὠφελία* dubitari potest, quia haec forma facillime etiam ita explicatur, ut de ipsa stirpe *ὠφελ*, non de adiectivi stirpe **ὠφελεσ* (de qua factum est *ὠφέλεια*) derivatum sit. certum igitur iudicium de hac re ferre non ausim.

c. *οι* constringitur in *ο*.

ποεῖν 40, 54. 45, 9. 344, 2. 373, 5. 402, 5. 466b. 471, 3. *ἀγαλματοποικοῦ* 324c, 23. — *ποιεῖν* 42b, 9. 10. 43, 7. 47b, 5. 49, 9. 51, 6. 12. 55c, 6. 8. 12. 59, 10. 25. 64b, 4. 5. 68, 9. 77, 4. 78, 3. 7. 105, 3. 282, 13. 319, 15. 18. 321, 37. 322a, 27. 51. 84. 90. 332, 3. 335, 2. 353, 3. 374, 6. 375, 3. 405.[22]) 406, 2. 418, 7. 477, 3. 483, 2. *ἱεροποιοί* 1A, 29. 30. 5, 2. 32A, 13. 19. 188, 6. *Ἱεροποιός* 439, 4. — videmus igitur ante Euclidis aetatem formam huius verbi non constrictam multo frequentioris usus fuisse quam constrictam, si quidem alterius 44 alterius 8 sunt exempla, quoad oculos meos non effugerunt. postea scripturam *ποεῖν* etiam magis increbruisse docent exempla a Weckleinio p. 59 sq. collecta, quorum tamen tantum non nullus usus esse potest, quia ille alterius scripturae exempla prorsus omisit, quibus opus esse ad iudicium de hac re ferendum unus quisque facile intellegit. ceterum Atheniensium proprium fuisse *ποεῖν* pronuntiare monetur etiam in Et. M. 679, 24: *ἰστέον ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἀποβάλλουσι τὸ ι λέγοντες ποῶ· καὶ ἀπορροῦσί τινες λέγοντες, ὅτι εἰ ἄρα οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ καίω καὶ κλαίω ἀποβάλλοντες τὸ ι ἐκτείνουσι τὸ δίχρονον, διὰ τί καὶ ὧδε ἀποβάλλοντες τὸ ι οὐκ ἐκτείνουσι τὸ ο εἰς τὸ ω.* hoc discrimen eorum, quae de *αι* constricta supra exposui, ratione habita mirum videri iam non potest.

στοά 61, 7. 8. 322a, 49. 73. de *στοιά* cf. Curtium Grdz.[3] 204 et Weckleinium p. 53.

---

[22]) idem hoc est donarii privati fragmentum atque Rang. 44, quod Weckleinius exemplis *ποεῖν* scripturae inseruit. sed ΟΙΕΣΕΝ in lapide exstare testis est Rossius.

τριττόαν 5, 5, τρίττοια[ν] 534, 5, utroque loco addito βόαρχον, ut de sacrificio cogitari apertum sit. Kirchhoffius etiam 534, 5[23]) scribit τριττόαν. sed cum in lapide exstent literae ΤΡΙΤΤΟΙΑ · Β, dubitari non posse mihi videtur, quin τρίττοιαν β[όαρχον] legendum sit. hanc enim formam προπαροξυτόνως scribendam esse auctor est Herodianus I, 281, 15. -οια autem terminationem Ionica pronuntiatione ex υια factam esse docet Lobeckius, Pathol. elem. II, 25, 5.

Λευκονοεύς 237, 36. Λευκονοιεύς 140, 24. 176, 4. 238, 2.

d. υι contrahitur in ῡ.

nam haec non est constrictio, sed υι vocales inter se satis similes contrahuntur paulatim in unam, primum quidem pronuntiatione, deinde etiam scriptura.[24]) pronuntiatione enim υι satis prisca iam aetate maximeque apud Atticos in monophthongum coaluisse et veterum grammaticorum testimoniis a Lobeckio ad Phryn. 40 et Pathol. elem. II, 25 collectis et exemplis nonnullis invalescentis iam ante Euclidem simplicis υ scripturae confirmatur. quae postea magis etiam et ita pervolgata est, ut ipsi grammatici dubitarent, utrum υι an υ scribenda esset, utque in Homeri carminibus δύη optativus σ 348 et υ 286 in omnibus libris scriberetur, unde etiam interpolator, qui versus Π 97—100

---

[23]) hunc titulum paucis annis post Ol. 94, 2 exaratum esse scriptura eius certissimo testimonio est. tamen eo hoc loco usus sum, quia neque magnum esse potest discrimen aetatis (v. Kirchhoffium ad l. l.) neque habeo aliud exemplum scripturae τρίττοια.

[24]) alia est de hac re sententia Curtii, Stud. I, 2, 285, qui etiam υι diphthongum in υ constrictam esse putat exemplo allato υἱός. at primum per se veri simile est diversas esse naturas earum diphthongorum, quarum altera a vocali dura, altera a molli incipiat. deinde quae exempla a veteribus cum ὑός coniunguntur, omnia longam habent υ ex υι factam, ut μῦα, ἑστηκῦα, τετυφῦα. neque enim obstat, quod apud Homerum υι ante vocales nonnumquam corripitur. nam idem patiuntur etiam aliae longae vocales et diphthongi non in ι exeuntes, ut β 136 οἴκου ἀπερχομένη, Β 261 εἰ μὴ ἐγώ σε. apud posteriores vero poetas υι munere brevis vocalis fungentis nullum exemplum reperi.

composuit, novam finxit formam ἐκδῦμεν ex *ἐκδυῖμεν.[25]) huius autem recentioris scripturae longe aliam esse rationem atque constrictionis, quae facta est in Πειραιεύς, Weckleinius non intellexisse videtur, qui p. 53 utriusque generis exempla eodem capitulo comprehendit.

υ igitur pro υι scripta ante Euclidem in uno vocabulo υἱός exstat: ὑῆς 61, 14 (*Ol. 92, 4*) et ὑός 398, 4, ubi vitio lapicidae HYY5 scriptum est. alioquin hoc exemplum etiam pluris aestimandum est quam 61, 14, quoniam titulum 398 ante *Ol. 84* exaratum esse docet 5 literae figura. — ceterum iustae scripturae υἱός exempla non desunt, ut 374, 2. 397, 3.

3. Assimulatio, quae fit inter vocales in uno eodemque vocabulo interiectis consonantibus se excipientes, quamquam non eiusdem generis est cuius cetera, quae hoc capite comprehendi, tamen pauca exempla eius, quae in inscriptionibus Atticis digna commemoratu reperi, huc referenda esse putavi, quippe quae neque peculiari aliquo capite digna essent neque prorsus abhorrerent ab eis, quae antecedunt. assimulatione igitur orta est prior ο vocalis in

Ἀλωποκοννήσιοι 37z[1], 15. 234, 25. 266, 3. — Ἀλωπεκοννήσιοι 230, 8[b]. 236, 71, 6. 242, 8.

Πυανοψιών, quod 1 B, 21 exstat, iustam formam huius nominis fuisse et hac tituli pervetusti scriptura et Lycurgi apud Suidam atque Hesychii testimoniis confirmatur, qui Πυανόψια scribunt s. v. ortam autem esse ο ex ε vocali ex veriloquio intellegitur, quod apud Hesychium traditum est: οὕτω δὲ κέκληνται ὁ μὴν καὶ ἡ ἑορτὴ διὰ τὸ ἀθάραν ἑψεῖν, ἃ καλοῦσι πύανα. et assimulatione ο ex ε fieri facillime potuit in eo vocabulo, in quo ε paene necessario surdiorem quendam sonum a finitimis vocalibus acciperet.

Μουνιχία (215, 9. 273f, 15) his exemplis adnumerandum esse fortasse aliquis putat. sed in hoc vocabulo ι non propter similitudinem syllabae insequentis, sed antiquitus et

---

[25]) dixi de illo loco, de quo alii aliter iudicarunt, in „Quaestionibus de pronominum personalium formis et usu Homerico“, Stud. VII, p. 111.

iam in *Μούνιχος* pronuntiatam esse docet Ahrensius, Rh. Mus. XVII, 362 sq., qui alia praeterea exempla earundem terminationum *-υχος* et *-ιχος* inter se mutatarum affert.

CAPUT III.

DE CONSONANTIBUS.

De natura singularum consonantium et de mutationibus, quae in eis fiunt, nonnulla in dialecto Attica exstant satis digna, quae commemorentur. sed quoniam omnia non solum notissima sunt sed etiam facilia explicatu, nihil aliud nisi exempla, quae in inscriptionibus insunt, quam potui accuratissime collegi et, si quid de una alterave re quaerendum viri docti reliquerunt, hoc breviter tractavi.

I. De spiritu et de aspiratione consonantium explosivarum.

Attici magis quam ceteri Graeci spiritus asperi cupidi erant et vocalibus praefigendi et consonantibus explosivis subiungendi. cuius rei non pauca snnt eaque certissima veterum grammaticorum testimonia. tamen haec aspiratio, quam in nonnullis vocabulis reperimus, quae eam neque antiquitus habuerint neque in communi sermone omnium Graecorum habeant, non tam Attica fuit, ut ceterae dialecti prorsus ab ea abhorrerent. imo vero cum in omnibus linguis Indogermanicis postumae, ut ita dicam, aspirationis non pauca exempla exstent, tum Graecorum non solum Atheniensium sed etiam ceterorum sermo maxime volgaris perquam *δασυντικὸς* fuit. de qua re accurate egit V. H. Roscherus dissertatione, quae inscribitur „De aspiratione volgari apud Graecos“, primo volumini „Studiorum ad Grammaticam Graecam et Latinam pertinentium“ inserta, qua non solum ipsius aspirationis natura ac ratio luculente explicata et

amplissimo apparatu exemplorum illustrata, sed etiam illud magis confirmatum est, quod Curtius, Grdz.[3] 476 sq. statuerat, numquam in lingua Graeca vice versa tenuem consonantem ex aspirata factam esse. aliter autem id genus aspirationis se habet, quod in vocalibus versatur, quod quamquam ab altero Roscherus ita seiunxit, ut illud solum tractaret, tamen eadem causa contineri consentaneum est, quae in duobus diversis generibus diversa effecerit. nam spiritum asperum in singulis dialectis praeter morem ceterarum non solum, ut aspirationem consonantium, de integro nonnullis vocibus additum esse videmus, sed etiam servatum in compluribus ex antiquissima aetate totius linguae Graecae. neque hoc potest mirum videri ei, qui meminerit Graecos in consonantibus explosivis admodum tenaces fuisse antiquitatis neque ulli in plerisque earum studio mutandi indulsisse praeter ipsum hoc, de quo agimus, aspirationis, spiritum autem asperum non antiquum aliquod et inveteratum elementum linguae Graecae fuisse, sed ubique ortum esse interitu spirantis alicuius paulatim facto. hoc igitur studium Graecorum quam maxime proprium delendi spirantes, postquam debilitando ad spiritum asperum pervenit, cum tamquam de proposito non desisteret, *δασυντικὸν* illud adversarium reperit. itaque ea, quae nunc exstant, insolitae aspirationis exempla duplicis originis esse possunt, si quidem spiritus asper aut ab altero illo studio mutandi imminens sibi exitium effugit aut altero procreatus est. hoc igitur discrimen in enarrandis exemplis acriter tenendum est.

1. A vocalium enim aspiratione initium faciam, de qua egit Curtius, Grdz.[3] 639 sqq. sed cum ibi duo illa, de quibus modo dixi, exemplorum genera ita distincta sint, ut, quaecumque alicubi in inscriptionibus Atticis vocabula ab H litera incipiant, ea, si antiquitus spirantem primam literam habuerint, huius vestigium spiritum servasse putentur, quoniam exempla ex tabula 324 petita per se nihil valere supra (p. 238 sq.) dixi, facere non possum, quin ea tantum vocabula in priore illo genere ponam, in quibus et

spirantem aliquam olim fuisse ars etymologica doceat et spiritus notam praeter 324 alia quoque saltem una inscriptio additam praebeat.

a. hac igitur ratione examinata eius aspirationis, quae ex vetere aliquo aut digammate aut sigmate reliqua est, haec remanent in inscriptionibus Atticis vetustioribus exempla:

ἁκούσια 1 B, 1 ante Ol. 81. hoc vocabulum Curtius eis adnumerat, in quae spiritus asper posteriore aetate irrepserit. sed Giesii sententia satis probabilis mihi videtur, qui ἀ-ἕκων in ἅκων coaluisse putat, „Ueber den aeol. Dial.“ p. 401. talis enim synaloephe praesertim in volgari sermone facillime fieri poterat, nec fortasse ἑάλων, quod Giesius affert, aliter explicandum est.

ἑλπίς 442, 8. de digammo v. Grdz.³ 248. cf. Keilium, Sched. epigr. 8.

ἕχον 166, 6. 170, 7. καθέχει 479, 3. accedunt nonnulla exempla ex 324. Keilius l. l. Giesium secutus digamma originem spiritus asperi fuisse putat. sed σ statuendam esse docet Curtius, Grdz.³ 182 sq.

Ἱλισοῦ 273 f, 16. de digammo v. Grdz.³ 334 sq. et Keilium l. l. q.

ἕνη, quod Curtius in hoc numero posuit, propterea omisi, quod haec in communi sermone Graecorum iusta et usitata forma fuit. exstat 324 c, 28, praeterea ἕνοις 273 b, 26. contra quod scriptum est ἔνῃ 189 a, 12, in exemplis omissae H literae supra commemoravi.

omisi ἑργάζομαι, οἱκεῖν, Οἱνηΐς, ὡνεῖσθαι, quia solius tabulae 324 erroribus hae scripturae nituntur.

b. spiritus asper posteriore aetate additus est in his vocabulis:

Ἅβδηρα 242, 20. παρὰ Ἀβδηρα 256, 30. παρ' Ἄβδηρα 228, 16. 230, 14b. 231, 14. 235, 11c. huius psiloseos elisio vocalis antecedentis in παρά praepositione facta causa fuit. nam per se positi Ἀβδηρῖται praeter 259, 21 semper per HA



scribuntur: 226, 5. 228, 17. 230, 15b. 231, 20. 233, 17c. 235, 9c. 242, 8. 244, 64. 256, 15.

Αἱραῖοι 37u, 25. 230, 5. 232, 6. 233, 5b. 234, 12. 264, 5. — *Αἰραῖοι* 226, 6b. 240, 7. — *Αἱραιῆς* 238, 13.

Αἶσα 243, 33.

Αἵσων 239, 35. *Αἱσώνιοι* 240, 49. 242, 28. 244, 61. 256, 31. — *Αἰσώνιοι* 257, 53. *Αἱσωνῆς* 236, 16.

ἁριθμόν 167, 9. ?164, 8. *ἀριθμόν* e. g. 322a, 97.

Ἁσσηρῖται 234, 26. — *Ἀσσηρῖται* 229, 2b. 230, 11b. 231, 13. 233, 43. 238, 16. 242, 14. 243, 36. 244, 67.

Ἑρχιεύς 188, 7. [324c, 67. 50.] — *Ἐρχιεύς* 179, 16. 296, 4. ?299, 12. 318A, 17.

ἑψηφισμένων 31A, 22. cf. *ἕσταλκα, ἕστην* apud Keilium l. l. 10 sq.

Ἡσσιοι 230, 25, 6. 250, 1. — *Ἤσσιοι* 226, 9. 264, 20.

Ἱλλυριός 277, 20. alia exempla desunt.

Ἱσθμοῖ 8, 12. 420, 4. 6. hoc vocabulum, quod Curtius Grdz.[3] 373 de *ἰ* radice derivat, Keilio l. l. ansam praebuit, ut digressionem illam de aspiratione Attica faceret. iustae scripturae in titulis Atticis nullum est exemplum.

Ὁαιεύς 121, 3. 122, 2. 148, 2. *Ὁαεύς* 318A, 3. *Ὁῆθεν* 180b, 15. — *Ὀᾶθεν* 375, 2. *Ὀῆθεν* 324c, 20.

ὁγδόῃ 325, 13. — *ὀγδόῃ* e. g. 273b, 11. *ὀκτώ* e. g. 322a, 35. 43. cf. *ὁκτώ*, quod est in tabulis Heracliensibus.

de nonnullis eorum nominum propriorum, quae modo enumeravi, fortasse dubitari potest utrum recte aspiratio eis praefixa Attico sermoni tributa sit an exempla spiritus lenis, quae alioquin exstant, psiloseos posteriore aetate factae documenta iudicanda sint. tamen in plerisque veri simile est spiritum lenem antiquitus pronuntiatum esse cum propter etymologiam, quatenus perspicua est, ut in *Αἶσα, Ἰσθμός*, tum propter usum scriptorum et Graecorum et Romanorum. quamquam haec omnia afferre et longum et supervacaneum fuit. unum addo, me in his alteris exemplis aspirationis Atticae ex eis, quae apud Curtium l. l. exstant, haec omisisse: *ἅγειν, ἁλώπηξ, ἁναγράφω, ἁνάλωμα,*

ἄνδρα, Ἀξιοπείθης, ἀπό, αὐτός, ἐκ, ἐν, ἐπί, ἐς, Εὔδικος, ὀφθαλμός, quippe quae in sola tabula 324 exstent.

2. Aspiratio consonantium explosivarum, in qua tota versatur Roscheri dissertatio, eis legibus et apud Atticos et apud ceteros Graecos circumscripta fuit, ut fere in solis literis tenuibus maxime tum fieret, cum aut sibilans vel nasalis antecederet aut liquida vel sibilans sequeretur, non tamen ita, ut a singulis literis tenuibus per se positis prorsus aliena esset. has regulas exposuit et confirmavit Curtius, Grdz.[3] 455 sqq. exempla et testimonia veterum grammaticorum diligentissime collegit Roscherus, nonnulla etiam Weckleinius p. 42 sq. mihi in hac re nihil aliud suscipiendum est nisi ut pauca exempla, quae in titulis Atticis vetustioribus exstent, adscribam.

θυηχοῦ 322a, 79. 95. 324c, 62. θυηκόοι — ἱερεῖς Hesychius. latet in hoc vocabulo (σ)κοϝ radix, de qua etiam θυοσκόος derivatum est. cf. Grdz.[3] 144 sq. θυηχοῦ scripturam immerito in dubitationem vocatam esse recte iudicat Weckleinius.

χάλχας 324a, 50. χάλκας 324c, 35. 69. 75. pristina forma fuit κάλχη (cf. Hesychium s. v. et Curtium, Grdz.[3] 145). inde aspiratione κ literae factum esse χάλχη, hoc autem solita apud Graecos aspiratarum dissimulatione in χάλκη mutatum esse probabiliter exposuit Roscherus l. l. 101. quam ob rem κάλχη et χάλκη, etsi utrumque non saepe, tamen pari iure usurpantur, media autem forma χάλχη nisi loco modo allato omnino nusquam exstat. qui quoniam est in tabula 324, tota haec Roscheri explicatio non ita magnam speciem veritatis haberet, nisi accederet simillima ratio nominis, quod sequitur.

Χαλχηδόνιοι 230, 11[b]. 240, 36. 242, 23. 243, 11. 247, 15. 258, 2. Χαλ- 235, 2. — Καλχηδόνιοι 238, 9. 239, 18. 259, 4. Κα- 229, 14. -χηδόνιοι 236, 71, 4. Χαλκηδών et Χαλκηδόνιοι, quamquam primigeniae formae fuissent, tamen, postquam antiquissima aetate in Χαλχηδών, inde in Καλχηδών

et *Καλχηδόνιοι* mutatae essent, infima demum aetate usurpari rursus coeptas esse exposuit Roscherus l. l. 98 sqq. qui quoniam satis probabiliter ostendit veriloquium Calchedonis ab aere repetendum esse, non habeo, cur ei non assentiar.

alia exempla aspirationis postumae non memini me in inscriptionibus Atticis vetustioribus legere, nisi quod ΧΣ et ΦΣ scripturas pro *ξ* et *ψ* tantum non semper adhibitas hanc causam habuisse Roscherus et Weckleinius recte iudicant. huc accedit, quod *ἐκ* praepositio, ubi sequitur vocabulum a *σ* litera incipiens, semper mutatur in *ἐχ*: *ἐχ Σαμίων* 56b, 7. *ἐχ Σάμου* 188, 20. 34. nam cum omnino eae praepositiones, quae in consonantes desinerent, cum nominibus insequentibus assimulatione consonantium coniungi solerent, de qua re infra plura dicam, aspirandi vis sibilantis tanta fuit, ut *κ* in *χ* mutaret.

II. De geminatione literae caninae.

Ρ literae in vocabulis compositis inter vocales non geminatae pauca exempla reperi:

ἀποραίνονται 125, 5. 128, 5. *ἀποραντήριον* 159, 6. *ἀπο[ραν]τήριον* 158, 6. — iusta scriptura *ρρ* saepius exstat: *ἀπορραίνονται* 120, 5. 121, 4. 122, 5, 130, 4. 131, 4. 132, 4. *ἀπορραντήριον* 146, 3. *ἀπορ[ρα]ντήριον* 156, 6. dubitatur, num radix huius verbi ab initio digamma habuerit; Curtius quidem Grdz.[3] 215 hoc negat.

ἀράβδωτα 322a, 55. 66. *ἀρράβδωτος* ib. 65. in radice huius vocabuli quamquam antiquitus digamma fuit (Grdz.[3] 327), tamen *ρ* literae geminationem eodem modo quo in aliis interdum neglegi mirari non possumus.

vitio quadratarii factum esse videtur, quod *Μυρίνη* nomen proprium 475 per unam *ρ* scriptum est, praesertim in versu iambico senario: *[λοι]μῷ θανούσης εἰμὶ [σῆ]μα Μυρ(ρ)ίνης*.

III. De geminatione sibilantis ante literas explosivas positae.

Pinguiorem quandam, qualis interdum fuit, σ literae ante consonantes duras positae pronuntiationem Graecos geminata scriptura sibilantis significasse notissimum est. quicumque enim vel levissime studia epigraphica attigit, cum primum Corpus inscriptionum Graecarum inspexit, in primo primi voluminis titulo reperit *Ἀρίσστωνος* nomen ita scriptum. huius igitur generis nonnulla exempla, quae in inscriptionibus Atticis vetustioribus exstant, satis habui breviter adscribere: *ἄρισστα* 9, 20. *Αἰσσχύλου* 398, 3. *Ἀσστυπαλαιῆς* 233, 28. *Ἡφαισστιῆς* 233, 8c. *ἐσς Τένεδον* 233, 20c. 21c. *ἐσστήλη* 103, 2. *Τελέσστας* 441a, 5. — horum exemplorum primum non magni faciendum est, quia exstat in titulo corruptissimo. *Τελέσστας* non ad ipsorum Atticorum sermonem pertinere videtur, quia exstat in epitaphio civium Cleonaeorum, in quo alia quoque parum Atticae pronuntiationis exempla habemus ut *Δαμοφάνης*, *Λυκοδόρκας*. 398 est titulus donarii privati, qui Atticam et Ionicam literaturas mirum in modum mixtas exhibet. remanet igitur, si *ἐσστήλη* scripturam, in qua prior σ assimulatione regressiva orta est, excipimus, prorsus integrae auctoritatis fere sola tabula 233, una ex eis, in quibus catalogi sexagesimae tributorum perscripti sunt. in qua cum tria sint exempla scripturae alioquin insolitae, unius lapicidae consuetudinem vel pronuntiandi vel scribendi causam eorum fuisse apparet.

IV. De σσ et ττ inter se mutatis.

Inter consuetudinem scribendi vetustiorum et recentiorum scriptorum Atticorum haec est discrepantia vel notissima, quod Thucydides et tragici poetae fere semper σσ literas geminatas ita scribunt, Aristophanes autem et prosae orationis scriptores posterioris aetatis ττ. quod quomodo explicandum esset, iam dudum viri docti intellexerunt. nam



cum cogitari non posset ab ipsa lingua *σσ* in *ττ* literas multo durioris soni mutatas esse, ita hanc rem se habere iudicarunt, ut Attici, quamquam volgari sermone apud eos *ττ*[26]) semper usitatae fuissent, tamen scribendo Ionum, quippe qui et poeseos et prosae orationis auctores toti Graeciae praeiissent, exemplar secuti *σσ* praetulisse, deinde, cum ipsi in dies magis artium et literarum principatum occuparent, ad suam indigenam *ττ* et pronuntiationem et scripturam rediisse putandi sint. hanc rationem inter alios exposuit Grassmannus, „Ueber die verbindung der konsonanten mit folgendem *j* und die davon abhängigen erscheinungen", K. Z. XI, p. 34 sq. sed alia est, ni fallor, sententia Bergkii (Griech. Literaturgesch. I, 74), cuius verba ita intellego, ut putet Atticos antiquas *ττ* literas paulatim in *σσ* mutasse, deinde, ne nimia esset pronuntiandi mollities, consulto ad *ττ* rediisse. hanc igitur, quae re vera fuisset, redintegrationem pristinae formae Aristophanem et plurimos veterum scriptorum statim arripuisse, cum tragici et Thucydides in vetustiore vel potius mediae aetatis pronuntiatione *σσ* perseverarent. at huic explicationi, quae ei, quam supra significavi, prorsus contraria et ipsa per se parum probabilis est, certissima et constantissima inscriptionum vetustiorum consuetudo obstat, in quibus ne uno quidem loco *σσ* pro *ττ* scriptae sunt nisi in nominibus propriis

---

[26]) nam antiquitus *σσ* et *ττ* pari iure ex *τj* vel *κj* vel aliis literis, quaecumque in eis laterent, assimulatione aut regressiva aut progressiva factas esse cui minus notum est, potest apud Curtium, Grdz.[3] 614 sqq. harum mutationum rationem expositam inspicere. eas igitur solas *σσ* literas, quae pristinae alicui *j* aut *ϝ* deberentur, in *ττ* mutari potuisse consentaneum est. quam ob rem Halicarnassenses a *ττ* scriptura prorsus abhorrent, quia nomen eorum antiquitus simplicem *σ* ex *τ* factam (cf. *Ἁλικαρνατέων* Stud. V, p. 264), habuit (*Ἁλικαρνάσιοι* C. i. A. 229, 19 b), unde geminatione postuma factum est *Ἁλικαρνάσσιοι* (230, 29 b. 233, 10. 235, 13 c. ? 240, 80) vel *Ἁλικαρνασσῆς* (226, 12. 256, 34). neque alibi usquam *ττ* in hoc nomine scriptae exstant, ita ut Bergkius formam *Ἁλικαρναττεῖς* apud quem veterem scriptorem repererit nesciam.

maxime urbium et civitatum Ionicarum.[27]) hoc igitur argumento quoniam priorem illam de *σσ* et *ττ* inter se mutatis sententiam luculente confirmari posse spero, catalogum omnium exemplorum utriusque scripturae subiunxi.

1. Et nominibus propriis quidem per *σσ* scriptis opus non est singularum inscriptionum numeros me addere, quia ex indicibus Kirchhoffii facile cognosci possunt. sunt autem nomina haec: *Ἄρλισσος, Ἀσσηρῖται, Ἤσσιοι, Θύσσιοι, Κυρβισσός, Κυρβισσῆς, Μυγισσῆς, Πράσσιλος, Τειχιοῦσσα, Ὑμησσῆς.* accedunt *Κοσσ[αῖοι]* 37 z''', 9. horum nominum plurima omnino nusquam per *ττ* scripta exstant, quae tamen causa non est, cur in eis *σσ* tales fuisse putemus, ut in *ττ* mutari non possent ea, quam supra significavi, ratione adhibita. natura autem *ττ* scripturae expertes fuerunt: *Ἁλικαρνασσῆς,* de quibus iam dixi (p. 284), *Ἀρκέσσεια* (240, 74), *Μυήσσιοι, Τελεμήσσιοι.* leguntur enim: *Ἀρκέσεια* 256, 15. 237, 22. 239, 50. 261, 3. *Μυήσιοι* apud Stephanum Byzantium. *Τελμησέες* Herod. I, 84, *Τελμισεῖς* Hesych. s. v.; *Telmesus, Telmeses* Cic. divin. I, 91. 94, ut ceteros nonnullos locos omittam. quamquam de Telmessibus dubitari potest, quia *σσ* in nomine eorum multo saepius quam *σ* scriptae sunt.

unum est vocabulum, cui Ionicam originem vindicare nullo modo possumus, quod per *σσ* scribitur, *Λάοσσος* nomen proprium civis alicuius Atheniensis, 323, 8. 324 c, 66. 68. 51. cuius veriloquium haud dubie tale fuit, ut *ττ* literarum pronuntiationem non admitteret. neque enim inepte *λαοσσόος* comparatur cognomen Minervae, quod Hesychius s. v. aut per *τοὺς λαοὺς σώζουσα* aut per *ἡ σοοῦσα, τουτέστι παρορμῶσα εἰς τὸν πόλεμον* explicat.

εἰργάσσατο forma poetica 403, 3 exstat in versu senario distichon elegiacum sequenti: *Κυδωνιάτης Κρησίλας εἰργάσσατο.*

---

[27]) nam non solas civitates Ionicae originis tale aliquod privilegium habuisse supra (p. 247) dixi.

praeterea exstant literae -εσσο- 17, 6 in fragmento tam exiguo, ut de eo nihil iudicari possit, et -σσυρ- 229, 20, 4 in catalogis tributorum, qua re nominis alicuius civitatis particula esse putanda est.

2. Alioquin semper ττ scriptae sunt, quarum haec habes exempla:

Βοττιαῖοι 52a, 4. 234, 19. *Γαργήττιος* 294, 2. *Θρᾶττα* 277, 15. 16. 21. *Κήττιος* 293, 4. 294, 6. *Μελιττ-* 277, 29. *Σφήττιος* 188, 20. 257, 3. praeterea -ττιος 390, 2. *Ἀττα-* 440, 11.

ἅττα 32B, 12. ἐλαττ- 25a, 7. θάλαττα 37p, 36. 40, 19. 283, 24. 540, 10. καττίτερος 319, 5. κυπαρίττινα 280, 6. πλάττω 324c, 1. πράττω 7, 11. 79, 4. 7. τάττω 40, 6. 43. τέτταρες 9, 11. 28, 23. 54, 16. 55a, 4. 8. 77, 7. 114, 4. 133, 1. 157b, 1. 146, 7. 161, 1. 170, 2. 273b, 1. 4. 50. f, 32. g, 10. 321, 9. 322a, 31. 34. 38. 81. b, 10. 324a, 10. c, 33. τριττόα vel τρίττοια 5, 5. 534, 5. τριττός 500, 2. 502, 2. 517, 3. 5. 518, 3. φυλάττω 40, 46. — praeterea -οττεσθαι 2A, 16. -ιοττε- 7, 5.

ἑκαττόν, quod 77, 8 exstat, soli vitio lapicidae tribuendum est. et sequitur in eodem lapide (11) iusta scriptura ἑκατόν.

V. De ξύν aut σύν praepositione.

Formam antiquiorem ξύν (de cuius veriloquio v. Grdz.[3] 345 sq.) ante Euclidem pervolgatam fuisse et tempore belli Peloponnesiaci in σύν mutatam esse notissimum est. qua re Thucydides et Aristophanes semper aut certe plerumque ξ scribunt, cuius rei praeter codicum consuetudinem testimonia veterum grammaticorum habemus (v. Weckleinium p. 38), posteriores scriptores σύν. neque alia est inscriptionum vetustiorum et recentiorum discrepantia, quamquam in his satis magno temporis spatio scribendi consuetudo paulatim mutata est. quod quoniam primus Boeckhius (Abhandlungen der Berliner Acad. 1834 p. 26 sq.), deinde eum

secutus W e c k l e i n i u s p. 57 exposuerunt et exemplis illustrarunt, mihi nihil reliquum esse potuit, nisi ut ea exempla recentioris scripturae, quae ante Ol. 94, 2 exstarent, omnia uno conspectu paulo commodioris, quam apud Weckleinium esset, usus comprehenderem.

433, 46. *Σ]υνφέρμιος.*	*Ol. 80, 1.*	v. Boeckhium l. l.
234, 34. *Λύκιοι καὶ συν.*[28])	*Ol. 83, 3.*	—
235, 12c. *Σερμυλιῆς κα[ὶ] συν.*	*Ol. 83, 4.*	—
—	*Ol. 84, 2.*	*ξυνεγραμ[μάτευε]* 237, 36.
238, 2. *συνε[γραμμάτευε].*	*Ol. 84, 3.*	—
—	*Ol. 86, 4.*	*ξυμμαχίαν* 33, 1.
40, 54. *συν[ε]χῶς.*	*Ol. 89, 1.*	*ξυ[μβι]βασάντων* 40, 24. *ξυμμάχων* 42.
51, 10. *συνδιεπολέμησαν.*	*Ol. 89, 4—91, 4.*	—
32 A, 9. 16. 17. 23. *συν-* in compluribus compositis.	ca. *Ol. 90.*	—
180 b, 6. c, 11. *συνάρχουσι.*	*Ol. 90, 3.*	*ξυνάρχουσι* 180 c, 18.
275, 7. 277, 5. 12. *σύν.*	*Ol. 91, 2.*	—
—	*Ol. 91, 2.*	*ξυνάρχουσι* 183 e, 7. 8. d, 8. 10. 12. 14.
274, 4. 12. 19. *σύν.*	paulo post *Ol. 91, 2.*	—
—	*Ol. 92, 1.*	*ξύμμαχοι* 184 A, 13. *ξυνελέξαμεν* 185 A, 27. 32. 57. 60.
185 B, 23. *σύμ[παντος].*	*Ol. 92, 2.*	*χ[συνελέξαμεν]* 185 B, 18.
188. *συν-* (fere semper in *συνάρχουσι*) quater et vicies.	*Ol. 92, 3.*	*ξυνάρχοντες* 188, 2.
58, 8. *συγγραφέων.*	*Ol. 92, 3.*	—
60, 6. *συνιστάμενοι.*	*Ol. 92, 3.*	—

---

[28]) hoc est *σύνεδροι.* v. Rangabé, Antiquités helléniques I p. 300.

324a, 34. 41. 59. 26. c, 29. 26. συν- in compluribus compositis.	Ol. 93, 1.	—
—	Ol. 93, 1.	ξυνάρχουσιν 138, 3.
189a. b. συνάρχουσι decies et octies.	Ol. 93, 2.	—
139, 3. σ[υναρχουσιν].	Ol. 93, 2.	—
146, 1. συνάρχοντες.	Ol. 94, 1 aut 2.	—

incertae aetatis sunt σύμμικτον 204, 8 et συμ- 222, 3. de catalogo ceterorum exemplorum vix opus est me commemorare non omnes locos adscriptos esse, quibus ξ exstaret, sed eos tantum, quibus haec scriptura alteri aut in eodem titulo aut in simili aliquo vel aetate propinquo exstanti responderet. e tota autem tabula facile intellegitur, quam tenaces vetustioris formae lapicidae publici fuerint. nam cum nonnulli iam dudum coepissent σ scribere, in rationibus quaestorum Minervae non ante Ol. 92, 3, in traditionibus eorundem quaestorum non ante Ol. 93, 2 haec mutatio facta est. deinde et in his et in ceteris inscriptionibus recentior scriptura pervolgata fuit. perpauca certe sunt exempla, quae obstent, quae a Weckleinio l. l. collecta sunt.

VI. De assimulatione literarum nasalium.

Nonnumquam in inscriptionibus Graecis omnium aetatum ν literam exaratam reperimus, ubi e communi consuetudine et lapicidarum et librariorum μ aut γ scribi oportebat. cuius rei in titulis Atticis vetustioribus haec sunt exempla:

1. in commissura vocabulorum compositorum: Ἑκατονπέδῳ 156, 5. 159b, 5. ἔνγραφοι 446, 34. ἐνκανταῖς 324a, 22. 49. c, 12. 21. ἐνκέαντι 324c, 13. ξυνβουλευσοντ- 87, 4. ξυνμάχων 9, 22. 23. ξυνμαχίαν 30. συνγραφέων 58, 8. συνλ[ογέας?] 66, 3. Συνφέρμιος 433, 46.

2. intra singulas stirpes: Ἀνκυλεεῖ 185a, 23. ἀνφοτέρων 473, 2. Ἀριστάνγελος 434, 26. Βρυνχειῆς 231, 12.

Γρυνχῆς 229, 12b. 236, 8c. 239, 77. 244, 78. *ἐνγύς* 465, 2. *Εὐάνγελος* 434, 27. *Κλεόνβροτος* 433, 28. *λανβάνειν* 1 A, 42. *Λανψακηνοί* 230, 4b. *Ὀλυνπιάρατος* 447, 38. *Σηλυνβριανοί* ?229, 13. *Σίνγιοι* 233, 18b. 234, 21. 235, 5c. *Στρόνβιχος* 388. *τυνχ[αν]* 48, 2.

non ignoro *Κλεόνβροτος* et *Σηλυνβριανοί* esse vocabula composita, sed posteriori generi ea adscribenda esse putavi, quia nasalis litera in eis non ante commissuram posita est, sed ab initio stirpis posterioris iam ante compositionem pronuntiabatur. omisi *Λαμπτρεύς* 386 (= Rang. I, 48), quod Weckleinius p. 49 affert. nam quae in hoc nomine exstat Λ figuram ex M reliquam esse apertum est.

similia eorum, quae adscripsi, exempla ex posterioribus titulis Atticis et ex usu ceterarum dialectorum collegerunt Giesius, „Ueber den aeolischen Dialekt" p. 85 sqq. Franzius, Elem. epigr. Gr. p. 49, Weckleinius, Cur. ep. p. 49. ex quibus omnibus si quaeritur num quid de ipsa pronuntiatione colligi possit, non dubito hoc prorsus negare. primum enim nemo cogitabit literas *νπ*, *νκ*, *νλ* et similes prorsus accommodate ad scripturam pronuntiatas esse, quoniam in eisdem inscriptionibus, quae eas ita scriptas hic illic exhibent, assimulatio in commissura vocabulorum saepissime facta est; unde intellegimus, quemadmodum Graeci soliti fuerint volgari sermone nasales consonantibus insequentibus assimulare. quod cum non ignoraret, Giesius ita rem sibi finxit, ut *ν* ante literas non dentales scripta medium quendam et consonantis insequentis natura temperatum sonum significaret, quem cum anusvara Indorum non inepte comparavit. at parvam habet speciem probabilitatis paucis illis exemplis scripturae alioquin inusitatae peculiarem aliquam pronuntiationem tribuere[29]), praesertim cum Giesii explicatio

---

[29]) nam pauca haec exempla non eadem ratione tractanda esse, qua similem primo obtutu, sed prorsus certam consuetudinem inscriptionum Cypriarum nuper Deeckius et Siegismundius (Stud. VII, 229 sqq.) explicaverunt, facile intellegitur.

in eas voces, in quibus νμ aut νλ se excipiant, non quadret. ipse enim talia exempla, e quibus unum affert συνμαχία, a ceteris accurate distinxit. in quo quamquam arguto et circumspecto iudicio usus est, tamen vereor, ne subtilius quam rectius in hac re versatus sit. mihi quidem ν illa praeter consuetudinem scripta nullam aliam causam habere videtur nisi neglegentiam quandam lapicidarum, qui hanc literam nasalem, quippe quae sola a sermone Graeco in fine vocabulorum ferretur, totius generis nasalis muneribus fungi facillime poterant existimare.

CAPUT IV.

DE VOCALIBUS ET CONSONANTIBUS IN COMMISSURA VOCABULORUM SE EXCIPIENTIBUS.

1. Hiatum, elisionem, ν paragogicam, assimulationem consonantium non seiunctim tractanda, sed hoc uno capite comprehendenda putavi, quia, quae de eis in inscriptionibus Atticis notanda sunt, unam causam communem habent in consuetudine volgaris sermonis positam. nam cum in elegantiore genere dicendi ea lex valeat, ut singula vocabula diligenter distincta pronuntientur, cotidianus usus hanc legem si minus tollere at saltem ita lenire solet, ut complura vocabula, quae arctiore aliquo sententiae vinculo inter se cohaereant, etiam pronuntiatione minus interpuncta continuet et tamquam uno accentu neglegentius comprehendat. hoc igitur tenendum est, si quis de eis, quae in commissura vocabulorum a lapicidis (non aliter atque a librariis, quorum neglegentia in hoc genere notissima est) fiunt, recte iudicare volet. nam non paucis locis neglegentia illa pronuntiandi etiam in scripturam irrepsit, ut si ἱερῶγχρημάτων tamquam unum vocabulum scriptum est. sed accedit alterum ei, quod modo significavi, quodammodo contrarium. pronuntiandi enim neglegentiae opposita est neglegentia scribendi,

quae cum ea sit, ut singularum literarum et syllabarum sonus non prorsus accurate in lapide exprimatur, interdum efficit, ut prior illa neglegentia pronuntiandi oculos legentium lateat. quam ob rem mirari non possumus, quod assimulatio certarum consonantium, quae in vocabulis sententia conexis pronuntiando semper facta esse credenda est, scribendo totidem fere locis exprimitur atque non exprimitur. neque aliter se habent, de quibus supra dixi, exempla assimulationis intra singula vocabula omissae.

2. Eadem ratio in hiatu adhibenda est, qui etsi natura quam maxime alienus est a celeritate et neglegentia pronuntiationis, tamen non raro in inscriptionibus admittitur. et cum triplici modo hiatus evitari possit, crasi, elisione, ν paragogica, ex his duarum priorum in titulis Atticis admodum parcus est usus. quod de crasi iam supra (p. 266 sq.) commemoravi, cum de ratione vocalium contrahendarum agerem. elisionis aliquanto plura sunt exempla, sed ne haec quidem ullo modo numerum eorum aequiparant, in quibus hiatus scribendo certe non evitatus sit. non tamen operae pretium esse putavi utriusque generis omnia exempla colligere, opus non tam difficile quam molestum, unde non sperabam umquam quemquam quidquam fructus percipere posse. sed ne quis lapicidarum Atticorum patientiae hiatus scribendi nimium me tribuisse existimaret, adscripsi documenta huius rei ex duobus titulis maioribus repetita, 32 A et 40:

τὰ ὀφειλόμενα 32 A, 3. 8. *τῇ Ἀθηναίᾳ* 3. *ἃ ἐς* 5. *ἅ ἐστι* 6. *τὰ ἐκ* 7. *καὶ ἐξαλειφόντων* 10. *καὶ οἱ* 13. *καὶ εἰ* 13. *καὶ ἐάν* 26. *καὶ ἐν* 27. — *δὲ ἀπό* 5. *τό τε ἀργύριον* 24. *τῶν τε ὄντων* 25. *ἐπειδὰν δὲ ἀποδεδομένα* 30. — craseos unum exemplum est *τἄλλα* 6, elisionis *καθέκαστον* 22.[30]).

[30]) omisi enim, quod v. 14 exstat, *καθάπερ*, quia hoc unius vocabuli loco habendum est. neve desiderentur, si quae sunt in hoc titulo, ν paragogicae omissae exempla; nam hoc genus hiatus non ad crasim aut elisionem pertinet.

καὶ ἔτι 40, 12. *καὶ ἐάν* 13. *καὶ ἐαμμέν* 23. *καὶ οἱ* 51. — *τοῦ δὲ ἄλλου* 9. *μήτε ἀδικεῖν μ[ή]τε [ἀ]δ[ικεῖσθαι]* 21. *μήτε αὐτοί* 37. *τὰ δὲ ἄλλα* 46. *ἃ δὲ ὑπό* 47. *περὶ δὲ [Ἡγ]ησι-πόλεως* 52. — craseos nullum, elisionis unum est exemplum *ὅτι δ' ἄν* 41.

alia nonnulla collecta sunt a Weckleinio p. 49. sed opus non est me aut haec repetere aut plura addere, quia facile iam intellegitur, quid de toto hoc genere iudicandum sit, scripturae neglegentiam in eo multo plus valuisse quam pronuntiandi diligentiam. nam ipsa pronuntiatione vocales elidendi Atticos admodum cupidos fuisse eo vel certissimo argumento confirmatur, quod post tenuem literam explosivam sequente spiritu aspero semper non solum elisio scribendo exprimitur, sed etiam H prima litera vocabuli posterioris omittitur. unde apparet lapicidas Atticos elisionem, quam fere semper ita pronuntiabant, volgo eis tantum locis scriptura significasse, quibus illa mutationem aliquam consonantium finitimarum effecisset.

multo saepius quam crasi et elisione hiatus interposita *ν* paragogica evitatus est. de cuius natura et origine uberius disserere quoniam a proposito meo prorsus alienum fuit, nihil aliud egi, nisi ut exemplis quam possem plurimis collectis ostenderem, quanta inconstantia in usu huius literae fuisset. nam et saepe omissa est et posita non raro, ubi opus non erat, quin etiam bis intra versum ita, ut metro offectura fuerit, si re vera pronuntiata esset. versus dico hexametros hosce:

355: *Κου[φαγόρας μ' ἀνέθη]κεν Διὸς γλαυκώπιδι κούρῃ.*
472, 1: *Σῆμα τόδε Κύλων παίδοι(ν) ἐπέθηκεν θανό(ν)τοι(ν).*

utroque loco *ν* pronuntiari non potuit; quam ob rem causa non est, cur omnibus ceteris locis, quibus ante consonantes posita est, eam pronuntiatam esse putemus. imo vero originem duxit a neglegentia illa lapicidarum, qui in fine certarum formarum *ν* paragogicam addere insueverant. cuius neglegentiae haec habes exempla:

ἔδοξεν τῇ βουλῇ aut ἔδοξεν τῷ δήμῳ 16, 6. 32 A,1. 40, 3. 49, 5. 56a, 2. 58, 3. 60, 1. 61, 3. 68, 2. ν numquam deest in hac formula. — τοῖσι μύστησιν καὶ τοῖς ἐπόπτησιν καὶ τοῖς ἀκολούθοισιν καὶ ἄλλοισιν τοῖς 1 B, 5 sqq. οἰσὶν γαλαθηνοῖσιν 4 A, 14. ἐπρυτάνευεν Δι- 16, 7. Ἀθήνησιν γραφ- 28, 17. ἐστιν τοῖς 32 A, 5. ἀποδῶσιν ζητήσαντες 11. χρήμασιν τοῖς B, 17. ἐπαγγέλλωσιν μ- 50a, 11. ἔχουσιν ταῖς 54, 6. ἀνδράσιν μηδέ 77, 10. ἔλαβεν καί 82, 3. ἀπέπεμψεν καί 4. εὐεργέτησεν τήν 10. ἔτεσιν τόκον 273 f, 29. ἐπικραντίτισιν μῆκος 322a, 23. καθελοῦσιν τά 324a, 14. ἀνδράσιν τριάκοντα 325, 4. ἀνδράσιν τρισι 6. 8. 12.

non maiorem auctoritatem quam in his exemplis scriptura in eis habet, in quibus ν ante vocales omissa est: ἐγραμμάτευε, Ἀθηνοκλῆς 176, 5. ἐγραμμάτευε· ἀσπίδε 162, 17. ἐγραμμάτευε, Ἑλληνοταμίαις 273 b, 26. — ἐν 121, 3. 123, 5. 124, 5. 126, 5. 127, 4. 135, 4. 143, 4. 144, 4. 166, 4. —, ἐπί 46, 2. 260 A, 6. 273 b, 5. 301, 6. 318 A, 6. —, Εὐθύδικος 61, 4. —, Εὐκτήμων 62, 4. —, Εὐπείθης 32 A, 2. —, ἦρχε 260 A, 2. —, οἱ 117, 4. 141, 2. 153, 2. 157 b, 3. —, Ὄνασος 38 b, 2. — εἶπε· ἀποδοῦναι 32 A, 2. εἶπε· ἐπαινέσαι 45, 7 sq. — ἦρχε· Ὑπέρβολος 46, 4. ἦρχε· Ἐρασινίδης 59, 5. — ξυνάρχουσι. ἐν 170, 5. ξυνάρχουσι, ἐπί 183 e, 7. 273 b, 38. ξυνάρχουσι, οἷς 125, 4. συνάρχουσι, ἑβδόμῃ, ὀγδόῃ, ἐνάτῃ κτλ. 189 a, 4. 8. 9 etc. — Ἀγρυλῆσι οἰκοῦντι aut οἰκοῦντι 324 a, 11. 20. 26. 27. Ἀλωπεκῆσι οἰκῶν a, 6. c, 42. 79. 6.

Πλυντηρίοισι Ἀθηναία 3, 9. τοῖσι Ἁρμοδίου 8, 5. ταμίασι, οἷς 170, 3. 4. 172, 2. ἐπιστάτησι, οἷς 301, 1. Ἀθήνησι αἱ 29, 7. πόλεσι ἤ 40, 43. ἀνδράσι ἤ 77, 11. — νενικήκασι Ὀλυμπια- 8, 16. ἁλῶσι Ἑστιαιᾶς 29, 10. ὦσι ἐπιτήδειοι 40, 11. ἀπαντήσωσι ἐς 40, 50. ἀποδιδῶσι ἐκπράττειν 79, 7. ἀποδημοῦσι(?) εὐεργετ- 81, 12. ἐστι ἀγαθός 56 b, 3. —

non dubito, quin in omnibus his exemplis ν etsi non scripta tamen pronuntiata sit. nimia igitur est sedulitas, qua nonnulli in usum ν paragogicae, qualis apud vetustiores scriptores maximeque apud Homerum fuerit, inquisiverunt. nam in eleganti et exculto posteriorum aetatum genere di-



cendi illius literae aut scribendae aut omittendae rationem accuratissime discriptam et dignam esse, quam diligenter perscrutemur, non ignoro.

3. Iam cum ad assimulationem consonantium transeo, quae inter praepositiones et nomina et inter alia vocabula sententia arcte conexa fieri solet, vehementer vereor, ne molestus sim omnibus exemplis eius et factae et non factae enumerandis. sed fortasse ad inconstantiam lapicidarum illustrandam aliquantum possunt conferre, quae quo facilius cognosceretur, singula exempla utriusque generis inter se opposui.

et initium quidem feci ab ἐξ praepositione, quam etiamnunc vocabulis insequentibus ita accommodare solemus, ut ante consonantes ἐκ scribamus. veteres autem lapicidae, quamquam uno loco etiam haec regula neglecta est (ἐξ Λέρου 226, 20), ceteroquin multo accuratius volgarem pronuntiationem secuti sunt, cum κ ante literas aspiratas et σ in χ, ante medias literas et μ et liquidas in γ mutarent. exempla haec sunt: ἐχθητῶν 31 B, 9. ἐχφυλῆς 31 A, 7. ἐχΣαμίων 56 b, 7. ἐχΣάμου[31]) 188, 20. 34. ἐγΒυζαντίου 40, 35. ἐγΛέσβου 170, 19. ἐγΛίνδου 239, 59. 256, 22. 259, 10 (cf. ἐγλέξοντες 38 g, 22. ἐγ[λογῆς] 38 g, 25). ἐγΜυρίνης 443, 1. κ nisi ante tenues nusquam scripta est. uno loco 322 a, 67 etiam ἕξ numerus ante π in ἕκ mutatus est: μῆκος ἕκ ποδῶν, quod vitio quadratarii factum esse Kirchhoffio non

[31]) novum quoddam assimulationis genus Weckleinius p. 48 id esse voluit, in quo ex κσ, κχ fierent γσ, γχ. affert enim ἐγΣάμου (C. i. Gr. 147 = C. i. A. 188) et ἐγΧερρονήσου (Eph. 3415 = C. i. A. 540). at altero loco scriptum est ἐχΣάμου, altero ἐγΧερρον, quod cur ἐκ Χερρονήσου potius quam ἐν Χερρονήσῳ interpretemur, nulla causa est. accedit posterioris aetatis exemplum Eph. 3587 (= C. i. A. II, 322) ἐχΘετταλίας et ex Cea inscriptione repetitum Eph. 3527 ἐχφέρειν. utroque loco neque in Ephemeride archaeologica γ scripta est et in ipso lapide χ literam exstare confirmatur recentioribus apographis Koehleri, quae ut ipse inspicerem per benignitatem eius mihi contigit, ergo de inaudita illa assimulatione cogitari non potest. — ceterum toto hoc catalogo exemplorum „ad volgarem pronuntiationem pertinentium“ Weckleinius nonnulla sibi indulsit, quae singulis locis adnotare longum fuit.

crediderim. imo vero ἓξ ποδῶν vocabula assimulatione parum usitata, sed per se non mira mutata sunt in ἒκ ποδῶν simili ratione eius, qua compositum adiectivum ἔκποδες (322a, 11) = μῆκος ἓξ ποδῶν ἔχοντες factum est.

multo maior est numerus exemplorum ad ἐν praepositionem pertinentium:

ἐλΛίνδῳ 237, 18. 262, 14.	ἐν Λίνδῳ 263a, 12. 264, 9.
ἐρΡόδῳ 262, 17. 263a, 15.	
ἐσΣάμῳ 188, 35.	
ἐσσανίδι 38c, 7.	
ἐσΣημαχιδῶν 274, 15.	
ἐσΣίγγῳ 446, 52.	
	ἐν Σερμυλίᾳ 446, 50.
	ἐν Σκαμβωνιδῶν 324a, 8. 19. c, 72. 73.
ἐσστήλῃ 103, 2.	ἐν στήλῃ 32A, 22. 36, 2. 44, 16. 93a, 5.
ἐστήλῃ 45, 16. 61, 7. 64b, 2.	
εἰστήλῃ 52a, 3.	
ἐμΒρέᾳ 31A, 28.	
ἐμΠειραιεῖ 277, 14.	
ἐμπόλει 1A, 28. 21, 9. 24a, 8. 27, 6. 31A, 18. 32A, 15. 21. 30. 36, 3. 41, 6. 52b, 22. 56a, 10. 59f, 29. 84, 8.	ἐν πόλει 45, 18. 87, 7. 322a, 1.
	ἐν πολέμῳ 463, 3.
ἐμΠοσειδίῳ 40, 28.	
ἐμΠοτειδαίᾳ 446, 40.	
ἐμπρομάχοις 442, 10.	
	ἐν Προποντίδι 230, 7^{b}.
ἐμπρυτανείῳ 8, 4.	ἐν πρυτανείῳ 8, 13.
ἐμΠυθίου 2C, 20.	
ἐμΠύλῳ 446, 48. ?183d, 10.	
	ἐν Φοινίκῃ 433, 3.
ἐμΜελέτῃ 324a, 10. 12. 13. 27. 47. 54. c, 4. 3. 18. 37. 44. 70.	

ἐμΜυ[ρρινούττῃ] 274, 17.	
ἐγΓανι . . . . 274, 16.	
ἐγΚλαμαδο . . . 56a, 5.	
ἐγκύκλῳ 322a, 41. 61. 67.	
	ἐν κήποις 273f, 12.
	ἐν Κολλυτῷ 324a, 7. 33. 40. b, 4. c, 74.
	ἐν Κο[λοφῶνι?] 23b, 4.
	ἐν Κυδαθηναίῳ 324a, 17. d, 10.
	ἐν Κυνοσάργει 273f, 19.
	ἐν Κύπρῳ 433, 2.
ἐγΧερρον[ήσῳ] 540, 3 sqq.	ἐν Χερρονήσῳ 258, 13.
ἐγΧ . . . . . 197, 11.	

de singulis nihil est quod addam, nisi quod singulare quoddam habemus productionis suppletoriae exemplum εἰστήλῃ. quo, quamquam nihil simile exstat, tamen veram pronuntiationem expressam esse putaverim. neque iniucunde ἐσστήλῃ transitum significat, qui ab ἐνστ- scriptura ad ἐστ- factus est.

sequuntur formae articuli: τόν, τήν, τῶν.

	τὴν λείαν 322a, 83.
	τὸν λίθινον 282, 5.
τὸλλόγον 32A, 28.	τὸν λόγον 129, 1. 141, 1.
τῶλλογιστῶν 32A, 9.	
	τὴν Ῥήνειαν 283, 11.
	τὴν σίτησιν 8, 7. 13.
	τὴν στήλην 24a, 7. 324c, 14.
	τῶν στρατιωτῶν 31A, 27.
τὴμβουλήν 36, 14. 55b, 6.	τὴν βουλήν 57b, 15. 52b, 9. 59, 32.
	τὴν βουλεύουσαν 36, 12.
	τὸν βωμόν 322a, 79. 324c, 20. 47. 64.
	τὸν παρά 324c, 19. 47.
	τὸν πάτριον 50b, 5.

τῶμπέντε 315, 15.	
	τὸν πέπλον 39a, 11.
τὸμπερί 61, 5.	
	τὸν πόδα 324c, 15.
τὸμπόλεμον 51, 10. 81, 4.	τὸν πόλεμον 38c, 17. 50a, 7.
τῶμπολεμίων 55a, 13.	
τὴμπόλιν 55c, 3.	τὴν πόλιν 15, 2.
τῶμπόλεων 14, 5. 38e, 5.	τῶν πόλεων 40, 44. 67, 6. 257, 50.
	τῶν π[ομπευόντων?] 28, 26.
	τὴν πρεσβείαν 41, 7.
	τὸν πρός 322a, 56. 63. 69. 324c, 65.
	τῶν πρός 324c, 35. 63. 47.
	τῶν προσιόντων 32A, 26.
	τὴν πρόστασιν 322a, 53.
τῶμπροτέρων 131, 3. 315, 7.	τῶν προτέρων 119, 3. 122, 4. 123, 4. 126, 4. 127, 3. 128, 4. 130, 3. 184 sq. B, 4. 7. 16. 194, 10.
τᾶμ[πρυτάνεων] 37i, 27.	
τὸμπυθμένα 170, 6. 162, 6. 172, 6.	τὸν πυθμένα 165, 6.
	τὴν φιλίαν 52a, 2.
τὸμφόρον 37o, 47. 38e, 15. 54, 7. 258, 12. 16.	τὸν φόρον 38g, 22.
	τὴν μέν 322a, 40.
τὸμμεμισθωμένον 283, 23.	
τὴμμίσθωσιν 283, 18.	
τὴμΜυσίαν 37z, 6.	
τὸγγραμματέα 51, 9.	τὸν γραμματέα 20, 12. 59, 29.
τὴγγυναῖκα 324c, 21.	
	τὴν καμπύλην 324a, 4.
	τῶν κατά 324c, 35. 64.
	τῶν κιόνων 322a, 44. 324a, 15. c, 63. 47.

τῶν κορῶν 322 a, 86.
τὸν Κλεομήδεος 56 a, 5.
τὴν κρηπῖδα 322 a, 67.
τὸν χαλινόν 324 c, 16.
τῶν χαλκῶν 324 c, 1.
τῶν χρημάτων 32 A, 14. 38 c, 11.
τὸν χρόνον 1 B, 13.
τὴν χώραν 40, 21.
τὴν ξυμμαχίαν 33, 1.
τῶν ξυμμάχων 40, 42.

his exemplis subiunxi ea, in quibus priora vocabula in terminationes declinationis nominum *-ον, -ην, -ων,* alias exeunt.

	ἄλλην στήλην 31 A, 19.
	δεκάτην Παλλάδι 403, 2.
	ἕτερον παράδειγμα 324 c, 4.
	ὧν παρελάβομεν 184 A, 4. 5.
	νόμων παραλαβόντες 61, 6.
ὧμπερ 59, 30.	ὅνπερ ? 89, 7.
λήϊομπερίχρυσον 170, 10. 172, 9.	
	Ἀθηναίων πληθύοντι 57 b, 9.
	δυοῖν ποδοῖν 322 a, 38. 97.
	τριῶν ποδῶν 322 a, 65. 67. 74. 78.
τεττάρωμποδῶν 321, 9.	τεττάρων ποδῶν 322 a, 82.
	δεύτερον πρεσβείαν 57 b, 11.
	κεφάλαιον πρίσταις 324 a, 42.
	βουλὴν προβουλεύσασαν 59, 37.
	κάλλιστον προσ- 68, 9.
	μηδὲν προσηκέτω 40, 15.
	πυρῶν φορμοί 278.
	ἑτέρων μέγεθος 322 a, 29.
ἀκόντωμ Μεθωναίων 40, 23.	
[Ἀθηναί]ωμ Μεθωναῖοι 40, 11.	
μισθούντωμμέν 56 a, 5.	
περιγενόμενομμέν 301, 10. 11.	
ἀθάνατομμε- 442, 1.	

πρῶτον μέν 8, 4.
ἔργον μή 55d, 7.
ἀνδράσιν μηδέ 77, 10.
Ἀθηναίων μηδέ 57b, 3. 4.
ἄλλον μηδένα 15, 6.
Μεταγειτνιὼν, Βουφονιὼν μήν 283, 14 sqq.
κεφάλαιον μισθοῦ 324a, 59. c, 11.
Ἀθηναίων μισθῶσαι 60, 5.

εὐπόλεμομμνῆμ' 442, 4.

οἰσὶν γαλαθηνοῖσιν 4 A, 14.
Ἀθήνησιν γραφ- 28, 17.
Ἀθηναίων καί 27, 5.
αὐτὸν καί 31 A, 23.
ἀφικνούμενον καί 45, 11.
[κυβερνητ]ῶν καί 55c, 13.
μύστησιν καί etc. 1 B, 6 sqq.
πρόξενον καί 45, 13.
ὀβολὸν καί 1 A, 4.
κεφάλαιον κηροπλάσταις 324c, 7.
κειμένων κιόνων 322a, 46.
Περσῶν κλινάμενοι 333, 4.
δήμευσιν χρημάτων 56a, 7.
θεῶν χρήματα 32 A, 16.

ἱερῶγχρημάτων 138, 1. 188, 2.

ἱερῶν χρημάτων 118, 1. 119, 1. 120. 122. 123. 124. 126. 128. 134. 135. 136. 142. 155. 158. 159. 163. 173.
Ἀθηναίων χρημάτων 38f, 6.
ὄντων χρημάτων 32 A, 25.
ὀφειλομένων χρημάτων 58, 9.
δακτύλιον χρυσοῦν 173, 14.
τετράδραχμον χρυσοῦν 173, 14.
κεφάλαιον χρυσοχόοις 324a, 55.
ἄλλων ξυμμάχων 43, 4.

multo pauciora sunt ea exempla, quae ex **declinatione verborum** repeti possunt:

στῆσαμπρόσθε 333, 3.	
	-νωσιν (?) *μηδέ* 94, 3.
	ἐπαγγέλλωσιν μ- 50a, 11.
	ποιεῖν καί 42b, 9.
	ἔλαβεν καί 82, 3.
	ἀπέπεμψεν καί 82, 4.

restant iam ea exempla, in quibus *ν* extrema litera **adverbiorum, praepositionum, coniunctionum** est. e quibus primo loco posui *ἄν, ἐάν, ὅταν.*

	ἂν βούληται 57b, 9.
ἀμβούλωνται 55b, 7.	*ἂν βούλωνται* 41, 11.
	ὅταν βούλωνται 43, 5.
	ὅταν περί 37p, 42. 38f, 8.
ὅταμπερ 28, 7. 15. 32A, 14. 55b, 7. 68, 7.	
	ἂν πλεῖστοι 64b, 12.
ἐάμπου 32A, 11.	
ἐὰμπροσ- 55c, 4.	
	ἂν φαίνῃ 31A, 1.
	ὅταν φίλος 42a, 9.
	ἂν ψηφίσηται 41, 16.
ἐὰμμέν 40, 23.	
ἂμμή 51, 3.	*ἂν μή* 55d, 2.
ἐὰμμή 25b, 9. 31A, 25. 37a, 22. b, 29. p, 38. 40, 56. 61, 11. 91, 5.	*ἐὰν μή* 7, 6.
ἐὰμμ- 100, 9.	
ὅταμμ- 55a, 11.	
ἀγγράψηται 39, 3.	
	ὅταν κε[λεύωσι] 55c, 12.
	ὅταν χρῶνται 1B, 27.

sequuntur *μέν, πρίν, ξύν, -θεν* terminatio.

μὲμπόλις 442, 9.
μὲμψυχάς 442, 5.
μὲγχρυσᾶ 32 B, 27.

πρὶν παύεσθαι 57 b, 8.

πρὶμμέν 381.
ξὺμμέν 46, 6.
Ἀλωπεκῆθεμπρῶτος 29 q, 6.

[πρό]σθεν χρόνῳ 105, 2.

In hoc, quem modo transiluisti, catalogo componendo quamquam id egi, ut omnia exempla enumerarem, tamen aut nullum aut pauca fore, quae me fugerint, vix audeo sperare. sed cum in utramque partem aeque me peccasse veri simile sit, fortasse collectionis, quam institui, aliqui fructus esse potest, nimirum tantulus, quantulus in tali genere solet. nemo enim exempla utriusque rationis scribendi inter se collata oculis percurret, quin cognoscat summam fuisse in his rebus lapicidarum inconstantiam. nec tamen puto quemquam latere posse aliquanto certiorem consuetudinem, quae in nonnullis literis valuerit. nam labiales consonantes maiorem vim assimulandi habent quam gutturales, quod scribendi ratione facillime explicatur, si quidem *γ*, quam ante gutturales pro *ν* scribere Graeci insueverant, a natura literae nasalis longius abest quam *μ*. *ν* vero paragogicam assimulatam nusquam reperi, quod optime quadrat ad levem et quasi subditivam vim ac naturam huius literae.

Talia fere sunt, quae ex illo catalogo disci possunt. quae si laborem, quem ei conficiendo impertivi, parum aequiparant, certe eo magis digna sunt, per quae finem faciam toti huic, quae in tali genere esse debuit, *μικρολογίᾳ*. restant sane nonnulla, quae de declinatione nominum et verborum et de totius dialecti Atticae natura dicenda mihi proposueram.



CONSPECTUS.

BEISPIELE

ZUR VERANSCHAULICHUNG DES VERHÄLTNISSES

ZWISCHEN DEN VOLL- UND KOSENAMEN

IM GRIECHISCHEN.

VON

AUGUST FICK.

GÖTTINGEN.

Da ich augenblicklich nicht in der Lage bin, meine Studien über die griechischen Namen [vgl. Die griechischen Personennamen, nach ihrer Bildung erklärt, mit den Namensystemen verwandter Sprachen verglichen und systematisch geordnet von August Fick. Gött. 1874] fortzusetzen, glaube ich eine kleine Sammlung von Beispielen zur Veranschaulichung des Verhältnisses zwischen den Voll- und Kosenamen den Mitforschenden nicht vorenthalten zu sollen, da sie vielleicht Andere zu weiteren Nachforschungen in der angegebenen Richtung anregen könnte. Die Garantie für das wirkliche Vorkommen und die richtige Form mancher der im Folgenden gesammelten Namen kann ich nicht übernehmen, weil ich aus Mangel an Zeit nur wenige habe nachsehen können; sie sind dem Benselerschen Namenlexikon entnommen, wo man dieselben mit dem Bemerk ihres Vorkommens verzeichnet findet.

Ἀβυδο-κόμης = *Ἄβυδος*. Ein *σκῶμμα* bei den Komikern.
Ἀγαθὴ Τύχη = *Ἀγαθή*, jetzt Agde, Stadt in Gallia.
Ἀγάν-ιππος, *Ἀγανίππη*, *Ἀγανιππίς*: *Ἄγανος*.
Ἀγοραῖον τεῖχος Stadt im thrak. Chersonnes = *Ἀγορά*.
Αἰγι-κορεῖς Phyle in Attika, ihr Stammahn ist *Αἰγεύς*.
Αἲξ Ὠλενία Amme des Zeus, daraus gemacht *Αἰγώ* Amme des Zeus.
Ὑπερ-αίχμη attisches Schiff: *Αἴχμη* attisches Schiff.
Ἀλβί-οικος Name eines Alpenvolks = *Ἀλβίων* (so ist bei Apollodor statt *Ἀλεβίων* zu lesen).

Ἀκρό-κομος Freier der Hippodameia: *Ἀκρίας* Freier der Hippodameia.
Ἀλ-όπη Stadt, benachbart *Ἄλος*.
Ἄλκ-αινα Hundename: *Ἄλκη* Hundename.
-αρπαξ in komischen Namen: *Μεριδ-άρπαξ*, *Ψιχ-άρπαξ* Mäusenamen: *Ἅρπαξ* bei Plautus.
-ασκος zu *ἀσκέω*. *Εὔ-ασκος*. *Μέν-ασκος*: *Ἀσκώνδας*.
Ἀ-τρόμητος Vater des Aeschines = *Τρόμης* V. d. Aeschines. Von Demosthenes rührt die boshafte Verdrehung her, als habe er eigentlich mit barbarischem Namen *Τρόμης* geheissen und sich *Ἀτρόμητος* umgenannt. Vielmehr ist *Τρόμης* einfach Koseform zu *Ἀτρόμητος*.
Ἀνδρο-μάχη Amazone: *Ἀνδρώ* Amazone.
Ἀνδρῶν πόλις, *Ἀνδρο-πολῖται* in Aegypten = *Ἀνδρώ*.
Ἀνδρο-τίων Vater und Sohn eines *Ἄνδρων*.
Ἀντινόου πόλις = *Ἀντινόεια* = *Ἀντινώ* Stadt in Aegypten.
Ἀρέσ-ιππος Vater des *Ἀρεσίας*.
Ἀριστο-κλῆς Vater und Sohn eines *Ἀρίστων*.
Ἀρτο- Brod in Scherznamen: *Ἀρτο-φάγος* Maus. *Ἀρτ-επίβουλος* Maus. — *Ἀρτ-επίθυμος*, *Ἀρτό-τρωγος* Parasitennamen. *Ἄρτος* auf Brod gedeutet, bei Strabo. *Τρωξ-άρτης* (besser wäre *-αρτος*) Mäusekönig in der Batrachomyomachie.
Ἀσσ-άρακος Trojaner, Homer (vgl. *Ἄσ-ανδρος*, *Ἀσί-τιμος* und *Κασσ-άνδρη* Homer neben *Κάσ-ανδρος*): *Ἄρακος* Spartaner.
Ἀφρο-δίτης πόλις = *Ἀφροδιτό-πολις* in Aegypten = *Ἀφροδιτώ* dieselbe Stadt.

Βεργέ-πολις vgl. *Βέργη* Stadt.
Βιανδίνου πόλις = *Βιανδίνα*.

Γλαυκο-νόμη Nereide, Hesiod: *Γλαύκη* Nereide, Hesiod.
Γλαυκο-θέα Mutter des Aeschines, hiess auch *Γλαυκίς*. Von Demosthenes wird dies boshafter Weise so verdreht, als habe sie ursprünglich *Γλαυκίς* geheissen und Pomps halber sich hochtrabend *Γλαυκοθέα* benannt.

Φυσί-γναθος Froschkönig, *Γνάθιος, Γνάθις, Γναθώ*: *Γνάθων*, ursprünglich gewiss Spitznamen.

Γοργ-ῶπις, Γοργο-λόφα Athena = *Γοργώ* Athena.

-γουνος in *Περι-γούνη*: *Μελι-γουνίς* (Lipara). *Γουνεύς* Homer.

Γύλ-ιππος: *Γύλις. Γύλων.*

Γόγ-γυλος Vollname, weil reduplicirt.

Δα-μάτηρ, Δημήτηρ. Δᾶ in *οὐ Δᾶν*, von den Alten ganz richtig auf Demeter gedeutet. *Δηώ* = Demeter. *Δημώ* = *Δημήτηρ*, zweistämmige Koseform.

Ἐνοσί-δας Poseidon, dorisch, vgl. *Ἐννοσί-γαιος. Ποτί-δας, Ποσει-δάων* Poseidon = Beherrscher der Erdmutter *Δᾶ, Δηώ*, vgl. *Γαιή-οχος.*

Εὐ-εργέτης später häufiger Name = *Ἐργέτης.*

Δημο-μέλης Sohn eines *Δήμων.*

Δημο-τέλης Vater eines *Δήμων.*

Δημοσθένης Δημοσθένους Oheim und Neffe eines *Δήμων.*

Δεινο-κράτης Vater eines *Δεινίας.*

Δευρί-οπες, Δουρί-οπες die Bewohner des nördlichen Makedoniens, im Zusammenhange mit:

Δωριεῖς die Dorier, nach Herodot einst ein Theil *τοῦ Μακεδνοῦ ἔθνους.*

Δράκ-αλος, Δρακ-αλίων, Δράκ-αυλος Athene.

Δράκης. Δρακίος. Δράκυλλος. Δράκων gen. *Δράκωνος.*

(*Δωρο-δόκη*) zu erschliessen aus *Δωροδοκηστί* Kom.: *Δωρώ* Komiker.

Ἐλαφη-βόλος Artemis: *Ἐλαφιαία* Artemis.

Ἐλαφη-βόλια Fest, *Ἐλαφηβολιών* (*μήν*) in Athen: *Ἐλάφιος* (*μήν*) in Elis.

Ἐλαφό-στικτος: *Ἔλαφος. Ἐλάφιον. Ἐλάφων. Στίκτη* Hundename, Xenophon.

Ἑλλ-οψ, Ἑλλ-οπία: *Ἕλλοι. Ἑλλάς γῆ. Ἕλλην.*

Der Beweis, dass *Ἕλλην* = *Ἑλλ-οψ*, lässt sich, meine ich, führen. 1) *Ἕλλην* als selbständige Bildung ist unmöglich, vielmehr Koseform zu einem mit *Ἑλλ-* beginnenden

Vollnamen. 2) Die Ἕλλοπες werden da erwähnt, wo nach den Alten der Hellenenname zuerst gehört worden, nämlich in Epirus, Südthessalien und auf Nordeuböa, den alten Stammsitzen der Nordachäer; dass aber ursprünglich die Nordachäer Hellenen hiessen, beweist Homer, der vom Volke des Achill sagt „Μυρμιδόνες δ' ἐκαλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.“ 3) ἑλλο- ist das Simplex zu ἕλιξ, ὀπ = ὠπ, nun aber führen die Achäer bei Homer den steten Beinamen: ἑλικῶπες Ἀχαιοί. Jetzt erklärt sich auch der Name Ἑλλήσ-ποντος. Lassen wir den mythischen Schwindel bei Seite, so heisst Ἑλλήσ-ποντος einfach „das Meer von Ἕλλη“. Ἕλλη ist = Ἑλλάς = Ἑλλοπία; als die Ελληνες = Ἕλλοπες nach Aeolis auswanderten, nahmen sie natürlich ihren alten Namen mit, nannten ihre neue Heimath Ἕλλη und das Meer an derselben Ἑλλήσ-ποντος, das Meer von Ἕλλη = Ἑλλάς = Ἑλλοπία. Uebrigens ist auch der Landesname Ἑλλάς nicht von Ἕλλην (das giebt Ἑλληνίς), sondern von Ἕλλοι, der kürzeren Koseform von Ἕλλοπες gebildet.

Ἐπ-άγᾱτος Knidos, Thera: Ἐπαγώ Kyrene. Vgl. -άγητος.
Ἐπ-άκτιος Apollon = Ἄκτιος Apollon.
Ἐπι-δήλιον in Lakonika = Δήλιον.
Ἐρασι-φῶν und Ἐρασί-στρατος Söhne und Brüder eines Ἐράτων.
Ἐρί-γδουπος Kentaur: Δούπων Kentaur. Beide Namen müssen von demselben Dichter herrühren.
Ἑρμ-αφρόδιτος = Ἀφρόδιτος. Vgl. Ἀφρόδιτος: ὁ Ἑρμαφρόδιτος. παραπλήσιοι δὲ τούτῳ ἄλλοι δαίμονες, Ὀρθάνης, Πρίαπος. Bekker Anecdd. G. p. 472.
Ἑρμῶναξ gründet Ἑρμώνακτος κώμη = Ἑρμώνασσα = Ἕρμων gründet Ἑρμώνεια = Ἑρμώνασσα = Ἑρμώνακτος κώμη.
Ἑρμό-δωρος Vater eines Ἑρμείας.
Ἑρμο-κράτης Sohn eines Ἕρμων.
Ἐρύμ-ανδρος (bei Benseler Ἐρύμναδρος, verdruckt): Ἔρυμας Homer.
Εὐάνδρου λόφος in Messenien = Εὔα in Messenien.

Εὔ-σιος lakon. = *Εὔθεος*, Dionysos: *Εὔας*, *Εὐάν*, *Εὔιος* Dionysos; wird angerufen mit *Εὐοῖ*.
Εὐρύ-καπυς bei Apollodor: *Κάπυς*, *Καπύλος*.
Εὐρυ-φάων: *Φάων*.
Ἡγησί-πολις Attisches Schiff: *Ἡγησώ* Attisches Schiff.
Ἡρώων πόλις in Aegypten = *Ἡρώ*, Einwohner *Ἡρῷος*.
Θειο-γένης. *Θειο-δάμας*? *Θεία*. *Θείας*.
Θεο-δαίσιος μήν heisst anderswo *Δαίσιος μήν*.
Θεο-δαίσιος Name (in dem Monat *Θ*. geboren): *Δαισίας* Name.
Θερμο-πύλαι = *Πύλαι*. Vgl. Herodot VII, 201 *καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων Θερμο-πύλαι, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιοίκων Πύλαι*.
Θεσμο-φόρος Demeter = *Θεσμία* Demeter.
Θεστο-κλῆς: *Θέστιος*. *Θέστυλλος*. *Θέστυλις*. *Θέστων*.
Ἑρμό-θεστος.
Ἀμφι-θόη, *Κυμο-θόη*, *Ἱππο-θόη* Nereiden: *Θόη* Nereide.
Ἱππο-θόωντος: *Θόωσα* Homer.
Θρασύ-βουλος Sohn eines *Θράσων*.
Ἰδο-μενεύς: *Ἴδας*.
Ἱερο-κλῆς Vater des *Ἱέρων II*.
Ἱερώνυμος Enkel des *Ἱέρων II*.
Ἱερο-δούλων πόλις = *Δούλων πόλις*, gab den Alten zu Spässen Veranlassung.
Ἱππο-θόη Amazone, *Ἱππο-λύτη* Königin der Amazonen: *Ἱππώ* Amazone.
Ἱππο-κράτης Grossvater des *Ἱππίας* und *Ἵππ-αρχος*.
Καλλι-κράτης Sohn eines *Καλλίας*.
Καλλί-πολις Stadt in Aetolien = *Κάλλιον*.
Κλε-αίνετος Vater des *Κλέων*.
Κλεί-δικος Vater eines *Κλεινίας*. Verbindung der Gruppen *Κλεο-* und *Κλεινο-*.
Κόρακος πέτρα Homer: *Κόραξ* Gebirg.
Κοσμό-πολις apud Locros magistratus nomen Polyb. XII. 16, 6. *Κόσμος* magistratus apud Cretenses Polyb. XXIII. 15, 1.

Πρωτό-κοσμος magistratus apud Cretenses.
Τιμο-κράτης Vater eines *Κράτης*.
Κριτό-βουλος Sohn eines *Κρίτων*.
Κτησί-αρχος Vater eines *Κτησίας*.
Κυλλο-πόδη Hündin des Aktaion: *Κυλλώ* Hündin des Aktaion.
Κυνῶν πόλις in Aegypten, heisst später auch *Κυνώ*.
Λάμπ-ουρος Hundename: *Λάμπων* Hundename.
Λάτων πόλις, *Λατό-πολις* in Aegypten, heisst auch *Λατώ*.
Λεοντό-πολις in Aegypten, heisst auch *Λεοντώ*.
Λυκη-γενής, *Λυκο-κτόνος* Apollo = *Λύκειος* Apoll. Vgl. *τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ λύκειος* Soph. El. 7.
Λύκων Sohn des *Αὐτό-λυκος*.
Λυσί-μαχος Vater des *Λυσίας*.
Μαντί-θεος Sohn des *Μαντίας*.
Μεσο-ποταμία das Land zwischen Euphrat und Tigris, heisst auch *Μεσήνη*.
Μοσσύν-οικοι (*μόσσυν* Holzthurm) Volk, heisst auch *Μόσσυνοι*.
Μοσυνό-πολις Stadt, heisst auch *Μόσυνος* f.
Ναύσων Ναυκράτει Sprichwort „Gleich mit Gleich“ verbindet die Gruppen *Ναυ-* und *Ναυσι-*.
Εὔ-νοστος Mühlengottheit, heisst auch *Νόστος*.
Νικ-ήρατος Vater und Sohn des *Νικίας*.
Νικο-μήδης Vater eines *Νικίας*.
Νικο-γένης Sohn eines *Νίκων*.
Ξυλό-πολις Stadt in Makedonien: *Ξύλος* f. Stadt in Karien.
Οἰν-οπία Name von Aegina: *Οἰνώνη* Name von Aegina.
Ὀλβιά-πολις, Ew. *Ὀλβιοπολίτης* = *Ὀλβία*, Ew. *Ὀλβιανός*.
Ὀρτυγο-τρόφος, *Ὀρτυγο-κόπος* = *Ὄρτυξ* Attische Spitznamen. *Ὀρτύγης*. *Ὀρτυγίδης*. *Ὀρτύγων*.
Παρνησός, *Πάρνης ηθος* Gebirge: *Πάρνων* Gebirg.
Πηγανο- Raute in fingirten Namen:
Διονυσιο-πηγανό-δωρος fingirt: *Πηγάνων* fingirt.
Πηλο- Lehm, in fingirten Namen: *Πηλο-βάτης* ein Frosch:

Πηλεύς, Πηλείων Frösche in der Batrachomyomachie. Witzige Travestie von *Πηλεύς* und *Πηλείων, Πηλείδης* = Achill.

Πλευσίδ-ιππος und *Πλευσίδης* Plautus.

Πόντος Εὔξεινος das Schwarze Meer = *Πόντος* das schwarze Meer.

Ἑλλήσ-ποντος.

Ποντο-βιθυνία, Ποντο-καππαδοκία Bithynien, Kappadokien am schwarzen Meer = *Πόντος* Landesname.

Προ-ποντίς (sc. *θάλασσα*) das Meer vor dem schwarzen Meere. In dem Landesnamen *Πόντος* haben es die Griechen fertig gebracht, durch kosende Kürzung ein Land als „Meer" zu benennen.

Πρασσο-φάγος ein Frosch: *Πρασσαῖος* ein Frosch in der Batrachomyomachie.

Πρωτο-μέδεια Nereide, Hesiod: *Πρωτώ* Nereide, Hesiod.

Πύθ-ιππος Vater eines *Πυθέας.*

Πυρι-φλεγέθων Fluss der Unterwelt = *Φλεγέθων* Fluss der Unterwelt.

Ῥοδ-όπη Okeanine: *Ῥοδεία* Okeanine.

Ῥοδό-πολις, Ῥοδί-πολις = *Ῥόδη.*

Ῥοδιό-πολις: *Ροδία.*

Σιτό-βρυτις Demeter: *Σιτώ* Demeter. *Βρυτώ.*

Σοφο-κλῆς Sohn des *Σοφίλος* oder *Σόφιλλος.*

Στράτιος Vater des *Φανό-στρατος.*

Συκώδης Ort bei Byzanz, heisst auch *Συκή, Συκαί.*

Σωσι-γένης Sohn des *Σωσιάδης.*

Σωσί-θεος Vater und Sohn des *Σωσίας.*

Ταλαι-μένης: *Ταλαός.*

Τάν-ταλος ist Vollname.

Τίμ-αρχος Vater des *Τίμων.*

Zur Gruppe *Τιμο-* stellt sich der spartanische Kosename *Τειμάκων* vgl. *Δεινάκων, Ἐξάκων, Εὐδαιμάκων, Ἡράκων, Ξενάκων, Πασάκων, Φιλάκων.*

Τισί-μαχος Vater des *Τισίας*.
Τριγλ-ανθίνη Hekate in Athen: *Τρῖγλα* Ort in Athen mit einem Heiligthum der Hekate *Τριγλανθίνη*.
Τρωγλο-δῦτις f. = *Τρωγλῖτις* f.
Ὑάμ-πολις Stadt der *Ὕαντες*, hiess auch *Ὕα* vgl. *Ὑαία*. Danach ist zu deuten *Ἄβα*, *Ἄβαι* = (*Ἀβαμ-πολις*) Stadt der *Ἄβαντες*, wie die Alten richtig erklären.
Ὑλο-νόμη Kentaurin: *Ὕλης* Kentaur.
Ὕψιστος Zeus. *Ὕψισται πύλαι* in Theben, gleichsam (*Ὑψιστο-γειτονες*) waren am Heiligthum des *Ζεὺς Ὕψιστος*.
Φανο-κλῆς Sohn des *Φανιάδης*.
Φιλό-δημος Vater des *Φίλων*.
Φιλιππό-πολις, *Φιλιππο-πολῖται* = *Φίλιππος*, *Φίλιπποι*.

Sonderbar, dass man an der Mehrzahl der *Φίλιπποι* nie Anstoss genommen, da man doch weiss, dass König *Φίλιππος* der Gründer war.

Φυρό-μαχος: *Φυρῖνος*.
Πορ-φύριος, *Πορφυρίων* Vollnamen.
Φωσ-φόρος Name eines Attischen Schiffes: *Φώς* f. Name eines Attischen Schiffes.
Χαιρε-μένης Vater eines *Χαιρήτιος*.
Χαιρε-φῶν Sohn des *Χαιρίας*.
Χαλκώδων König auf Kos, heisst auch *Χάλκων*.
Χαλκωδοντίς Euböa = *Χαλκίς* Stadt auf Eubōia; dagegen steht *Χαλκίς* Stadt in Aetolien für *Ὑπο-χαλκίς*.
Θεο-χάρης Vater des *Χάρης*.
Δημο-χάρης Vater eines *Χαρῖνος*.
Ἐπι-χάρης Vater eines *Χαρῖνος*.
Χερσό-ννησος Stadt der Krim, heisst auch *Χερσών*, noch heute Cherson.
Χρυσο-γένεια myth. Mutter des *Χρύσης*.
Χρυσο-κόμας Apoll = *Χρύσιος* Apoll.
Χρυσο-ρρόας Flussname: *Χρύσας* Flussname.
Χρυσό-πολις Ort bei Chalkedon, heisst auch *Χρύση*.

Das Princip der kosenden Kürzung greift auch über die eigentliche Namengebung hinaus tief in die griechische Nominalbildung hinein; ich beschränke mich hier ein Beispiel anzuführen:

αὐτο-κασί-γνητος =
κασί-γνητος =
κάσις Bruder.

Nur *αὐτοκασίγνητος* enthält vollen Sinn: „von demselben Schosse geboren“, *κασίγνητος* „schossgeboren“ und *κάσις* „Schoss“ sind sinnlos, wenn man sie nicht, wie man muss, als kosende Kürzungen von *αὐτοκασίγνητος* versteht.



ZUR GEBROCHENEN REDUPLICATION.

(Nachträge zu Stud. VII 185 ff., 273 ff.)

Von KARL BRUGMAN.

Zu S. 208, n. 9. Die Reduplicationsbildung *bhibhi* (*bhi* fürchten) wussten wir auf arischem Gebiet nur in ungebrochener Form zu belegen, z. B. in skr. *a-bi-bhj-ant* nicht fürchtend. Gebrochen und zugleich mit Steigerung des *i* in der vorderen Zwillingssilbe liegt sie vor im altbaktr. *bôiwra* Schrecknis. Statt des zweiten Wurzelanlauts erscheint hier *w* wie auch in dem ptc. *biwivâo* furchtbar (andere Beispiele bieten Justi S. 364, Schleicher comp. § 135). Die Steigerung des *i* zu *ôi* hat Analoga z. B. in *dôithra* Auge von *di* leuchten, sehen, *khshôiwra* schnell = skr. *kshipra* (vgl. Justi S. 361). Ueber das Suffix *ra* in *bôiwra* sieh Osthoff Forschungen u. s. w. S. 178.

Zu S. 209, n. 10. Mit altbaktr. *di* = skr. *dhi* (leuchten, scheinen) bringen Sonne (K. Z. X 178) und Max Müller (Essays II 75) *Τῑθωνός* zusammen und stellen diese Form dem skr. ptc. *dî-dhj-âna-s* gleich. Sonne lässt das *j* hinter *θ* zunächst sich zu *ε* vocalisieren und dann mit *ω* durch Synizese zusammenfliessen. Da wir im altbaktr. das Verbum vielfach in gebrochener Reduplicationsform antreffen, so ist mir wahrscheinlicher, dass auch *Τῑ-θ-ωνό-ς* auf *dhîdh* zurückgeht.

Zu S. 305, n. 15. Zu den von uns unter a. zusammengestellten mannichfaltigen Vertretern der Wurzel *gar, gur* stimmen in der Bedeutung sehr gut die lat. Wörter *globus* Kugel, Klumpen, klumpenförmige Masse,

globulus Kloss, Pille, *glêba* Scholle, Klümpchen, Kügelchen. Eine anderweitige befriedigende Etymologie dieser Wörter scheint sich nicht zu bieten — von *γλαφ, γλυφ* bei Curtius[4] 177 f. liegen sie in der Bedeutung zu weit ab, als dass man Anknüpfung versuchen dürfte — und so vermute ich, dass *globus* auf **glogvu-s* und entsprechend *globulu-s* und *glêba* auf Formen mit *gv* zurückgehen, sodass z. B. *globulu-s* mit dem schweizer. *krugele* (Kugel) identisch wäre. Wie *glomus* Kloss, Knäuel, welches von *globus* nicht getrennt werden darf (s. Lachmann ad Lucr. I 360 und Corssen Kr. Beitr. 248), zu fassen ist, bleibt zweifelhaft, jedesfalls steht das Wort unserer Combination nicht im Wege. *b* für *gv* (*g*) hat Analogien z. B. in *bêtere* und *faba* (Corssen I[2] 102, Curtius[4] 299).

Zu S. 339, n. 42. *Coruscus* (sich hin- und her bewegend, schwingend, zuckend, schillernd) hat im Anlaut *s* eingebüsst. Das zeigen einerseits die von Rönsch in Ebert's Jahrb. Neue Folge II 178 aus dem „wahrscheinlich aus dem VI. Jahrh. stammenden" Evangeliencodex von Cambridge nachgewiesenen Formen *scoriscatio* und *scoruscus*, andererseits das sicil. *surruscu* = pg. *corisco* Blitz (sieh Diez Et. W. II[2] 116). In pg. *corisco* ist, wie Diez bemerkt, das *i* „gegen alle Regel" für *u* eingetreten; jedesfalls beweist es wol im Verein mit dem *i* in *scoriscatio,* dass *coruscus* kurzes *u* hatte. Zu der Wurzel *skar,* n. 42, passt unser Wort nun sehr genau, sodass man es ohne Bedenken ihr zugesellen darf. Es fragt sich nur, wie der Ausgang *-ŭscus, -ĭscus* zu fassen ist. Ich vermute, dass wir ein **scor-sco-* als gebrochene Reduplicationsbildung von unserer auch sonst so vielfach redupliciert auftretenden Wurzel anzusetzen und *u* und *i* als blosse Hilfsvocale zu betrachten haben. Oder sollte diese Annahme an *molluscus*, der einzigen mit *coruscus* vergleichbaren, mir aber (trotz Leo Meyer II 501) völlig rätselhaften Bildung scheitern?

ERWIDERUNG

AN HERRN PROFESSOR DR. A. NAUCK.

VOM HERAUSGEBER.

In dem Bulletin de l'Académie Impériale des Sciences de St. Pétersbourg vom 3/15. Dec. 1874 (Mélanges Gréco-Romains Tome IV) unterzieht Herr Professor A. Nauck mein „Verbum der griechischen Sprache“ Bd. I eingehenden „Bemerkungen“. Bei dem wohlverdienten Ansehn meines Recensenten halte ich eine kurze Antwort auf seine Kritik für angemessen.

Auf das was meine eigentliche Aufgabe war, den „Bau des griechischen Verbums“ darzustellen, geht Nauck gar nicht ein, vielmehr richtet er seine ganze Aufmerksamkeit ausschliesslich auf eine einzige Seite meines Buches, auf die Nachweise der griechischen Verbalformen. Als ich es unternahm auf diese Nachweise eine beträchtliche Arbeit und nicht geringen Raum zu verwenden, konnte ich voraussehen, dass mir von Seiten solcher Gelehrten, welche den Namen Philologen im Unterschied von den so genannten „Sprachvergleichern“ ausschliesslich für sich in Anspruch nehmen, vielfach am Zeuge geflickt werden würde. Denn wirkliche Vollständigkeit in dieser Beziehung zu erreichen, würde fast die Arbeit eines nur auf dieses Ziel gerichteten Lebens erfordern. Und wie sollte man sich die schöne Gelegenheit entschlüpfen lassen, die nothwendigen Mängel

einer vorläufigen Bewährung des Sprachgebrauchs zu Klagen über Ungenauigkeit auszubeuten, wie sie gegen einen „comparativen“ gerichtet, immer noch von vielen mit besonderer Lust gelesen werden! Wenn ich dennoch die wenig erquickliche Mühe nicht scheute, „eine gewisse Vollständigkeit“ nach dieser Richtung hin zu erstreben, so setzte ich dabei Leser voraus, die wenigstens einigermaassen sich die Aufgabe vor Augen hielten, die schon auf dem Titel meines Buches deutlich genug bezeichnet ist. Bei Nauck ist dies, obwohl er es nicht unterlässt der vergleichenden Grammatik gelegentlich einige anerkennende Worte zu spenden, durchaus nicht der Fall. Für den der „den Bau der griechischen Sprache“ darstellen will, ist es von höchster Wichtigkeit die verschiedenen Hauptperioden der Sprache zu unterscheiden. Er wird homerische Formen von alexandrinischen Nachbildungen sorgfältig zu sondern haben, er wird für jede Bildung die Zeit zu ermitteln suchen, in der sie zuerst vorkommt, er wird die Häufigkeit einer Form wenigstens annähernd feststellen und namentlich ganz vereinzeltes von dem allgemein üblichen oder doch recht gebräuchlichen sondern. Denn alles das ist von Bedeutung für die Auffassung der Form und für das Urtheil über ihre Entstehung. Dagegen gibt es andre, so zu sagen, rein statistische Gesichtspunkte, die bei einer Aufgabe wie die meinige gar nicht in Betracht kamen. Sammlungen von Verbalformen in dem Sinne zu veranstalten, dass ich etwa über den guten Atticismus Auskunft gäbe, oder Kritikern Material für ihre Versuche an griechischen Texten, oder gar Gymnasiallehrern Notizen für die Leitung der griechischen Exercitien gäbe, das ist mir nie in den Sinn gekommen. Bemerkungen z. B. wie sie Nauck vermisst, darüber, dass „die von ἔρχομαι abgeleiteten (!) Formen ἔρχωμαι u. s. w. bei Attikern überaus selten sind“, dass das Verbum πλήσσω fast nur in der Zusammensetzung vorkommt, dass, wie allbekannt, σκέπτομαι in attischer Prosa selten ist, lagen völlig ausserhalb meines Planes. Für mich genügte es den

Bereich zu bestimmen, in welchem jene Präsensformen überhaupt vorkommen. Ausserdem mussten manche nähere Angaben über Tempusformen, welche im ersten Bande noch nicht erörtert werden, dem zweiten vorbehalten bleiben. So wurde z. B. das seltne *ἔτυπον* S. 236 nur vorläufig erwähnt um den Charakter des Verbums zu belegen. Erst bei Gelegenheit dieser Aoristbildung wird der genauere Nachweis folgen. Aenliches gilt von vielen andern Fällen. Es war durchaus nicht meine Absicht bei Gelegenheit des Präsens den ganzen Gebrauch eines Verbums abzumachen. Auch begnügte ich mich oft mit der kurzen Anführung einer Stelle statt vieler, wo nichts darauf ankam. Beobachtungen dagegen wie die, dass *πέρδομαι* — über das S. 383 gesagt wird „fast nur bei Aristophanes“ — auch einigemale bei andern Komikern und zweimal sonst vorkommt, wird man in meinem Buche wohl ebenso wenig vermissen wie Naucks feine Bemerkungen über die euphemistischen Wendungen, durch die das unsaubere Wort gelegentlich umgangen wird. Diese und die Subtilitäten über die Gebrauchsunterschiede zwischen den Tempora von *στύω* (S. 20) überlasse ich getrost philologischen Feinschmeckern. Mit Beschämung freilich gestehe ich ein wirklich nicht gewusst zu haben, dass *μοιμύλλω* von Meineke in eine Stelle des Hipponax „durch Conjectur“ in den Vers gebracht ist. Man wird aber auch wohl ohne dies Wissen sich erlauben dürfen ein Buch über das griechische Verbum zu schreiben.

Ein Haupttrumpf, den mein verehrter Gegner gegen mich — und zwar in geschmackvoller Variation etwa sechsmal — ausspielt, ist der, ich hätte meine Nachweise fast nur aus dem „cornu copiae“ von Veitch (Greek Verbs irregular and defective. New Edition. Oxford 1871) entnommen. Der Vorwurf hätte guten Sinn, wenn ich mir das Ansehen gegeben hätte, selbständige die ganze Gräcität umfassende Nachforschungen zur Gewinnung des Materials gemacht zu haben. Statt dessen sage ich selbst S. IV mit dürren Worten, dass ich dem Werke von Veitch und Kühners neuer Auflage

der ausführlichen Grammatik „bei weitem die meisten Nachweisungen verdanke". Hat man W. Dindorf und Nauck selbst je einen Vorwurf daraus gemacht, dass sie die von andern gemachten handschriftlichen Collationen z. B. die Cobets oder Dübners zu Sophokles benutzen? Das Werk von Veitch macht vielleicht noch vollständigere Sammlungen nicht überflüssig, aber es ist, was auch Nauck nicht bestreitet, im allgemeinen in dankenswerther Weise zuverlässig und reichte in der Regel für meine Zwecke aus. Warum sollte ich diese gediegene Vorarbeit nicht benutzen? Ohne Prüfung ist dies von mir keineswegs geschehen. Ich habe die von mir angeführten Stellen stets nachgeschlagen und einzelne kleine Versehen von Veitch, wie sie bei jeder derartigen Arbeit unvermeidlich sind, mehrfach stillschweigend berichtigt. Da wo mir dessen Angabe aus irgend einem Grunde zweifelhaft schien, ohne dass ich sofort sie zu ergänzen vermochte, habe ich mich vorsichtiger Weise bisweilen der Wendung bedient „bei Veitch nur aus u. s. w. nachgewiesen", so z. B. in Bezug auf die Präsensformen von *σαίρω* (S. 305). Und in der That bringt Nauck dafür jetzt einige weitere Belege. Für Homer, Hesychius und Herodian sind ausserdem meine Sammlungen von Veitch völlig unabhängig. Ueberdies habe ich selbst S. IV darauf hingewiesen, dass vieles nachzutragen sein würde, und niemand wird es überraschen, dass unter Tausenden von Angaben sich einzelne Fehler und Ungenauigkeiten eingeschlichen haben. Natürlich bin ich Nauck für alle solche Berichtigungen sehr verbunden und werde im zweiten Bande des Buches davon den nöthigen Gebrauch machen. Uebrigens wird nicht mehr als etwa ein halbes Dutzend von Fällen herauskommen, die für die von mir erstrebte Bewährung des Gebrauches in Betracht kommen.

Noch weniger finde ich mich durch einen andern Vorwurf getroffen, der jedenfalls nicht mich allein angeht. Nauck kann es nicht leiden, wenn man eine handschriftlich gut gesicherte Lesart, die ihm aus irgend einem

Grunde nicht zusagt, „überliefert“ oder „gut überliefert“ nennt. „Meint C.“, heisst es S. 17, „im Laur. A. oder in irgend einem andern der bis jetzt bekannten Codices des Sophocles sei der Text dieses Dichters gut überliefert, so behaupte ich erstens, dass dies durchaus nicht der Fall ist, zweitens, dass auch die beste Ueberlieferung keineswegs überall das Original widergibt.“ Die letztere Bemerkung kann wohl kaum originell genannt werden, vielmehr wird jeder vernünftige ihr ohne weiteres zustimmen. In welchem Maasse und Umfang freilich zu ändern ist, das ist eine andre Frage. Dass Nauck darin namentlich in Bezug auf Sophocles viel zu weit gegangen ist, gilt in weiten Kreisen für ausgemacht. Von competentester Seite ist darüber längst manch treffendes Wort gesagt. Der Ausdruck „gut“ in Bezug auf Handschriften ist natürlich relativ. In einer Arbeit, wie mein griechisches Verbum es ist, konnte ich selbstverständlich unter „guter Ueberlieferung“ nichts andres verstehen als die Lesart der besten Handschriften, die wir besitzen. Und ich glaube hierin nur dem allgemeinen Sprachgebrauch gefolgt zu sein. Zu Abweichungen nun von der besten uns erreichbaren Ueberlieferung werden wir nicht selten durch die Unmöglichkeit geführt, uns bei dem Inhalt oder dem sprachlichen Ausdruck der betreffenden Stelle beruhigen zu können. Dabei kommen denn alle jene Factoren in Betracht, die wir bei Kritikern am meisten ausgebildet zu sehn erwarten: feines Gefühl für den Sprachgebrauch, für die Eigenthümlichkeit des betreffenden Schriftstellers, für die Auffassung des Gedankenganges, ästhetischer Sinn, Divinationsgabe. Und wer sich vorzugsweise mit andern Aufgaben der Philologie beschäftigt, wird denen, welche die kritische Seite in besonderem Maasse pflegen, nach solchen Richtungen hin willig eine gewisse Autorität einräumen, die man anerkennen kann ohne ihr blindlings zu folgen. Aber ganz anders steht es mit Wortformen. Ob Sophocles *λελείμμεθον* oder *λελείμμεθα*, ob er an einer einzigen Stelle der uns erhaltenen Dramen *ἐμέν* (= *ἐσμέν*)

χύ-μα); stirps *fu* latina reperitur in *fu-tis* (vas aquarium), *fu-n-d-o*. Ex genuina forma vocis *fons*: **fovont* oriuntur *v* consona elisa **fo-ont*, vocalibus contractis *fōnt-* (nom. *fons*) significans: quod profundit sc. aquam.

Aliorum, quae de hac voce protulerunt viri doctissimi illud tantum Buggii (in Curtii stud. IV, 343) commemoraturus sum. Bugge enim monet esse verisimillimum, verba *fons* et *mons* eodem modo formata esse. Ut igitur voc. *mons* ex rad. *men* (*e-min-ere, pro-mun-turium;* v. Corss. nachtr. p. 80 sq.)[8]), ita voc. *fons* ex rad. quadam **fen* profluxisse haud absonum est. Quam radicem **fen* cum scr. *dhan* (*dadhanti:* agitat, dimittit) congruere nemo neget, ut *fons* (st. *fonti-*) proprie id significaverit, quod dimittit sc. aquam. Est haec explicatio ab illa, quam primo loco protuli, haud ita diversa.

frons (gen. *frontis*) unde natum sit nescio. Leo Meyer quidem (vergl. gramm. II, 88) in eorum nominum numerum refert, quae suffixi *ent* ope formata sunt, quum id ex **frvont-*, *fruont-* profectum ad zd. *brvat*, gr. *ὀφρύς* (cf. theod. „*braue*") pertinere conjiciat. Sed eam rem non magis probavit, quam substant. „*mons*" idem esse ac. scr. *mahant-* (magnus) et *fons* idem ac *φρεατ-* (ibid.). Donec vero probaverit, quae conjectavit, non est, quod in ejus sententiam discedam.

rudens: hanc vocem re vera esse part. praes. summo jure aliquis dixerit; sed ad quod verbum pertineat, nemo est, qui demonstrarit. Nam quamvis stirps *rŭd* linguae latinae triplici significatione adhibeatur[9]), tamen, quae ad hoc vocabulum spectet, exsistit nulla.

---

[8]) Curtius (grundz.[4] p. 303) voc. *mons* ducit a r. *mu-* (*munire*), quum conferat theod. *berg* et *burg*. At restant difficultates.

[9]) 1) *rŭd-ere* i. e. mugire, quocum Corssenus (I[2], 360) contendit vocem *rudens*. Sed quam similitudinem habeat funis cum mugiente bestia non satis intellego.

2) *rŭd-is:* indigestus, incultus; cf. *rŭdimentum*.

3) *rŭd-is:* scipio gladiatori confecta pugna traditus; cf. *rudicula, rudiarius*.

wo das Versmaass uns zwingt sie zuzulassen, einzelne entgegenstehende Stellen aber frischweg zu corrigiren. Man hat von diesem Princip, das ich stets bekämpft habe, auch früher schon in einzelnen Fällen, bei denen andre Motive hinzukamen, Gebrauch gemacht, aber die Consequenz, mit der Nauck es anwendet, wird jedem nachdenkenden zeigen, wie misslich es mit diesem ganzen Princip bestellt ist. Ein interessantes Beispiel der auf solchem Wege erzeugten Formen ist Ἰφικλεεείη, wie Nauck Od. λ 290. 296 schreibt. Sollte dem Verfertiger dieses Gebildes nicht in der That etwas von jener „weiteren grammatischen Umschau“ zu wünschen gewesen sein, auf die er so geringschätzig herabblickt? Dass der homerischen Poesie, aus der z. B. niemand Formen wie προςηύδα, εἶδον, ὕπνον, εὖ ohne Gewaltmittel herausbringen wird, die Contraction nicht fremd ist, steht unumstösslich fest. Vielformigkeit ist überhaupt ein wesentlicher Charakterzug der homerischen Sprache. So erscheint z. B. der Infinitiv des Verbum substantivum in 5 Formen: ἔμμεναι, ἔμμεν, ἔμεναι, ἔμεν und schon am häufigsten εἶναι. Ich schliesse daraus, dass wir äusserst behutsam sein müssen mit Aenderungen des Textes, für die ein andres Motiv, als das der Herstellung eines grösseren — wenn auch vielleicht alterthümlich scheinenden — Gleichmaasses überhaupt nicht vorhanden ist. Anders steht es natürlich schon bei den Tragikern. Wer wird nicht zugeben, dass jene nur Soph. El. 21 vorkommende, aber schon dem Scholiasten zu jener Stelle und Herodian bekannte und von letzterem mit einer Stelle des Callimachus belegte Form ἐμέν höchst auffallend ist? Bedenken wir aber, dass das σ vor μ nachweislich einen sehr schwachen Klang hatte, daher ἧμαι, aber wenigstens noch hie und da ἧσται, ἦμεν aber mehrfach ἦστε, und dass der gelehrte Callimachus jene Form wohl ohne allen Zweifel weder selbst erfunden noch aus der lebendigen Rede entnommen hat, so scheint es mir gar nicht so undenkbar, das Sophokles sich einer in der poetischen Sprache schon vor ihm vorhandenen seltenen

Form, die ihm an dieser Stelle gerade gut in den Vers passte, in kühnerer Weise bedient hat. Dass dies nicht öfter geschah, ist freilich befremdlich. Aber derselbe Sophokles hat ganz singulär an zwei Stellen — nach Nauck freilich nur an einer, Trachin. 650 — vor früher digammirten Wörtern den Hiatus zugelassen, er gebraucht mitunter Wörter, die wie *δεννάζειν, καλχαίνειν, τᾶλις* äusserst selten sind. Bei Euripides ist *ἐπιζαρέω* ein solches glossematisches Wort, an denen bekanntlich Aeschylus reich ist. Wir dürfen, dünkt mich, bei Fragen der Art nie vergessen, dass uns nur ein ganz kleiner Bruchtheil selbst der tragischen Poesie erhalten ist und dass wir vollends von der gesammten poetischen Sprache, die zwischen Homer und Aeschylus liegt, nur sehr unvollkommen unterrichtet sind. Noch weniger kann ich das zurücknehmen, was ich über die Duale gesagt habe. Die Dualformen sind zu keiner Zeit viel gebraucht und mit der Sicherheit gehandhabt worden, die wir sonst wahrnehmen. Das beweist unwiderleglich das Schwanken in Bezug auf das Genus bei nominalen Dualformen, für die man freilich zum Theil auch wieder durch Machtsprüche eine gewisse Uniformirung zu erreichen versucht hat. Die alexandrinischen Grammatiker, welche selbst keine Duale gebrauchten, stellten für die verbalen Duale einen Kanon auf, der durch die vergleichende Sprachwissenschaft als ein uralter erwiesen ist. Hat es mehr Sinn anzunehmen, dass dieser Kanon von den Alexandrinern aus wirklicher Beobachtung des älteren Sprachgebrauchs geschöpft, oder dass er von ihnen aus den Fingern gesogen ist und doch durch einen merkwürdigen Zufall zu dem genau stimmt, was die Sprachgeschichte als von Alters her fest begründet nachweist?

Indem ich mich mehrfach veranlasst sah die Geltung der besten Grammatiker als Zeugen für die Existenz gewisser von neueren Kritikern angefochtener Formen zu vertheidigen, machte ich S. 78 meines Buches auf den Widerspruch aufmerksam, dass viele Philologen so oft auf

die Dummheit der alten Grammatiker schelten, während sie doch andrerseits nicht aufhören fortwährend die gesammte griechische Sprache nur durch Alexandrinische Brillen zu betrachten. Dieser Ausdruck gibt dem Petersburger Kritiker zu wiederholten Scherzen Anlass. Schade nur, dass Nauck mich gänzlich missverstanden hat. Mit den „alexandrinischen Brillen“ meinte ich, was bei einigem Nachdenken sich leicht erkennen liess, nicht im entferntesten die Abhängigkeit unsrer Kenntniss des Griechischen von der gelehrten Arbeit eines Aristophanes, Aristarch und ihrer Nachfolger, die anzufechten mir nicht in den Sinn kommt, sondern die Anschauungsweise dieser Männer, ihre Meinungen über die Sprachformen und deren Verhältniss zu einander u. s. w., kurz die rein theoretische Seite der antiken Grammatik. Und dass in dieser Beziehung ein grosser Theil der Philologen noch heutigen Tages gedankenlos der alten Grammatik folgt, wird niemand leugnen können, der bedenkt, wie völlig sinnlose Ausdrücke z. B. „synkopirter Aorist“, „aufgelöste Formen“, verkürzte Formen der 3 Pl. (z. B. -εν neben -ησαν) oder der Perfecta und Plusquamperfecta (ἑστᾶσι, ἕστασαν), aeolisches Digamma, ει als „Bindevocal“ des Plusquamperfects uns von namhaften Gelehrten fortwährend aufgetischt werden.

Entschiedenen Einspruch muss ich gegen eine Stelle der Nauck'schen Recension erheben, an der meine Meinung unbedingt falsch wiedergegeben wird. S. 15 heisst es: „S. 130 stellt C. die meines Wissens neue Behauptung auf, dass die mit υ beginnenden Verba in der Regel nicht augmentirt werden.“ Ich habe aber nichts der Art behauptet. Vielmehr habe ich nur darauf hingewiesen, wie selten Verba, die mit ῐ und ῠ anlauten, überhaupt in Formen, welche des Augments fähig sind, vorkommen, oder, wie ich mich auf der vorhergehenden Seite ausdrücke, „dass die ganze Regel“ — wonach ῐ durch temporales Augment zu ῑ, ῠ zu ῡ wird — „sich keineswegs in

sehr weitem Umfang realisirt". Natürlich wird es Nauck sehr leicht zu widerlegen, was nie von irgend jemand behauptet ist. Bestehen aber bleibt die von mir festgestellte, dem Kritiker vielleicht sehr gleichgültige, für die Einsicht in den Bau der Sprache aber und für das Verständniss der verschiedenen Phasen des Augments nicht uninteressante Thatsache, dass man nach einem durch das Augment zur Länge gewordenen *υ* „mit der Laterne" suchen muss. Da *ὕβριζεν* und ähnliches wegen seines auch in nicht augmentirten Formen facultativ langen *υ* für das Augment nicht in Betracht kommt (vgl. Soph. OC. 883 *ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ'; ὕβρις ἀλλ' ἀνεκτέον*), so zählen, wie ich bemerkt habe, diese Formen, deren Nauck bei Euripides mindestens 12 kennt, nicht mit, noch viel weniger Perfectformen wie *ὑβρίκασι*, die er ebenfalls vorführt, obwohl das Perfect wie jeder weiss, der es sich nicht verdriessen lässt auch nur einen Blick in die Gesetze der griechischen Verbalbildung zu thun, mit dem Augment gar nichts gemein hat. In Wirklichkeit also besteht die ganze Ausbeute des Recensenten darin, dass er zu der einen von mir für *ὕφῡνεν* beigebrachten Stelle noch drei andre und ausserdem für *ῡγίαινε* und *ῡλάκτει* je eine beibringt. Im ganzen also sind jetzt statt zwei, vier Formen der Art bezeugt, wodurch sich für das was ich behauptet habe, wenig ändert. Nauck empfiehlt mir bei dieser Gelegenheit „neben der Laterne eine gute alexandrinische Brille für ähnliche Wanderungen". Da wir nun einmal in diesen augenärztlichen Ton mit einander gerathen sind, möchte ich ihm vielmehr eine gewöhnliche Lesebrille anrathen, damit er künftig von seiner „ars critica" nicht eher Gebrauch mache, als bis er verstanden hat, was er bemängelt.

Nicht viel anders ist es meinem Kritiker S. 21 gegangen. Dort heisst es nach Anführung meiner Worte „auch *πρίαμαι* ist offenbar verwandt" (mit *πέρνημι*): „eine Form *πρίαμαι* ist, so weit unsere Kenntniss reicht, nie vorhanden gewesen: dem Inf. *πρίασθαι* entspricht der Ind.

glabre-scere (*glabro-* cf. *glabrē-tum*) cf. *glabrare*
macre-scere (*macro-*)
macere-scere (*macro-*) cf. *macerare*
grande-scere (*grandi-*) cf. *grandire*
grave-scere (*gravi-* cf. *gravē-do*) cf. *gravare*
dulce-scere (*dulci-* cf. *dulcē-do*) cf. *dulcare*
mite-scere (*miti-*)
molle-scere (*molli-* cf. *mollēre* Theod. Prisc. 1, 28)
pingue-scere (*pingui-* cf. *pinguē-do*) cf. *pinguamen*
segne-scere (*segni-*)
sterile-scere (*sterili-*)
tenue-scere (*tenui-*) cf. *tenuare*
vile-scere (*vili-*)
febre-scere (*febri-*) cf. *febrire*
juvene-scere (*juveni-*) cf. *juvenari*, *juvenī-lis*
corne-scere (*cornu*) cf. *cornu-tus*
arbore-scere (*arbor* cf. *arbore-tum*) cf. *arborator*
carbone-scere (*carbon-*) cf. *carbona-rius*
dīte-scere (*dīt-*) cf. *ditare*
frutice-scere (*frutic-* cf. *frutice-tum*) cf. *fruticare*
matre-scere (*mater*) cf. *matrī-nus*
lapide-scere (*lapid-*) cf. *lapidare*
radice-scere (*radīc-*) cf. *radicare*.

Eadem igitur quae in his duobus vocabulorum generibus ratio formandi valet in nominibus suffixi *ent* ope derivatis, quae jam tractaturi sumus. Quorum

I. primum quidem ea referam quae a nominibus usitatis oriuntur:

A. Nomina in *ans* exeuntia multo plurima sunt haec:

1) a substantivis in *a* deducta:

animans (*anima*) idem quod *animatus* i. e. cui anima inest. Non est part. praes. verbi *animare*: hoc enim verbum transitive (animam alicui indere), nomen *animans* intransitive adhibetur.

araneans (*aranea*) i. e. *aranearum* texturas continens; fauces ar. Apul. Met. 4, 22.

S. 148 spreche ich nun ganz beiläufig die Vermuthung aus, die Form ἔσσαν sei hier vielleicht gar nicht gleichbedeutend mit ἦσαν, sondern gehe auf ein zu ἔδμεναι essen gehöriges Präteritum zurück. Und dies gibt Nauck Anlass, mir und den Lesern des Bulletin eine gediegene deutsche Uebersetzung jener drei Worte nach ihrer gewöhnlichen Deutung mitzutheilen. Was mich zu meiner Vermuthung brachte, war ausser der Unwahrscheinlichkeit, dass die ausserordentlich häufige 3 Pl. Impf. von der W. ἐς ein einzigesmal ἔσσαν gelautet habe, die wenig poetische Form des Gedankens: „die Arkader waren Eichelesser“. Das wäre ja reine Prosa, die man doch bei einem Dichter nicht gerade vermuthet. Natürlich müsste für den Fall, dass ich Recht hätte, angenommen werden, dass etwas ausgefallen sei, und der Vers wäre etwa so zu ergänzen

[ἅ ποτ'] Ἀρκάδες ἔσσαν βαλανηφάγοι.

Dass ein solcher Gedanke bei Erwähnung irgend einer für den verwöhnten Gaumen schwer geniessbaren Speise einem Dichter wohl anstände, wird man kaum bestreiten können. Mir kam es vorzugsweise darauf an zu zeigen, dass jene Stelle des Artemidor kaum als ein sicheres Zeugniss für ἔσσαν im Sinne von ἦσαν betrachtet werden könne.

Doch genug solcher Kleinigkeiten! Ich übergehe viele andre Nergeleien der Art und verweile nur noch einige Augenblicke bei einer Frage von grösserer Bedeutung. Nauck benutzt diese Gelegenheit um seine, wie ich S. 185 anerkannt habe, mit vielem Scharfsinn ausgeführte, dennoch aber meines Erachtens unhaltbare Ansicht über die zum Verbalstamm φρε gehörigen Formen auf's neue zu vertheidigen. In den Bulletins T. VI p. 422 ff. hatte er nämlich zu zeigen gesucht, dieser Stamm sei eine verstümmelte Zusammensetzung aus προ-ἑ, mithin sei z. B.

ἐπεισφρῶ Eurip. Alc. 1056 aus ἐπ-εις-προ-ὧ
ἐπεισφρείς Eurip. Phaeth. fr. 781, 46 aus ἐπ-εις-προ-εἵς

ἔκφρες Aristoph. Vesp. 162 aus ἐκ-πρό-ἐς
διαφρήσουσι Thuc. VII 32 aus διαπροήσουσι

entstanden. Das Präsens zu diesen Formen glaubte er in Aristoph. Vesp. 125 zu erkennen, wo die Handschriften das äusserst seltsame ἐξεφρίομεν oder ἐξεφρείομεν bieten. Er selbst schreibt unter Dindorfs Zustimmung ἐξεφρίεμεν, das aus ἐξεπροίεμεν entstanden sein soll. Um diese seine Ansicht durchzuführen, bedarf er nun sehr energischer Maassregeln. Vier überlieferte Formen werden wenigstens aus voralexandrinischen Schriftstellern herauscorrigirt. Erstens -φρέω als Ind. Präs., zweitens alle Spuren eines Aorists -έφρησα, weil dieser zu ἧκα nicht stimmt, drittens εἰςφρῆναι, das Hesych. mit εἰςάξαι erklärt, weil es zu εἶναι nicht passt, viertens das schon seiner Alterthümlichkeit wegen unverdächtige ἐςπιφράναι bei Aristoteles hist. anim. V p. 541 b, 11, weil es die ganze Theorie durchbrechen würde.*) Man sieht also, das kritische Messer hat tüchtig

*) Da diese Stelle bei der ganzen Frage von entscheidender Wichtigkeit ist, setze ich sie hieher. Der Inhalt ist fremdartig. Es handelt sich um die Begattung jener Seethiere, die Aristoteles πολύποδες nennt, während, wie auch Nauck bemerkt, die jetzigen Naturforscher sie als Kephalopoden, Octopoden oder Tintenfische bezeichnen. Einer freundlichen Mittheilung meines verehrten Collegen Leuckart entnehme ich, dass die Beobachtung des Aristoteles, wonach die Begattung dieser Thiere so vor sich geht, dass einer der Arme (πλεκτάναι) des Männchens in den Trichter (μυκτήρ) des Weibchens aufgenommen wird, sich durch die neuere Forschung durchaus bestätigt hat. Der mit Samen gefüllte Arm trennt sich von dem Körper des Männchens los und bleibt in dem μυκτήρ des Weibchens stecken. So wird die Stelle des Aristoteles bis auf ein einziges Wörtchen vollkommen verständlich. Bei I. Bekker lautet sie so: φασὶ δὲ τὸν ἄρρενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκτανῶν, ἐν ᾗ δύο αἱ μέγισται κοτυληδόνες εἰσίν· εἶναι δὲ τοιοῦτον ὥςπερ νευρῶδες, μέχρι εἰς μέσην τὴν πλεκτάνης προςπεφυκὸς ἅπαν, ᾗ ἐσπιφράναι εἰς τὸν μυκτῆρα τῆς θηλείας. Für ᾗ hat eine Handschrift ἦν, eine andre ἤ. Schreiben wir, wie Aubert und Wimmer in ihrer Ausgabe (L. 1868) es thun, jener Handschrift folgend ἦν, so ist die Construction in Ordnung, sei es, dass wir, was mir wahrscheinlicher ist, das Verbum intransitiv im Sinne von eindringen fassen — ein Gebrauch,

zu thun gehabt, ehe das neue Paradigma zu Stande kam, und schon deswegen lohnt es sich wohl der Mühe zu prüfen, ob wir nicht einen anderen Weg einzuschlagen haben. Ich führe hier zunächst meine Ansicht aus, bei der ich der Textesänderung kaum bedarf, und komme dann zu den Gründen, die, von der Nothwendigkeit so vieler Aenderungen abgesehen, Naucks Auffassung entgegen stehen.

Nach meiner Auffassung ist der Verbalst. *φρε* durch Metathesis aus *φερ* entstanden*), ähnlich wie *τμα* neben *ταμ*, *τεμ*, *κμα* neben *καμ*, *θνα* neben *θαν*, *βλα* (*βλε*) neben *βαλ*, *σκλα* (*ἔ-σκλη-ν*) neben *σκελ* sich findet. Der Wechsel zwischen A- und E-Laut (*πιφράναι* — *φρές*), darf uns nicht befremden. Bei *ρ* und *λ* bemerken wir im Griechischen ein überaus weit reichendes Schwanken zwischen dem älteren Vocal *α* und dem jüngeren *ε*. Indem ich auf allbekannte Fälle wie *δρακεῖν* neben *δέρκομαι*, *ἔπραθον* neben *πέρθω* nicht eingehe, bemerke ich nur, dass die W. *φερ* selbst in der lokr. Inschrift von Naupaktos den Inf. *φάρειν* bildet, und dass *φαρέτρα* wie *ἰσοφαρίζειν* auch im Bereiche des Ionismus das alte *α* bewahren. An diesem Wechsel zwischen *α* und *ε* nimmt Nauck solchen Anstoss, dass er die aristotelische Form *πιφράναι* mit *φρές* für unvereinbar erklärt. Kontos im *Λόγιος Ἑρμῆς* I p. 344, den er anführt, hat sogar für *πιφράναι* *πιφρέναι* in Vorschlag

---

den auch Nauck bei späteren Schriftstellern anerkennt — oder dass wir, wie Aubert und Wimmer („und es dringe damit in die Röhre des Weibchen ein"), was ebenfalls möglich ist, als Subject zu diesem Infinitiv *τὸν ἄρρενα* hinzudenken. Auf keinen Fall hat der Begriff von *ἐςπιφράναι* irgend etwas befremdliches. Vielmehr wird ein solcher Begriff eindringen oder einlassen durch den Zusammenhang unbedingt gefordert, und es ist unmethodisch, ein einzelnes Wort innerhalb eines Satzes für verdorben zu erklären, weil die Anknüpfung dieses Satzes an das vorhergehende nicht sofort deutlich ist. Das Verbum *ἐςπιφράναι* hat in Wirklichkeit nur den einen Fehler, mit Naucks Theorie von dem Ursprung der erwähnten Formen absolut unverträglich zu sein.

*) Fritzsche Stud. VI 328 macht treffend auf die Form *ἔκφρηται· ἐκφέρεται* bei Hesych. aufmerksam (cod. *ἀφερεται*).

gebracht, indem er meint, πιφράναι passe zu φρές ebenso wenig als etwa ein τιθάναι zu θές. Beide Herrn haben es nicht für der Mühe werth gehalten sich ein wenig mit den Gesetzen des griechischen Lautwandels und den Eigenthümlichkeiten der Verba auf μι bekannt zu machen. Die Verba auf μι sind sämmtlich mehr oder weniger isolirte Antiquitäten, die keineswegs nach strenger Analogie durchgeführt sind. So gibt es z. B. kein einziges Analogon zu dem Imp. δός oder dem Inf. δοῦναι. Der Gruppe θές, θεῖναι steht nur ἕς, εἶναι zur Seite. Trotz der gleich auslautenden Wurzel heisst es z. B. σβῆναι und Aristoph. Vesp. 160 ἀπο-σκλῆναι. Oder soll etwa auch hier *σβεῖναι *σκλεῖναι corrigirt werden, um grösseres Gleichmaass zu erzeugen? Solcher Dressur werden sich die Verba auf μι vielfach widersetzen.

Nun begegnen wir gerade jenem Austausch zwischen α und ε in manchen Stämmen, die mit unserm φρα die grösste Aehnlichkeit haben, so im Stamme χρα. Es heisst zwar κιχράναι, χράω, aber daneben hat Herodot χρέουσα (VII 111), Homer χρείων θ 79. In χρησμός, χρηστήριον u. s. w. hat sich der lange E-Laut bei den Attikern und Doriern festgesetzt. Das gleiche gilt von χρῆσθαι gebrauchen, auf dessen Verhältniss zu χράω ich hier nicht eingehe. Neben χράομαι liegen die Formen χρέος, χρειώ und χρεώ, χρηΐα und χρεία vor. Zu πιμπλάναι haben wir bei Herodot (VII 39) die Nebenform ἐμπιπλέει oder ἐμπιπλεῖ. Der E-Laut zeigt sich — um vom attischen πλέως abzusehn, das man mit νεώς neben νηός vergleichen kann, und ebenso von dem Opt. πλείμην mit der Variante πλῄμην — im homerischen πλεῖος, ja sogar bei den Doriern in Formen wie πλήρης, πλῆθος, wie er denn im lateinischen *im-plē-re, plē-nu-s* völlig durchgedrungen ist. — Aehnlich steht es mit πιμπράναι. Hier haben wir schon bei Hesiod Theog. 856 die merkwürdige Form ἔπρεσε, mit der von G. Hermann (Opuscc. VI 189) begünstigten Variante ἔπρεε, die ganz und gar zu einem *ἔφρεε u. s. w. stimmen würde.

Die herakleischen Dorier haben uns ἐμπρησόντι hinterlassen, das auf einen Stamm πρε zurückgeht. (Meister Stud. IV 379.) Bei Herodot VIII 109 haben die Handschriften AR ἐμπιπρείς, wofür freilich Stein ἐμπιπράς schreibt. Die W. βαλ bietet neben ἔβαλον βέλος, βελόνη, neben βάλλω arkad. ζέλλω und δέλλω, bei umgekehrter Stellung des Vocals ξυμ-βλή-την, ἔ-βλη-το und 2 S. Opt. nicht etwa *βλαῖο sondern βλεῖο N 288, das in den Formen βλείης und βλείς (Epicharm, vgl. Ahrens dor. 338) seine Analogie findet. Besonders instructiv ist endlich das schon erwähnte attische ἀποσκλῆναι neben σκέλλω, σκέλος, σκέλετον, denn das η weist wahrscheinlich auf altes ᾱ. Hesychius bietet die Glosse ἀποσκλαίη· ἀποξηραίνοιτο, ἀποθάνοι. Wollten wir uns aus dem Bereiche der Verbalformen und der ihnen zunächst stehenden Verbalnomina entfernen, so liesse sich für den gleichen Austausch bei ρ und λ noch manches andre anführen, z. B. κρείσσων neuion. κρέσσων neben κράτιστος. Reiches Material für die bei der Metathesis eintretenden Erscheinungen bietet Siegismund de metathesi Graeca Stud. V 117 ff. — Ist damit das Hauptbedenken gegen den Zusammenhang von πιφράναι mit φρές u. s. w. beseitigt, so bleibt noch über einzelne Nebenformen etwas zu bemerken. Das Präsens φρέω, das Nauck erst für die Zeit nach Alexander anerkennt und aus älteren Schriftstellern, bei denen es sich zeigt (z. B. εἰςεφρούμην Eurip. Tro. 652), herauscorrigirt, fasse ich wie δέω neben δίδημι, χράω neben κίχρημι, wie προθέουσι Α 291 neben τιθέασι, wie βάω (ἐπιβῇ herakl. Tafeln) neben βιβάς (vgl. Verb. I 213). — Der gut bezeugte Aorist ἔφρηκα stellt sich zu den bekannten drei Aoristen auf κα, deren Privilegium auf ihre Dreiheit schon durch das boeotische ἔτταχαν· ἔστησαν (Hesych.) erschüttert ist. — Das aus Cratinus angeführte ἀπέφρησαν· ἀφῆκαν und ἐπειςέφρησε Eurip. Herc. f. 1267 ist neben jenem nicht verwunderlicher als andre Spuren sigmatischer Aoriste neben denen mit κ, die Savelsberg in Kuhn's Ztschr. XVI 402 ff. nachweist. Auch bei Aristoteles περὶ θαυμα-

σιῶν ἀποστομάτων p. 331. 11 steht *εἰςφρήσωσι*, was ich nur deshalb anführe, weil Nauck diese Formen erst für eine spätere Zeit anerkennen will. Nach seiner Weise müsste man also auch hier wieder corrigiren. — Nur eine einzige unter den hieher gehörigen Formen weiss ich nicht zu deuten, nämlich jenes *ἐξεφρίομεν* mit der weniger gut bezeugten Variante *ἐξεφρείομεν* Aristoph. Vesp. 125. Aber auch Nauck muss hier zu einer Aenderung des Textes (*ἐξεφρίεμεν*) greifen und Cobet Mnemos. XI 444 hat über den Vers wieder andre Vermuthungen. Die Form des Präsens *φρίημι*, die Nauck durch Conjectur in den Text bringt, wäre jedenfalls ganz ebenso unerhört, wie das aristotelische *ἐςπιφράναι*, das er mit aus dem Grunde, dass es unerhört sei, nicht dulden will. Nun bietet sich aber für die alterthümliche Form *πιφράναι* sogar eine Anknüpfung in einer Sanskritform. *-φρείς* und verwandtes brachte schon Herodian mit *φέρω* in Verbindung und von der, woran Nauck als Freund der Sprachvergleichung nicht zweifeln wird, mit W. *φερ* identischen W. *bhar* existirt im Sanskrit die gleiche reduplicirende Präsensbildung *bi-bhar-ti*. Und da überdies einige Composita mit der skr. W. *bhar*, worauf ich schon Verb. I 185 hinwies, im Sanskrit geradezu die Bedeutung einbringen, einführen (immittere) haben, so ist es mir in hohem Grade wahrscheinlich, dass sämmtliche zu *φρε*, *φρα* gehörige Formen von den um die W. *φερ*, *φαρ* sich gruppirenden nicht verschiedener sind als *σχεῖν* von *(σ)έχειν*, *σπεῖν* von *ἕπειν* d. i. *σέπειν*.

Auch Nauck kann für seine Erklärung von *φρές* aus *πρόες* alte Etymologen als Vorgänger in Anspruch nehmen. Aber die von ihm versuchte Combination leidet — abgesehen von den kritischen Operationen, zu denen sie nöthigt — an folgenden, wie mir scheint, nicht geringfügigen Schwierigkeiten:

1) Die Ausstossung des *ο* der Präposition *πρό* ist, wie Nauck selbst einräumt, völlig beispiellos. Nach Ana-

logie von *προὔστη* = *προέστη*, von *προὖργου* = *πρὸ ἔργου*, von *φροῦδος* aus **προ-οδο-ς* erwarten wir für *πρό-ες*, **προῦς* oder **φροῦς*. Sollten in der That, wie N. vermuthet, zuerst Formen wie *φρῶ* aus *προῶ*, *φρῶσι* für *προῶσι* entstanden und die übrigen deren Analogie gefolgt sein, so bliebe wenigstens das Nauck'sche **φρίημι* äusserst auffallend. Denn dies setzt deutliches Bewusstsein des Zusammenhanges mit *ἵημι* voraus. Bei der Bildung von *φρές* also müsste sich jenes Bewusstsein verdunkelt haben, bei *φρίημι* aber sehr hell gewesen sein. Jenes Ueberspringen der Aspiration, wie es hier vorausgesetzt wird, ist überdies ein seltner Vorgang, von dem in einer primitiven Verbalform kein Beispiel vorliegt. Selbst regelrechte Contractionen von *πρό* mit dem anlautenden Vocal einer Verbalform wie *προύχων* aus *προέχων* sind auf einen engen Kreis beschränkt.

2) Die Stellung des Augments in Formen wie *ἐπεις-έφρηκε*, für die *ἐσύνηκε* (oder *ἐσυνῆκε*), *ἐκάθευδον* und ähnliches keineswegs entsprechende Analogien sind. Denn in diesen Formen tritt das Augment vor die mit einer Präposition zusammengesetzte Verbalform. In *ἐπεις-έ-φρηκε* nach Naucks Auffassung wäre das Augment in die Mitte zwischen Präpositionen geschoben. Aehnlich wäre etwa *συνεκάθευδον* oder *προυσύνηκα*. *παρεκαθίσατο* steht wirklich Demosth. 33, 14 (Savelsberg Ztschr. XVI, 416.)

3) Die völlige Bedeutungslosigkeit der Präposition *πρό*, die in *προίημι* und allem was dazu gehört, z. B. auch in dem von *ἔκφρες* und dergleichen recht verschiedenen *ἐκπροιεῖσα* Eur. Ion 119, *ἀποπροϊέναι*, ihre Bedeutung sehr bestimmt erkennen lässt, während in *ἐκφρῶσι*, *εἴςφρες*, *διαφρήσετε* keine Spur davon wahrnehmbar ist.

4) Die ungewöhnliche Anhäufung von Präpositionen, welche stattfände, wenn *ἐπειςφρέσθαι* wirklich aus *ἐπ-εις-προ-έσθαι*, *διαφρήσουσι* (Thuc. VII 32) aus *δια-προ-*

ἤσουσι entstanden wäre. Die Verbindungen *ἐπ-εις-προ* und *δια-προ* sind in verbalen Zusammensetzungen überhaupt nicht nachweisbar.

Wenn also einerseits die fraglichen Verbalformen sich fast alle ohne Zwang aus einer W. *φρα*, *φρε* erklären lassen, wenn andrerseits Naucks Hypothese beträchtliche Schwierigkeiten im Wege stehen, so halte ich damit meine Auffassung für hinreichend vertheidigt.


Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.

DE NOMINIBUS LATINIS
SUFFIXORUM ENT- ET MINO- OPE
FORMATIS.

SCRIPSIT

OTTO BECHSTEIN

GOTHANUS.



Inter varias artis grammaticae partes vix una tam diu est neglecta, quam nominum formatio. Nam etsi viri docti multa passim eo contulerunt et Lobeckius (in Paralipomenis grammaticae graecae Lips. 1837 al.) magna diligentia atque industria de hac re quaestiones instituit, tamen quod eas intra unius graecae aut latinae linguae circulum, ut ita dicam, constrinxerunt, fieri non potuit, quin res non satis conficeretur[1]. Major hujus rei perceptus est fructus linguarum, quae quidem ab eadem stirpe oriundae sunt, nominum formatione inter se comparanda. Tamen tantum abest, ut haec res plane cumulateque perfecta sit, ut hoc quoque die summo jure idem contendas, quod Curtius ante triginta annos dixit in dissertationis, quam scripsit de nominum graecorum formatione (Berol. 1842) praefatione: „librum, in quo tota res subtiliter tractata sit, desideramus.“ Nam Boppius (vergl. grammat. III), Pottius („etymolog. forschungen“ et „wurzelwörterbuch“) alii de grammatica comparativa optime meriti, nominum formandorum disciplinam tetigerunt magis quam confecerunt. Papius vero (in lexico etymologico Berol. 1836) id unum egit, ut vocabula graeca secundum suffixorum ordinem colligeret breviterque de singulis suffixis praemoneret. Similem viam ingressus est Leo Meyer (vergl. grammat. des griech. und lat., vol. II 1865), qui non solum nomina graeca, sed etiam latina secundum terminationum ordinem disposita enumeravit.

---

[1]) Cf. quae dicit Curtius Erl. z. Schulgr.[2] p. 138: „vom besondern standpunkte der griechischen sprache aus ist dies gebiet vorzugsweise von Lobeck mit jener ihm eigentümlichen feinen und umfassenden gelehrsamkeit bearbeitet, welche auch der wol zu berücksichtigen hat, der in ziel und methode von Lobeck abweicht.“

Nunc id maxime requiritur, ut materia undique allata singulae, quae huc pertinent, quaestiones tractentur. Quod unius viri industria ac diligentia absolvi non posse is maxime intellegat, qui latas et diffusas hujus modi quaestiones instituerit. Cui rei quoniam opera danda est multis eisque juvenibus, ut materia apportetur, qua architectus quidam quasi opus magnificum aedificet, ego quoque, qui prima exerceam studia literaria, symbolam vel minimam collaturus, mihi proposui, ut scriberem *de linguae latinae nominibus suffixis ent- et mino- formatis.* In una lingua eaque latina operam collocandam esse censui, ne, cum per multas vagarer, propter inscientiam parum accurate agere cogerer; sed ut ceteras, quae cognatae sunt, linguas quasi adjutrices et interpretes adhiberem, quoad fieri potest, summa opera enisus sum.

Neque vero in omnia nomina duobus illis suffixis instructa inquisiturus sum, sed de quodam tantum nominum in *ent-* et *mino-* genere dicere institui. Nomina dico quae illis suffixis efficta participia habentur — haec enim suffixa in *participia* formanda conferuntur — verborum et primitivorum et derivatorum, quae in sermone latino nisi participiali forma non inveniuntur.

Atque in prima disputatiunculae parte quaestio fiat

I. DE NOMINIBUS SUFFIXO ENT FORMATIS.

Priusquam vero rem ipsam aggrediamur, haud alienum videtur esse, quomodo suffixum *ent* formetur atque usurpetur in singulis linguis quaerere.

Ac primum quidem linguae sanscritae, quam quasi explanatricem in quaestiones grammaticas instituendas vocamus, verba distribui solent indicis grammaticis auctoribus in duas conjugationes, quae ita sunt distinctae, ut terminationes in altera cum stirpe, vocali, quae dicitur, thematica aucta, in altera cum ipsa stirpe conjungantur. In priore igitur classe vocalis suffixi *ant* eliditur, in hac suffixum integrum et in

eis verbis usurpatur, quae in tempore praesenti in vocalem desinunt. Exemplorum vice haec verba fungantur:

de r. *dvish* (irasci) part. praes. st. *dvish-ant-*

de r. *rudh* (continere) part. praes. st. *rundh-ant-*

de r. *su* (gignere) part. praes. st. *sunv-ant-* (*pro sunu-ant-*)

de r. *hu* (sacrificare) part. praes. st. *ǵuhv-ant-* (pro *ǵu-hu-ant-*), sed primae classis:

de r. *bhar* (ferre) part. praes. st. *bhara-nt-*, quo in verbo vocalis *a* non est suffixi, sed thematis.

Aliter res se habet in linguis classicis, quae vocantur. Tres enim stirpium verbalium classes segregantur:

in I. classem referuntur: stirpes in consonam,

in II. stirpes in vocalem exeuntes ipsis terminationibus adjunctae;

in III. denique stirpes in literam consonam aut vocalem desinentes vocali thematica quae vocatur auctae.

Quarum stirpium suffixum *ent* nisi in eis verbis, quae ad primam classem pertinent, integrum non adhibetur; in ceteris, quae quidem exitum stirpis vocalem exhibent, vocalis deletur, ut suffixi consonantes *-nt-* relinquantur.

1. *Primae vero classi* unius verbi substantivi et graeci et latini part. praes. attribuendum est:

graec. ὀντ- (nom. ὤν), hom. ἐοντ-, aeol. nom. fem. ἔοῖσα (ex *ἐοντ'-ja)[2]) Theocr. 2, 64; acc. masc. εὖντα (ex ἐοντ-α) Theocr. 2, 3 — decurtatum ex *ἐσ-οντ-;

lat. verbi subst. part. nisi in compositis non legitur: *prae-s-ent* (osc. abl. sing. *prae-s-ent-id* i. e. lat. *praesente*[3]), *ab-s-ent;* (de vocabulo *sont-* cf. infra p. 344 sq.). Ni fallor etiam radicis *i* (inf. *ire*) part. praes. gr. ἰ-οντ (nom. ἰών), lat. *e-unt* (nom. *i-ens*) et radicis lat. *qui* (inf. *quire*) part. praes. *que-unt* (nom. *quiens*)[4]) huc pertinent. Quae res decerni vix potest, quippe quorum verborum terminationes cum stirpe et pura

---

[2]) Formis non usitatis asteriscum* praeposui.

[3]) Non satis igitur recte Schleicher comp.[1] p. 314 dicit, suffixum *ent* in lingua umbrica et osca non esse probatum.

[4]) Cujus participii formas rarissimas collegit Neuius, formenl. II[2], p. 608.

(*εἶ-μι, ἴ-μεν, ἴ-θι*; *i-t, i-tis, i-bam*; *qui-t, qui-tis, qui-bam*) et vocali aucta (*ἰ-ο-ί-ην*; *e-u-nt, que-u-nt*) conjungantur.

2. *Alterius deinde classis* participiorum exempla sunt: *τι-θε-ντ, δεικνυ-ντ, θε-ντ, βα-ντ, λυσα-ντ, λυθε-ντ.* Ex lingua latina paucae tantum quorundam verborum formae in hanc classem referendae sunt: *dă-t, dă-mus, dă-tis, dă-re*, sed *dâs, dâ*; *in-qua-m, in-qui-s, in-qu-it.* Part. *da-nt* huc pertinere veri non est dissimillimum; neque vero demonstrari potest, quod vocalis *a* duas consonantes praecedentis quantitatem non cognoveris.

3. *Tertiae* denique *classis* verba et in consonam et in vocalem literam desinentia haec sunt:

a) *φερο-ντ, fere-nt*;

b) *λυο-ντ*, lat. *statue-nt, audie-nt*;

c) gr. *τιμᾶντ* ex *τιμα-ο-ντ*, lat. *amānt* ex *amae-nt* contractum, aeol. *δοκε-ντ* cum lat. *docent* comparandum.

Pauca deinde dicam de suffixi *ant* latini vocali varia.

Vocalis *a* sanscrita (*ant*) in sermone graeco in *o* transiit, quam formam *ont* apud Romanos quoque in usu fuisse ex certis indiciis conjectari quidem, sed ex eis literarum monumentis, quae ad hanc aetatem permanserunt, probari non potest, nisi illud, *sons, insons* adhibeas, quod vocabulum infra uberius tractabimus. Vocali *o* in *u* mutata[5]) forma *unt* latina oritur. Quo rariora autem sunt participia suffixum integrum prae se ferentia, eo est exoptatius, suffixi *unt* exempla duo inveniri: part. praes. verborum *ire* et *quire* nominativo sing. excepto: *eunt-is* (pro **i-ont-is* cf. gr. *ἰ-όντ-ος*), *que-unt-is* (pro **qui-ont-is*). — Vocalem *u* thematicam suffixo antecedentem habent nomina quaedam ex part. praes. derivata: *vol-u-nt-arius, vol-u-ntas* (pro **volunt-ta(t)-s*, quae ad part. *volunt* (*volent*) pertinent. Alia quaedam nomina post afferantur.

Multo saepius ex *ont* ortum est *ent*, quae forma facta est in linguis italicis usitatissima, non minus in formis

---

[5]) Cf. quae Corssenus (vocalism.,ausspr. und betonung II[2], p. 86 sqq.) de *o* vocali in *u* mutata protulit.

prae-s-ens (osc. abl. *praesentid*), *absens, qui-ens, iens*, quam in verbis thematicis *fer-e-ns* ctt.

Comparanti igitur:

part. praes. scr. *dvish-ant-* cum *bhar-a-nt-*,
- - gr. *ὀντ-* (hom. *ἐ-οντ-*) cum *λυ-ο-ντ-*,
- - lat. *e-unt-* cum voce *vol-u-nt*-arius, *prae-s-ent-* cum *fer-e-nt-*

suffixi vocalem cum thematis vocali suffixum praecedente ut in lingua sanscrita, ita in linguis graeca et latina accuratissime congruere apparebit.

Haec habeo, quae de suffixo *ant* formando atque usurpando dicam. Ceteras linguas indogermanicas in quaestionem vocare nihil ad rem attinet.

Quoniam igitur eo perventum est, ut de vocabulis ipsis quaerendum sit, haud absonum erit verborum quorundam mentionem fieri, quae proprie quidem huc non pertinent, ad illustranda vero, de quibus fiet quaestio, nomina nonnihil valent. Sunt enim haec participia, quorum simplicia quidem verba et primitiva et denominativa exstant, composita tamen non inveniuntur:

absonans i. e. *absonus*: a juris ratione Instit. 2, 25, cujus quamquam verbum compositum **absonare* non est usitatum, simplex tamen exstat.

allacrimans: Juno Verg. Aen. X, 628; ubertim all. Apul. met. 10, 3 (**allacrimare*).

arrotans (**arrotare*): arrotanti tactu Sidon. ep. 6, 1.

circumlucens: fortuna Sen. ad. Marc. 2, § 5 (*circumlucet*: circumfulgit Glossarium latin. saec. IX ed. Hildebrand p. 53, n. 91).

circummulcens: lingua Plin. 28, 3, 30 (**circummulcere*).

circumrorans (**circumrorare*) Apul. Met. 11, 23.

circumsaltans (**circumsaltare*) Prud. c. Symm. 1, 135.

circumstridens (**circumstridere*) Amm. 14, 11, 17.

circumsudans (**circumsudare*) Plin. 14, 1, 16.

componderans (**componderare*) Apul. Asclep. 22.

concupiens i. e. valde cupidus: ad **concupere*, unde

derivatum est verbum inchoativum *concupiscere*, cujus ni fallor tempora perfecta *concupivi*, *concupitus sum* ad illud **concupio* in praesentibus temporibus inusitatum pertinent: *conc. regni* Enn. ann. 80; cum inf. Capitol. Max. 13, § 3.

confamulans (**confamulari*) Macr. sat. 1, 17 extr. § 69.

efflammans (**efflammare*): stella i. e. flammas emittens Mart. Cap. 2, § 207.

evidens (**evidere*) i. e. manifestus, perspicuus: Cic., Liv., al., adjectivorum more omnino adhibitum.

praefidens (**praefidere*) i. e. valde fidens: Cic. off. 1, 26, 90; Trag. poet. vet. ap. Cic. de orat. 3, 41, 166.

subalbens i. e. *subalbus* (**subalbere*) Cassiod. var. 5, 34.

subalbicans idem quod *subalbens* (**subalbicare*) Varr. r. r. 3, 9, 5; (verb. simpl. *albicare* a Varrone (ap. Non. 75, 26) transitive quidem, sed ab Horatio, Plinio aliis intransitive adhibetur.

subassentiens (**subassentire*) Quint. XI, 3, 100.

subdolens: faucium sensus. Cael. Aur. acut. 3, 2, 7 (**subdolere*).

suffrendens (**suffrendere*) Amm. 15, 12, 1.

superficiens i. e. *superfluens* (**superficere*) Ulp. dig. 39, 3, 1 § 11 (v. l. *superfluentem*).

superpartiens: numerus, idem quod superparticularis (**superpartire*). Mart. Cap. 7, § 762. Boëth. instit. arithm. 1, 24 (cf. composita: *superquadripartiens*, *supertripartiens* Boëth.).

superpendens: saxum (**superpendēre*) Liv. 37, 27, 7.

[*vesaniens*: ventus i. e. furens. Catull. 25, 13, cujus verbum comp. „*vesanire*“ apud Cassiod. demum (hist. eccl. 9, 30) reperitur.]

Quorum vocabulorum multa, quum diligenter perquisiveris, apud eos demum scriptores inveniri, qui post Augusti tempora floruerunt, et ad uuum fere omnia semel vel bis tantum legi intelleges. Quae quum ita sint, verba composita olim re vera usitata fuisse nemo erit, qui dicat, sed potius in suum quemque usum verborum simplicium participia cum praepositionibus composuisse scriptores facile concedes.

Accedit ad haec vocabula cum praepositionibus conjuncta participiorum magnus numerus cum *in-* negativo vel privativo (gr. *ἀν-*) conjunctorum. Sciscitanti autem quid sit, cur haec ab illis segregaverim haec habeo, quae respondeam. Cum verbis enim praepositiones quidem, sed *in-* privativum non conjungitur. Si igitur incideris in vocabulum, ut exemplo utar, *immerens*, hoc participium nequaquam ad verbum quoddam **immerere* referendum erit, sed adjectivum est ex *in* negativo et participio adjectivi vice functo *merens* compositum. Quam rem non temere esse conjectam inde intellegitur, quod inter magnum horum adjectivorum numerum ne unum quidem inveniatur verbum cum *in* negativo compositum; nam Plinii illud *indeceo* quum semel idque in epistolis (III, 1, 2: „juvenes confusa et turbata non *indecent*") legatur, consilio quodam a scriptore fictum videtur esse; illud vero *indignans*, *indignari* non esse verbum ex *in* et *dignari* ortum, sed denominatum ab adject. *indignus* quis est, qui neget. Participia igitur illa collegi collectaque quum ad rem nostram illustrandam nihil valeant, enumerasse satis habeo:

incessans, incunctans, infans, inficiens, immerens, innocens, inolens, inopinans, impatiens, impigens, impoenitens, impudens, insciens, insipiens, insolens, insperans, intemperans, intolerans, intrepidans, invidens;

incongruens, inconivens, incompetens, inconsequens, inconsiderans, inconsonans, inconstans, incontinens, inconveniens, indiligens, ineloquens, inobsequens, inobservans, impertinens, inreverens, insufficiens.

His praemonitis singula aggrediamur ac primum quidem quaeramus:

1. De nominibus ad verborum primitivorum participia spectantibus.

Ne quid dubii relinquatur, certis finibus circumscribendum esse duco, de quibus nominibus in hac dissertationis particula quaestionem instituturus sim.

Verborum enim magnus numerus dividitur in verba primitiva et denominativa, quorum illa ex ipsa radice ducta, haec a nomine quodam derivata sunt. Sic verbum *regere* ad rad. *reg*, quae reperitur in *rex* (pro *reg-s*), *reg-nu-m*, *reg-io*; sed verbum *regnare* ad *regnum* (st. *regno-*) nomen pertinet. Illa igitur nomina, quae participiorum more formata ad verba primitiva in lingua latina non usitata spectant, hac priore parte, altera ea nomina tractentur, quae a nominibus derivata participiorum ad verba denominativa pertinentium speciem praebent.

In priorem horum nominum classem pauca quidem sunt referenda, eorum vero nonnulla eaque non inusitata, quae etymologis propter originis, unde ducta sunt, obscuritatem multas afferunt difficultates.

Sed priusquam de formandi ratione aliquid conjiciam, singula vocabula nominatim recenseam, quum in suo quoque loco quae de eorum origine conjectata sunt annotem.

Ac primo quidem loco ponenda sunt duo vocabula, quae nisi fallor *ad verbum substantivum* pertinent. Sunt enim haec:

sons, *insons* i. e. noxius, innoxius; a *sont-* ductum est suffixi *ico* ope, *sonticus*. (De vocabuli *sons* nominativo sg. dubio cf. Neue, formenl. II², p. 85.) Quo in vocabulo interpretando in eorum partes abscedo, qui non solum simplicissimam, sed etiam maxime probabilem explanationem adhibent. Primus enim Clemmius (in Curtii studiis gramm. gr. et lat. III, p. 328) stirpis *sont- s* consonam nihil aliud esse quam verbi substant. stirpem, quae nisi in comp. *prae-s-ens*, *ab-s-ens* latine non reperitur, recte intellexisse mihi videtur. In terminatione vero *ont-* servata est vocalis *o*, quam in lingua latina conjectari quidem, sed alioquin ex literarum monumentis demonstrari non posse supra commemoravimus. Quam etymologiam esse simplicissimam quis est, qui neget? Nihilominus videtur non esse probanda, si in vocabuli notionem intuearis. Sed videtur tantum. Nam quae primus Clemmius conjecit, verbo *sons* significationem inesse: „der es gewesen ist“ i. e. noxius, ea probavit Bugge



(ibid. IV, p. 205) exemplis, quae e lingua vetusta boreali attulit, ut duabus linguis inter se concordantibus dubii nihil esse relictum ego quidem existimem. Aliam indidit vocabulo vim Leo Meyer (KZ V, 381), cujus auctoritatem secutus est Aufrecht (ibid. VIII, 71), *sont-* ortum esse ex **ksont* suspicatus, quod cum scr. r. *kshi* (praes. *kshajati* [delet]) et cum graec. r. *κταν* (pr. *κτείνω*) confert, ut *sons* significet: delens, occidens. Sed quum Corsseno auctore (krit. beitr. p. 33; nachtr. p. 70) *c* (*k*) in vocabuli lat. initio ante *s* elidi non possit, etymologia illa Meyeri est repudianda. Cujus vocabuli quas origines alii probarint, ne multus sim, silentio praetermittam.

Consentes: fere adhibitum tamquam epitheton deorum quorundam, qui Consentes dicti sunt (Varro l. l. 8, 38, § 70 sq.; id. r. r. 1, 1, 4; Arnob. 3, 40). De hujus vocabuli vi duae sibi oppositae sunt sententiae. Alterius[6]) auctor est Niebuhrius (röm. gesch. I, 428 denuo ed. Isler. Berol. ap. Calvary), qui *Consentes* part. praes. plur. verbi **consum* habet, quod in praesentibus quidem temporibus non reperitur, sed cujus temporum ex r. *fu* formatorum haec reliqua sunt: *confuerit* Cael. Aur. chron. 4, 8, 122, *confuturum* Plaut. mil. 3, 3, 66 (941), *confore* Ter. Andr. 1, 1, 140 (167); Symm. ep. 4, 68. *Consentes* igitur dei nominati sunt, quod una sunt, ad consilium coeunt. — Alteram sententiam protulit Corssenus (krit. nachtr. p. 281). Is enim *consentes* plur. stirpis **senti* (ad quam pertinet verbum *senti-re*) nom. forma *sens, quacum confert st. *parti* nominat. *pars*, ut *consentes* simili modo ac *concord-es*, *com-pot-es*, *ex-pert-es* formatum sit; significationem esse: qui consentiunt, concordant, censet, qua re quae veteres grammatici de vocabuli notione annotaverunt: *consentes*: consentientes vel consulentes, probetur (cf. Arnob. 3, p. 123: „hos (deos) Consentes et Complices Etrusci ajunt ... summi Iovis *consiliarios* ac principes existimari"). Quae si ita sunt, hoc

---

[6]) a Clemmio probatae in stud. III, 332.

vocabulum scilicet huc non est referendum. Quae Corssenus vir doctissimus de hujus vocis origine protulit, quum non magis quam quae Niebuhrius conjectavit, aliena esse a latina formandi ratione concedendum sit, in cujus sententiam abeam nescio. Accedit, quod quaenam insit proprie vocabulo significatio ex eis locis, in quibus legitur, non satis intellegitur.

In ceteris vocabulis enumerandis hac utar ratione, ut primum quidem nomina adjectiva, deinde substantiva afferam. — Exstant autem haec:

1. Adjectiva:

religens i. e. pius, religiosus Poët. ap. Gell. 4, 9, 1. part. praes. verbi **religere* non jam usitati, pro quo vulgo *relegere* usurpatum fuit. Si quispiam dixerit *religens* pro *relegens* librarii mendo esse ortum, unde profluxerit *religio* substant. ei docendum est.

rĕpens, *rĕpent-inus* i. e. subitus participium est verbi deperditi **rĕpere,* cujus stirpem *rep* inveneris in gr. *ῥέπ-ω* i. e. vergere, itaque *repens* proprie est vergens. *repens* vocabulum tropice dicitur pro subitus, quia lanx, quae pondere imposito vergit, statim inclinatur. Doederlein igitur (synonyma und etymologien VI s. v. repente; gloss. 2320) adverbium *repente* haud inepte interpretatur: *ῥοπῇ τινι*, momento. *conciens* semel ap. Apul. de mundo 23, saepius *inciens* i. e. propinqua partui (Fest. p. 97), adjectivum nisi in compositione non adhibitum ejusdem, ut videtur, originis ac graec. *κυ-εῖν*, *ἔγ-κυ-ος*, lat. *cu-mu-lu-s* ctt., quae omnia a rad. *ku* ducta notionem praebent tumendi, ut *inciens* sit femina, quae tumet (cf. Curti grundz. p. 156[4]). *Inciens* igitur eodem modo referendum est ad verbum quoddam intrans. **incuēre* (cf. gr. *κυεῖν*) mutata *u* in *i*, quo *cliens* ad verbum *cluēre*. Ceterum paulo post de utroque vocabulo denuo agam.

His adjectivum *prudens* adjiciam, quod quamvis huc non satis pertineat, quo alio loco collocetur, nescio. *Prudens* enim contractum est ex partic. *providens* eodem modo, quo *audere* ex **avidere*, *nundinum* ex **novendinum*

(Corssen I², 315). Inter *providens* et *prudens* vero hoc interest, quod illud tamquam partic. praes. verbi providere adhibeatur, hoc prorsus adjectivi potestatem induerit.

2. Substantiva:

dens: hoc vocabulum esse proprie part. praes. verbi *edere* (gr. ἔδω) nemo fuit priore tempore, qui negaret, quum conferretur cum gr. ὀδοντ- nom. ὀδούς, de cujus forma aeol. ἔδοντες cf. Ahrens, dial. aeol. p. 80: itaque *dens* pro *edens*. Quam etymologiam qui in dubitationem vocavit, primus fuit Schleicher comp. p. 61¹, 76³). Eum secuti sunt Max Müller (vorl. II, 262), Hugo Weber KZ X, 244). Ille enim e consensu linguarum (scr. *dant-a-s*, zd. *dañt-an*, lat. *den(t)-s*, got. *tunth-u-s*, theod. *zand, zahn*, lituan. *dant-i-s*, — gr. ὀδοὺς) formam hujus vocabuli indogermanicam *da-nt* fuisse a rad *da* (dividere), graec. autem ὀδοντ- vocali praeposita indidem esse deductam; voc. ἔδοντες (i. e. „die essenden") poëtice tantum pro ὀδόντες voce usurpatum conjectavit. Quamvis Curtius (grundz. p. 243⁴ sq.) exempla alia protulerit, quibus originem alteram a rad. *ad* ductam probet, tamen quae Schleicher et alii protulerunt nondum refutata esse mihi videntur. Quae quum ita sint, in cujus sententiam abeundum sit dubito. Utcunque res se habet, in eo omnes conveniunt, quod voc. *dens* ab initio participium fuerit.

parens: hoc vocabulum esse part. praes. verbi *parĕre* (praes., *pario*), ut scriptum inveneris in lexicis, non prorsus verum est. nam verbi *pario* part. est *pariens*. Recte igitur Curtius (de aoristi latini reliquiis in prooemio ind. Kil. 1857/58, iterum typis expressum in stud. V, p. 439 sqq.), *parentes* ad aoristi, quem simplicem vocat, reliquias pertinere conjecit. Cujus significatione adhibita *parentes* sunt: qui pepererunt (gr. οἱ πορόντες, οἱ τεκόντες), non: qui pariunt (gr. οἱ τίκτοντες).

cliens: proprie est qui se ad potentiorem applicat, item qui causam, quam in judicio habet, alicui tuendam committit. Quae ego quidem de hujus vocabuli origine censeo, haec sunt: Stirps est *clu* (quae reperitur in gr. κλύ-ω, κλυ-τός,

lat. *clu-eo, clu-o, in-clu-tus* ctt.), unde derivatur verbum lat. *clueo, cluo,* quorum illud hoc antiquius videtur esse, si locos, in quibus utrumque verbum legitur, a Neuio (formenl. II[2], p. 426) collectos inspexeris. Verbi igitur *clueo* (vel — quod ad rem non attinet — *cluo*) part. praes. formatur „cluens", unde *cliens* usitatum oritur[7]). Mutatae *u* in *i* exempla haec ex multis afferre libet:

inclutus-inclitus, lubet-libet
maxumus-maximus, **manubus-manibus.*

A *gelu* derivatur *gelidus*
a *versu-* derivatur *versiculus*
a *cornu-* derivatur *corniger.*

Alia de hac voce formanda protulit Corssenus (II[2], 740) probante Curtio (grundz. p. 150[4]), quae quum concedere non possim, paullo accuratius in hanc rem inquiram. Corssenus enim *cliens* ex **clu-ie-ns* profectum esse contendit, ex quo **clŭ-ens*, *cliens* factum sit. *Clu-ie-ns* — *cluĕre* comparat cum verbo *cap-ie-ns* — *capĕre.* Quae verba non satis recte collata esse, inde intelleges, quod vocalem *i* praeter *capiens* hae praebeant formae: *capio, capiam, capiebam, capies* ctt. At nihil simile est illi **clu-ie-ns.* Qua in re silentio non praetereundum est, verbum *cluĕre* antiquioris, *cluēre* esse recentioris aetatis dixisse quidem (II[2], 293. 740), sed non demonstrasse Corssenum (v. contra ap. Neue l. l.). Neque vero cur **clu-ie-ns* formam illam quasi commenticiam finxerit apparet. — Haud aliter res sese habet de voce *inciens* formanda, quam Çorssenus, Curtius (v. s. v.) ex **in-cu-ie-ns* profluxisse annotaverunt, me vero non assentiente.

lucuns i. e. genus operis pistorii (Paul. ep. p. 119, 18; Varr. sat. Men. 71, II, 2; 83, 2). Hoc Curtius (symb.

---

[7]) Forma *cluens* semel legitur ap. Plaut. Men. 4, 2, 6 (575) ed. Ritschl: „cluentum fides" (lectio vulgaris est „clientium"); num praeterea servetur in nomine „Cluentius" dubitari potest, nam u ex diphthongo ou, ov, uv orta esse videtur, ut ex forma „Cluventius" (I. R. N. ind. nominum) apparet.

phil. bonnens. p. 276; grundz. p. 367[4]) part. praes. stirpis *luc* putat, quae inest in vocabulis *luxus* (gr. λοξός), *luxare* (gr. λοξοῦν), *lic-inus* (curvatus). *Lucuns* igitur comparari potest sabino *lixula* (ap. Varr. l. l. V, 22, § 107), quod edulii genus nos „bretzeln" vocare solemus. — De vocali *u* jam supra (p. 340) verba sunt facta. Eodem loco et thematis et suffixi vocales accuratissime inter se congruere monitum est. Quum igitur vocabuli *lucuns*, unde ductum sit, verbum non exstet, difficile est dictu, quonam spectet vocalis, utrum ad suffixum (ut in *e-unt; que-unt*), an ad stirpem (ut in *vol-u-nt-ariu-s*, *volu-ntas*). Ego quidem voc. *lucuns* non alio modo esse formatum censeo, quo *volunt-*, ut vocalis *u* sit vocalis thematica. Neque vero silentio est praetermittendum ne alteram quidem rationem a lingua latina abhorrere, quae res eis vocabulis confirmatur, quae infra s. t. II, 1 tractabuntur: ex quibus afferam: *terminus, femina.*

Flexuntes: quod verbum unde ductum sit, nescio an illis illustretur, quae Servius ad verba Vergilii Aen. IX, 606: „flectere ludus equos" annotavit. Dicit enim: „flectere autem antiquo verbo usus est; nam equites apud veteres Flexuntes vocabantur, sicut ait Varro." *Flexuntes* igitur ei sunt, qui equos flectunt, agitant: equites. Qua vocabuli originatione usus sit Granius Licinianus (in loco illo a ten Brinkio restituto Philol. XXI, p. 167 sq.), quum dicat: „Flexuntes a genere pensilium corrigiarum vocabant veteres, quos Homeri Nestor βοείους ἱμάντας dicit," non satis est dilucidum. Vocab. vero *flexuntes* videtur part. praes. verbi **flexere* pro vulgari *flectere*, unde derivantur: *flexio*, *flexibilis, flexilis.* Forma *Flexentes*, quae cum *Flexuntes* eodem modo confertur, quo *volent-* cum *volunt-* (*volunt-arius, voluntas*), latere videtur in illo Hesychii: Φλεξεντιής· ἱππικὴ τάξις παρὰ Ῥωμαίοις, ubi pro „Φλεξεντιής" verbo, quod praebent codices, ten Brinkius (l. c.), „Φλεξήντεις" sagacissime conjectavit secundum morem Graecorum part. praes. latina in suam scripturam transferentium. Cf. κρήσκηνς, προύδηνς ap.

Fabrett. p. 666, 523 et Grut. p. 388. 4. et σαπίηνς ap. Plut. Tib. Gracch. (l. v. σαπιενς).

Ad haec vocabula optime applicatur genus illud *adjectivorum in -ficus desinentium,* quorum comparativorum et superlativorum stirpes (*-ficent-ior, -ficent-issimus*) participii praes. speciem prae se ferunt. Sunt autem haec (v. Neue, formenl. II², p. 111):

beneficus comp. *beneficent-ior,* sup. *beneficent-issimus,*
maleficus - *maleficent-ior,* - *maleficent-issimus,*
magnificus - *magnificent-ior,* - *magnificent-issimus* (cf. adv. *magnificenter*),
honorificus comp. *honorificent-ior,* sup. *honorificent-issimus,*
munificus - [*munificent-ior*], - *munificent-issimus,*
mirificus - - - *mirificent-issimus.*

Iam oritur quaestio subdifficilis, quanam ratione formata sit vocabulorum stirps *-ficent-*. Re vera non esse part. praes. primum quidem inde intellegitur, quod verbi *facere* cum adverbiis composita vocalem *a* integram retinent: *benefacere, malefacere, calefacere, tepefacre* al. (Corssen II², p. 886). Deinde vero quo gentium vocalis *i* participii *facient* abiisse tibi videtur? Denique ne quis dixerit esse haec vocabula quasi participia verborum in *ēre* a stirpe *-fico-* derivatorum (**beneficēre,* **maleficēre* ctt., simili modo quo stirpis *pio-* superlat. *pientissimus*), haec moneo: Eandem quam adject. in *-ficus* formandi rationem in comparativis et superlativis exhibent adject. *maledicus, benevolus, malevolus,* quorum non solum comp. *maledicentior* (Plaut. Merc. 142), *benevolentior,* et superl. *maledicentissimus, benevolentissimus, malevolentissimus,* sed etiam positivi *maledicens* (Plaut. Merc. 410), *benevolens* (Plaut., Terent.), *malevolens* (Plaut.) servati leguntur. Qua re probatur, *maledicens, benevolens, malevolens* composita esse ex adverbiis *bene, male* et part. praes. verborum *dicere* et *velle, dīcens* et *vŏlens.* Quae quum ita sint, illa quoque vocabula constare ex adverbio et forma quadam *-ficent* certum est. Ab illis igitur

adjectivis in *dĭcus* et *vŏlus* proficiscendum est nobis, ut rem nostram ad probabilitatem quandam producamus.

Quum enim horum vocabulorum comparativum et superlativum quasi *-entior, -entissimus* suffixis formare consuevissent — positivi in *-ens* desinentes postea non jam erant in usu — immemores haec suffixa re vera ex duobus coaluisse, quorum prius *ent-* ad stirpem (*volent-, dicent-*) pertineat, alterum tantum *-ior, -issimus* comparativi et superlativi terminationem contineat, secundum eorum analogiam etiam adjectivorum in *-ficus* comparativus et superlativus syllabis *-entior*, *-entissimus* paullatim fingebantur, veluti participiorum a verbis **benefĭcĕre* (praes. **benefĭco*), **malefĭcĕre* ctt. (quae quidem formatio plane abhorret a linguae latinae legibus) ortorum speciem praebentes. Eandem formandi viam ingressum est adverbium *magnificenter*, quod spectat ad positivum **magnificent-*. Quae non temere conjecta esse ea re confirmatur, quod ne in uno quidem loco scriptoris antiquioris comparativus in *-ficentior* vel superlativus in *-ficentissimus* sed in *-ficior, -ficissimus* desinentes — quae formae Ciceronis aetate non jam erant usu receptae — legantur. Locos collectos invenies apud Neuium, formenlehre II[2], p. 111 sq.).

His vocabulis adjiciantur quaedam originis latentis, de quo quae apud grammaticos conjectata repperi, hic rettulisse satis habeo.

Sunt autem haec:

1. Adjectiva:

clemens: hoc voc. confert Fick (vergl. wörterbuch der indog. spr. p. 47) cum scr. r. *çram* (pr. *çrâmjati*) fatigari, languescere, quae radix reliqua restat in gr. *κλαμ-αρός*· *πλαδαρός, ἀσθενής* Hesychii glossa; lat. igitur *clēment-* accuratissime cum scr. part. *çrâmjant-* congruit, ut proprie significet: languescens. — Alia originatione usus est Leo Meyer (vergl. gr. II, 269), quum a vocabulo *clēment-* suffixo *ment* absciso *clē* ex *clet* emanasse idque idem ac nostrum „*hold*“ esse censeat.

ingens et *recens*, unde originem duxerint non explicatum est a grammaticis, nisi quod Leo Meyer (gr. comp. II, 85) haec vocabula inter ceterorum adjectivorum participii praes. speciem praebentium vim enumerat, quo facto *ge* (*in-ge-n(t)s*) et *ce* (*re-ce-n(t)-s*) stirpes habere videtur; de qua re quod non uberius locutus est valde doleo. Nam nisi fallor haec verba omnino huc non pertinent.

Ac primum quidem *ingens* compositum est ex praepositione *in* et *genti* (nomin. *gens*), quod idem esse videtur ac substant. *gens*. Ne quis crediderit hanc formandi rationem a lingua latina alienam esse, conferat adject. *vecord-* (nom. *vecors*, ex praep. *ve* et subst. *cord-* factum), *ex-animus*, alia. *Ingens* igitur is est, qui degenerat, degener est. Inde profluit notio permagni ut nos eadem translatione usi rem aliquam vastam atque immanem „*ungeschlacht*“ vocamus. Quae etymologia quamvis verisimillima videatur, tamen alias quasdam exstare, silentio non est praetermittendum. Alteram enim compositi partem *-gens* ex r. *gen* (quam invenias in *gen-ui*, *ἐ-γεν-ό-μην* ctt.) derivatam habere licet, ut *ingens* proprie dictus sit qui factus, genitus non est: „ungeboren, nicht dagewesen“, simili significatione, qua quae praeter omnem exspectationem fiunt inaudita proprie dicuntur. Si ita res sese habet, vox *ingens* est stirps in *i: ingenti*, nom. *ingens* ut stirpis *parti* nom. *pars*. — Tertiam hujus vocabuli explicandi rationem iniit Clemmius „Studiorum“ vol. VIII, p. 11, ubi *in-ge-ns* ex similitudine verbi *in-crescere* a breviore stirpe *ge* derivatur, quae vocabulo *in-di-ge-tes* subest.

De vocabuli *recens* origine, quod promam, nihil habeo.

2. *Substantiva:*

fons: in hujus vocabuli originem diligentissime inquisivit Corssenus (I², 158. 801; II², 177; beitr. 215; nachtr. 234); accessit ad ejus sententiam Curtius (grundz.⁴ p. 204). Ille enim vocab. *fons* esse ortum ex **fov-ont-* censet, cujus stirps *fov* (*fou*) aucta est ex simplici stirpe *fu*, ut graeca, quacum congruit, *χεν* (*χέ(ϝ)-ω*, fut. *χεύ-σω*) ex *χυ* (*ἐ-χύ-θην*,

χύ-μα); stirps *fu* latina reperitur in *fu-tis* (vas aquarium), *fu-n-d-o*. Ex genuina forma vocis *fons: *fovont* oriuntur *v* consona elisa **fo-ont*, vocalibus contractis *fōnt-* (nom. *fons*) significans: quod profundit sc. aquam.

Aliorum, quae de hac voce protulerunt viri doctissimi illud tantum Buggii (in Curtii stud. IV, 343) commemoraturus sum. Bugge enim monet esse verisimillimum, verba *fons* et *mons* eodem modo formata esse. Ut igitur voc. *mons* ex rad. *men* (*e-min-ere, pro-mun-turium;* v. Corss. nachtr. p. 80 sq.)[8]), ita voc. *fons* ex rad. quadam **fen* profluxisse haud absonum est. Quam radicem **fen* cum scr. *dhan* (*dadhanti:* agitat, dimittit) congruere nemo neget, ut *fons* (st. *fonti-*) proprie id significaverit, quod dimittit sc. aquam. Est haec explicatio ab illa, quam primo loco protuli, haud ita diversa.

frons (gen. *frontis*) unde natum sit nescio. Leo Meyer quidem (vergl. gramm. II, 88) in eorum nominum numerum refert, quae suffixi *ent* ope formata sunt, quum id ex **frvont-, fruont-* profectum ad zd. *brvat*, gr. *ὀφρύς* (cf. theod. „*braue*") pertinere conjiciat. Sed eam rem non magis probavit, quam substant. „*mons*" idem esse ac. scr. *mahant-* (magnus) et *fons* idem ac *φρεατ-* (ibid.). Donec vero probaverit, quae conjectavit, non est, quod in ejus sententiam discedam.

rudens: hanc vocem re vera esse part. praes. summo jure aliquis dixerit; sed ad quod verbum pertineat, nemo est, qui demonstrarit. Nam quamvis stirps *rŭd* linguae latinae triplici significatione adhibeatur[9]), tamen, quae ad hoc vocabulum spectet, exsistit nulla.

---

[8]) Curtius (grundz.[4] p. 303) voc. *mons* ducit a r. *mu-* (*munire*), quum conferat theod. *berg* et *burg*. At restant difficultates.

[9]) 1) *rŭd-ere* i. e. mugire, quocum Corssenus (I[2], 360) contendit vocem *rudens*. Sed quam similitudinem habeat funis cum mugiente bestia non satis intellego.

2) *rŭd-is:* indigestus, incultus; cf. *rŭdimentum*.

3) *rŭd-is:* scipio gladiatori confecta pugna traditus; cf. *rudicula, rudiarius*.

Haec sunt nomina non ita multa, quae participiorum praebent speciem a verbis primitivis ductorum.

2. De nominibus praes. participiorum derivatorum speciem praebentibus.

In quaestione de his nominibus instituenda primum quidem quid insit proprii huic formandi rationi accurate constituturus sum. Quod nescio an nulla re fiat clarius intellectu, quam verbis illis Corsseni, qui (krit. beitr. p. 339) de nominibus in *-ali-*, *-ari-*, *-ario-*, *-ato-* ctt. (ut *ruralis, singularis* al.) haec verba facit:

„Es versteht sich, dass die eben besprochenen nominalendungen mit dem langen *a* in der sprache sich emancipirt haben und selbstständig und unabhängig von verben der a-conjugation, ihrem eigentlichen mutterstock, aufgetreten sind, d. h. mit anderen worten: zahlreiche wortformen der art sind nach der analogie bereits vorhandener mit jenen suffixen gebildet worden, ohne dass ihnen jedesmal ein gleichstämmiges verbum der a-conjugation vorherging. Aber sie haben solche „wenigstens ideell" zur voraussetzung, wie es Pott ausdrückt, indem er von den bildungen *consula-tus, coron-a-tus* u. a. spricht (E. F. II, 1015 2. aufl.), während Bopp dieselben gleichsam nur nachahmungen der von den verben der ersten conjugation entspringenden abstracta nennt (vergl. gr. III, 428 2)[10])."

Inde intellegitur, in eo verti quaestionem, *quorum participiorum ex analogia uno quasi formationis gradu interposito illa nomina formata sint.*

Haec formandi ratio haud raro reperitur non solum in latino sermone, sed etiam in aliis linguis neque difficile est, magnum exemplorum numerum afferre. Quorum vice fungantur duo tantum verborum genera.

---

[10]) Cf. etiam quae dicit (krit. beitr. 517) de adjectivis in *-utus*, *-etus*, *-itus*, *-otus*.

1. Primum obtineat locum latinorum nominum et adjectivorum et substantivorum magna copia, quae suffixi *-to* (nom. *-tus, -ta, -tum*) ope formata participiorum perfecti speciem praebent[11]).

Sic ad verba denominativa in *a* (*are*) spectant:

adject. *ansa-tus,* a substant. *ansa.*
- *aura-tus,* - *aurum* (*auro-*)
- *falca-tus,* - *falx* (*falc-*)
- *arcua-tus,* - *arcus* (*arcu-*)
- *grada-tus,* - *gradus* (*gradu-*)
- *alba-tus,* ab adject. *albus* (*albo-*)
- *vetera-tus,* - *vetus* (*vetes-, veter-*)

subst. *decemvira-tus,* a substant. *decemvir* (*viro-*)
- *consula-tus,* - *consul*
- *secunda-tus,* ab adject. *secundus* (*secundo-*)
- *matronatus,* a substant. *matrona.*

Ad verba in *i* (*ire*):

adject. *pellī-tus,* a substant. *pellis* (*pelli-*)
- *avī-tus,* - *avus* (*avo-*)
- *mellī-tus,* - *mel* (*mell-*)

Ad verba in *u* (*uere*):

adject. *astu-tus,* a substant. *astus* (*astu-*)
- *nasu-tus,* - *nasus* (*naso-*)

Ad verba in *o* (**ōre* = *οω*):

adject. *aegrō-tus,* ab adject. *aeger* (*aegro-*)

subst. *Nodō-tus,* a substant. *nodus* (*nodo-*)

Ad verba in *e* (*ēre*):

subst. *arborētum,* a substant. *arbor*
- *buxētum,* - *buxus* (*buxo-*)
- *cupressētum,* - *cupressus*
- *quercētum,* - *quercus* (*quercu-*).

Quibus nominibus quae e lingua vernacula, qua nunc

---

[11]) In haec nomina diligentissime inquisivit nuperrime *Georgius Bordellé* in dissertatione, quam scripsit „de linguae latinae adjectivis suffixo -to a nominibus derivatis“. Qua, ut hanc commentatiunculam scriberem commotus gratias habeo auctori maximas.

utimur, in comparationem vocentur, haec exempla proferantur:

bepelzt (pellitus) a substant. *pelz*
beherzt (cordatus) - *herz*
gehenkelt (ansatus) - *henkel*
gestiefelt (calceatus) - *stiefel*
gestreift (virgulatus) - *streifen*
geartet (ingeniatus) - *art*
verkappt (velatus) - *kappe;*

quorum verba denominativa: bepelzen, beherzen ctt. in usu non sunt.

2. Altero loco ponantur verba illa inchoativa, quibus nominalium nomen indiderunt grammatici, in *a-sco, e-sco, i-sco.* Verba enim denominativa, a quibus haec inchoativa profecta sint, saepe non exstant.

Quae verba in *iscere* collegi haec sunt:

laetī-scere (*laeto-*)
longī-scere (*longo-*)
vetustī-scere (*vetusto-*)
fatī-scere, de-feti-scere (cf. *fati-* in adverbio *af-fati-m*).

Quomodo autem *dormi-scere* a dormiendo, *concupiscere* a stirpe *cupi* (in *cupī-vi*) formantur, eodem modo haec *laetī-scere*, *longī-scere* a verbis **laetire*, **longire*, quae quidem sunt inusitata, ducta intellegenda sunt. Sin quis dixerit *laetiscere, longiscere, vetustiscere* ctt. ex ipsis nominibus *laetus, longus, vetustus* derivata esse, is cur haec nomina vocalem *i*, nomina vero *gemma, flamma, fistula* in verbis *gemmescere, flammescere, fistulescere* vocalem *e*, *puer, tener, gelu* in verbis *puerascere, tenerascere, gelascere* vocalem *a* adhibuerint ostendat.

Exemplorum in *ascere* haec obtineant locum:

ira-sci (*ira*) cf. *ira-tus*
puella-scere (*puella*)
puera-scere (*puero-*)
tenera-scere (*tenero-*) et *tenere-scere*
vespera-scere (*vespero-*); *vesperari* semel legitur ap. Solin. 11, § 9.

Multo major est verborum in *escere* eadem ratione formatorum copia. Qua in re nescio an valuerit, quod verba in *escere* haud pauca a verbis denominativis in *ēre* re vera usitatis, quae quidem potestatem intransitivam exhibent, nata sunt: ut *canescere* a *canēre*, *rubescere* a *rubēre*, sexcenta alia, secundum quorum analogiam alia formata sunt. Exempla haec sunt:

gemme-scere (*gemma*) cf. *gemmascere*
flamme-scere (*flamma*) cf. *flammare*[12])
fistule-scere (*fistula*) cf. *fistula-tus*
penne-scere (*penna*) cf. *penna-tus*
pustule-scere (*pustula*) cf. *pustulare*
silve-scere (*silva*) cf. *Silva-nus*
spine-scere (*spina* cf. *spinē-tum*) cf. *spina-lis*
plume-scere (*pluma*) cf. *pluma-tus*
sicce-scere (*sicco-*) cf. *siccare, sicca-scere*
lasse-scere (*lasso-*) cf. *lassare*
mascule-scere (*masculo-* cf. *mascule-tum*)
mute-scere (*muto-*)
note-scere (*noto-*)
rufe-scere (*rufo-*) cf. *rufare*
crude-scere (*crudo-* cf. *crudē-lis*)
mature-scere (*maturo-*) cf. *maturare*
sane-scere (*sano-*) cf. *sanare*
surde-scere (*surdo-*) cf. *surdare*
vane-scere (*vano-*) cf. *vanare*
curve-scere (*curvo-*) cf. *curvare*
brute-scere (*bruto-*)
rauce-scere (*rauco-*) cf. *raucare, raucire*
fermente-scere (*fermento-*) cf. *fermentare*
e-junce-scere (*junco-* cf. *junce-tum*)
lŭte-scere (*luto-*) cf. *lutare*
re-morbe-scere (*morbo-*)
crebre-scere (*crebro-*) cf. *crebra-tus*

[12]) Verborum in *are* maxima pars transitive usurpari solet.

glabre-scere (*glabro-* cf. *glabrē-tum*) cf. *glabrare*
macre-scere (*macro-*)
macere-scere (*macro-*) cf. *macerare*
grande-scere (*grandi-*) cf. *grandire*
grave-scere (*gravi-* cf. *gravē-do*) cf. *gravare*
dulce-scere (*dulci-* cf. *dulcē-do*) cf. *dulcare*
mite-scere (*miti-*)
molle-scere (*molli-* cf. *mollēre* Theod. Prisc. 1, 28)
pingue-scere (*pingui-* cf. *pinguē-do*) cf. *pinguamen*
segne-scere (*segni-*)
sterile-scere (*sterili-*)
tenue-scere (*tenui-*) cf. *tenuare*
vile-scere (*vili-*)
febre-scere (*febri-*) cf. *febrire*
juvene-scere (*juveni-*) cf. *juvenari, juvenī-lis*
corne-scere (*cornu*) cf. *cornu-tus*
arbore-scere (*arbor* cf. *arbore-tum*) cf. *arborator*
carbone-scere (*carbon-*) cf. *carbona-rius*
dīte-scere (*dīt-*) cf. *ditare*
frutice-scere (*frutic-* cf. *frutice-tum*) cf. *fruticare*
matre-scere (*mater*) cf. *matrī-nus*
lapide-scere (*lapid-*) cf. *lapidare*
radice-scere (*radīc-*) cf. *radicare.*

Eadem igitur quae in his duobus vocabulorum generibus ratio formandi valet in nominibus suffixi *ent* ope derivatis, quae jam tractaturi sumus. Quorum

I. primum quidem ea referam quae a nominibus usitatis oriuntur:

A. Nomina in *ans* exeuntia multo plurima sunt haec:

1) a substantivis in *a* deducta:

animans (*anima*) idem quod *animatus* i. e. cui anima inest. Non est part. praes. verbi *animare*: hoc enim verbum transitive (animam alicui indere), nomen *animans* intransitive adhibetur.

araneans (*aranea*) i. e. *aranearum* texturas continens; fauces ar. Apul. Met. 4, 22.

comans (*coma*) idem quod *comatus;* — composit.: *auricomans*, *flammicomans*, *flavicomans*, *glaucicomans*, *ignicomans*. (Verbum simplex *comare* legitur ap. Paulinum Nolanum et Tertullianum).

rosans idem quod *roseus:* Poëta in Catalect. 2, 28.

regammans i. e. duplicis gammae figuram repraesentans: limes Aggen. in Frontin. p. 62 ed. Goesius; linea Auct. de limit. p. 254. Nomen enim graecum *τὸ γάμμα* (st. *γαμματ-*) in lingua latina feminini generis est.

stellans i. e. stellas gerens: caelum st. Lucr., gemma st. Ov., frons st. Mart.; cf. *stellatus*. (Verbum transit. *stellare* bis legitur apud Plin. et apud Symm.).

2) A nominibus in *o* derivata:

a) a substantivis:

buxans i. e. buxum colore referens: pallor Apul. Met. 8, 21.

corniculans i. e. corniculi sive cornus figuram praebens: luna Solin. 32, 17; Ammian. 20, 3 (cf. *cornicula-tus*).

rostrans i. e. rostrum impingens: rostrante vomere Plin. 18, 49, 4.

b) ab adjectivis:

caerulans i. e. caeruleum colorem gerens: Musa peplo caerulanti circumlita i. e. Astrologia: Fulgent. Mythol. p. 26 ed. Muncker. — Memoratu dignum videtur, vocabulum *caerulans* non ab adject. *caeruleus*, sed ab adject. poëtice tantum adhibito *caerulus* natum esse (cf. *caeruleatus*).

punicans i. e. punicum colorem gerens: phalera p. Apul., facies p. prae pudore Apul.

quadrupedans i. e. quatuor pedibus incedens, ab adject. *quadrupedus* idem significanti ortum: canterius q. Plaut., equus q. Plin., q. substant. i. e. equus Verg. (cf. *quadrupeda-tim*).

unanimans idem quod *unanimus* Plaut. Truc. 2, 4, 81, Amm. 21, 5, 9. Hoc *unanimans* non compositum esse ex *un-* i. e. *unus* et *animans* i. e. part. praes. verbi *animare*, sed esse part. verbi denominativi **unanimare* ab *unanimus* orti monere non esse supervacaneum videtur, quum nunc quoque in lexicis, quibus utimur, talia legantur (cf. *animans*).

velivolans i. e. quasi velis pennatus. Poëta ap. Cic. de div. 1, 31, 67, ab adject. *velivolus*.

3) A substantivis in consonam desinentibus deducta.

ferruginans: guttae f. i. e. guttae, quae ferruginem sapiunt Tert. adv. Valent. 15.

pontificans i. e. qui pontifex est: pontificante Apostolico viro domno Sergio Fabretti inscr. p. 735 no. 463. (Verbum *pontificare* (i. e. pontificatu fungi) nisi apud scriptores eccles. medii aevi non reperitur. Locos v. apud Du Cange, glossarium med. et infimae aetatis s. v. *pontificare.* — Cf. subst. *pontifica-tus*).

sulfurans i. e. sulfur continens: aquae sulfurantes Tert. adv. Val. 15 (cf. *sulfura-tus*).

Cum praepositione compositum legitur:

concolorans: i. e. eundem colorem praebens: figurae. Tert. Pudic. 8. — In hoc vocabulo eadem valent, quae supra de vocabulo *unanimans* sunt monita: non est compositum ex *con-* praepos. et verbo *colorare* (hoc enim transitive dicitur, *concolorans* intransitive), sed habendum est part. verbi **concolorare* ab adject. *concolor* derivati.

4) A substantivo in *e* hoc unum ductum est:

carians idem quod cariosus: tripus Mart. Capell. 1, § 10[13]).

5) Singillatim denique nominandum est, quod proprie huc non pertinet:

crispisulcans: fulmen i. e. fulmen quod e caelo emicat Poëta ap. Cic. top. 16, 61. Est enim verbum ex *crispo-* et *sulcans* compositum, quod quamvis simplex *sulcare* exstet, tamen compositum **crispisulcare* non invenitur. Compositum est eodem modo ac *flavicomans, glaucicomans.* Cf. etiam quae supra de participiis p. 341 sq. collectis sunt commemorata.

---

[13]) Vocabulorum *squamans* et *lividinans,* quae in lexicis quibusdam adhuc reperiuntur, mentionem non feci, quod in editionibus recentioribus sunt emendata: pro *squamans* nunc legitur ap. Manil. 5, 417: *squamas;* pro *lividinans* ap. Petron. Satir. 138, 7 *libidinantium* vel *litigantium.*

B. Nomina in *ens* desinentia a nominibus derivata pauca sunt:

pratens: proprie part. verbi **pratēre* a substant. *pratum* profecti: vireta p. i. e. v. prati colorem gerentia. Apul. Met. 8, 18 ed. Hildebr. (alii legunt: *patens.*)

piens: part. verbi *piēre* a *pio* derivati, vocabulum haud ita usitatum, ab adjectivo *pius* significatione non diversum. Legitur in inscriptionibus tantum, sic puero bono *pienti* C. I. L. III, 1531; parentes *pientes* ibid. V, 368 al. — Verum haud raro reperitur superlat. *pientissimus* (cf. Neue, formenl. II 2, p. 115 sq.). Quid intersit inter hanc vocem *pio-*, *pient-*, sup. *pientissimo-* et adjectiva in *-fico-*, comp. *-ficentior*, sup. *-ficentissimo-* ex eis apparet, quae p. 350 sq. dicta sunt.

Hoc loco nominis proprii *Vejens* mentio fiat, quod non alio modo a nomine urbis *Veji* natum videtur esse, ac *piens* a *pio-*. Dico igitur *Vejens* esse part. verbi cujusdam **vejēre* i. e. Vejis esse, habitare, unde *Vejens* est Vejorum incola[14]).

gracilens a *gracili-* vel *gracilo-* (cf. Neue, formenl. II 2, 87: gracilae: Terent. Eun. 2, 3, 23. gracila: Lucil. ap. Non. p. 489) idem quod *gracilis:* Naev. ap. Non. 116, 8 (cf. verb. inchoat. *gracile-scere* Ammian. 17, 4; 22, 15).

pestilens a *pestili-* (Arnob. 1, 20) i. e. pestem quasi continens, ut locus p. Cic., aedes p. Cic., munus p. Liv.[15]).

Accedunt singulari quadam formatione:

---

[14]) Qua in re facere non possum, quin alia quaedam nomina propria exstare commemorem, quae suffixo *ent* formata sunt. Ad eorum vero originem illustrandam, quum nihil habeam, quod conferam, annotasse ea satis habeo:

Picens: agri Piceni incola.

Laurens: Laurenti urbis incola (de subst. *Laurentum* infra agetur).

Ufens: fluvii nomen: de vocabuli origine accuratissime quaesivit Corssenus I², 151. 353; beitr. 199; nachtr. 203. 204: ejusdem esse stirpis opinatur, atque *ub-er* (cf. *ruf-us* et *rub-er*), ut *Ufens* sit fluvius, qui agrum uberem reddat.

Utens: fluvii nomen.

[15]) De formis *gracilentus, pestilentus,* post dicetur.



crepusculascens: quasi part. verbi **crepusculascere* a *crepusculum* similiter ac *vesperascere* a *vesper* (cf. supra p. 356) orti: hora cr. i. e. hora crespusculi vespertini. Sidon. ep. 8, 3 „dämmerstunde".

furvescens: part. verbi **furvescere* a *furvus* adject. deducti: i. e. qui furvus fit. Mart. Cap. 1, § 30.

His nominibus adjiciantur ea:

II. Quae a nominibus ignotis deducta sunt.

A. Nomina in *ans* excidentia:

In primo loco referamus duo adjectiva *crispicans:* cr. mare ventus i. e. ventus, qui mare crispicans reddit Gell. 18, 11, 3.[16]) et *ignicans* idem quod igneus: grana ign. Jul. Val. rer. gest. Alex. M. 4, 21. — Quae sunt non orta a nominibus *crispo-* et *igni-*, sed quasi a verbis **crispicare* (**crispico-*), *ignicare* (**ignico-*) eodem modo a *crispo-*, *igni-* profectis, quo *nigricare* a *nigro-*, *albicare* ab *albo-*.

elegans non idem est quod *eligens* (part. verbi *eligere*): *eligens* enim est qui eligit, *elegans* qui solet eligere, ut inter hoc et illud verbum idem intersit, quod inter *suspicare* (vulgo *suspicari*) et *suspicere*. *Elegans* est igitur part. verbi denominativi quasi a stirpe **elego* orti, aeque, ni fallor, ac *vadare* a *vado-* ad verb. primit. *vadere* pertinens (cf. quae exponit de hoc vocabulo Pottius Wurzellexikon III, 611).

petulans: verbi **petulare* part. Pauca tantum habeo, quae cum hujus vocabuli formatione conferam:

specul-ari	*speculo-* (unde *specula*, *speculum*)	*specĕre*
regula-re	*rēgulo-* (unde *regula*)	*regĕre*
figula-re (cf. *figula-tus*)	*figulus*	*fingere* (st. *fig*)
vincula-re	*vinculum*	*vincire*

Accedunt:

tegula-tus, *tegula-rius*	*tegulum*, *tegula*	*tegere*

---

[16]) Ne te effugiat, vocabulum *crispicans* verbi naturam servasse.

amīcula-tus *amīculum* *amicire*
Eodem modo:
petulans **petulo-* *petere*
esse formatum videtur; *petulu-s* igitur est qui petit, ut *stridulus* qui stridit (stridet), procacitatis quasi notione adjuncta.

mutuitans i. e. mutuaturus: mutuanti credere Plaut. Merc. prol. 58 ed. Ritschl. Cum hac formandi ratione non habeo, quod ex lingua latina comparem. Verba enim in *-itare* sunt frequentativa, quae vocantur. Hujus vero vocabuli potestas non est verbi frequentativi, sed desiderativi (quae lat. in *-urire* exeunt ut: *cenaturire, nupturire, parturire, empturire, esurire*). *Mutuitans* igitur esse part. verbi **mutuitare* a nomine *mutuito-* (ad adject. *mutuo-* pertinente) deducti conjectari quidem, demonstrari vero non potest.

praegnans: part. ex praepos. *prae* et stirpe *gna-* (in *(g)na-scor, (g)na-tus*) eodem modo quo part. *dans, stans* ex stirpibus *da, sta* formatum habeas libentissime. Quod fieri non posse vocabuli significatione probatur. Nam si *praegnans* esset compositum ex praepos. *prae* et part. **gnans*, vocabulum non gravidam, sed mulierem prae alia, sive praemature partum edentem significaret. Quae quum ita sint me non falli opinor, si *praegnans* part. verbi denominativi *praegnare*, unde praeterea profecta sunt: *praegnās* (ex **praegnă(t)s*, **praegnātus*, ut *mansuēs* ex *mansuētus*); *praegnāx;* subst. *praegnātus*, a nomine **praegno-* (i. e. pariturus, ut *praegnare:* „ante partum esse", „pariturum esse" „parturire" significet) ducti esse censeam.

aurīgans i. e. auri speciem praebens: color. Jul. Val. rer. gest. Alex. M. 3, 36, quasi part. praes. est verbi **aurīgare* ab adject. quodam inusitato **aurigo-* significanti: *aurum agens* originem ducentis.

Mira sane ratione formata sunt:

euans: participiorum more effictum a voce graeca εὐάν (cf. εὐάζειν), qua significatur vox mulierum bacchantium: Thyiades Catull. 64, 391 al.; natura verbi servata: euantes orgia Verg. Aen. 6, 517.

recontrans: alicui rei Tert. ad nat. 2, 8, quasi part. verbi **recontrare* a praepos. *contra* geniti (cf. *frustrare, frustra*)[17].

Accedit vocabulorum ad numeralia spectantium quoddam genus. Sunt enim haec:

quadrans i. e. proprie quarta pars alicujus rei: diei q. i. e. sex horae; assis q. i. e. tres unciae ctt.

sextans i. e. sexta pars assis, jugeri al. rer.

octans i. e. octava pars circuli. Vitr. 10, 6, 1.

dextans ex *de* et *sextans* contractum i. e. as sexta parte deminutus (fictum ut *deunx* i. e. undecim unciae); translate adhibitum: jugeri d. Colum., horae d. Plin.

dodrans ex *de* et *quadrans* contractum: summae cujuslibet in duodecim partes divisae partes novem: jugeri d. Liv., Col., horarum d. Plin.

Huc pertinet praeterea vocabulum *triens* i. e. tertia pars assis, vel alius rei.

Quam viam formandi ingressa sint haec vocabula, maxime apparet ex voce *quadrans* (*dodrans*) et *sextans* (*dextans*), quae quasi sunt participia verborum intransitivorum *quadrare* (usitati) et *sextare* ab adjectivis *quadrus* et *sextus* deductorum. Secundum eorum analogiam fictum est *octans*, pro quo **octavans* (ab *octavus* ut *sextans* a *sextus*) exspectaveris. * *Triens* videtur esse part. verbi *triēre*, quocum conferas gr. *τριάζειν*.

B. Nomina in *ens* exeuntia.

Ac primum quidem afferantur haec quatuor adjectiva:

fraudulens, cujus formae hae leguntur (collectae a Neuio, formenl. II², p. 95):

sg. abl. *fraudulenti* Plaut. Pseud. 2, 1, 7;

pl. nom. *fraudulentes* Cic. off. 2, 10, 36 in cod. Bamb. (quo pertinet adverb. *fraudulenter*).

---

[17]) Verba *frustrare* et *recontrare* eadem ratione esse formata non dico: *frustrare* re vera non ab adverbio *frustrā,* sed ab adject. **frustro-* inusitato quidem, cujus ablativus fem. gen est *frustra*, ortum est, *recontrans* vero a praepositione *contra* singulari quodam modo a Tertulliano fictum videtur.

opulens: Sall. Jug. 69, 3; Apul. Met. 8, 15 al. (cf. adv. *opulenter*).

turbulens: abl. *turbulentibus.* Callistr. Dig. 48, 19, 28, § 3 in cod. Flor. (cf. adv. *turbulenter*).

violens: Hor. carm. 3, 30, 10; epist. 1, 10, 37. Lucr. 2, 621 al. (cf. adv. *violenter*).

His adjectivis commune est, quod praeter formam in *-ens* formam in *-ento-* (nom. *-entus*) exhibent; de quibus quum infra uberius agatur, pauca tantum moneam. Sunt enim quasi part. praes. verborum intrans. **fraudulēre,* **opulēre* (cf. *opulescere* Fur. ap. Gell. 18, 11, § 4 [v. l. *opuliscere*]), **turbulēre,* **violēre* a stirpibus latentibus ortorum.

Quibus adjiciantur:

cracentes: ἁπ. εἰρ. in Ennii ann. 497 (Vahlen) i. e. graciles, eadem stirpe qua *grac-ili-,* pertinere videtur ad scr. *karç* (macescere), *kr̥ça-s* (macer, gracilis) (v. Curt. grundz.[4] p. 152; Leo Meyer, vergl. gr. II, p. 85): vocabulum igitur *cracentes* part. praes. verbi intr. **cracēre* (i. e. gracilem esse) esse liquet. — Accuratissime cum hujus vocis formatione congruit: *frequens,* quod unde originem duxerit Pottius (W. II, 2, 567) et Curtius (grundz.[4] 114, 303) eruisse mihi videntur. Hujus enim vocabuli stirps latet in scr. *bhr̥ça-s* (multus, creber), gr. φράσσω (r. φρακ: saepire, complecti), quod literis transmutatis inest in latino *farc-i-o;* quorum verborum vim propriam retinuit lituan. *brukù* (urgere, premere): *frequens* igitur (verbi intr. **frequēre* part. praes.) proprie valet: confertus, spissus (cf. senatus fr., theatrum fr.); porro: creber, multus.

uvens: uvidus, uvorem habens. Petr., Sil., Stat., part. verbi **uvēre,* quo spectat etiam verbum inchoat. *uve-scere;* (de vocis etymologia cf. quae memorant Corssenus I[2], 544, beitr. 57 et Curtius, grundz.[4] p. 186).

Restat ut de verbo quodam dicam, in cujus origine investiganda etymologis, qui vocantur, omnium opinione majores difficultates obstant. Vocem dico:

potens, quod part. praes. verbi *posse* consona *s* elisa

habere consuevimus, sed falso. Participium enim verbi *posse* secundum analogiam participiorum *ab-s-ens*, *prae-s-ens* formandum erat: **pot-s-ens* et literarum *t* et *s* assimilatione facta **possens* (ut in *possum*, *possim* ctt. ex **pot-sum*, **potsim*). Neque vero apparet, cur consona *s* post *t* deleatur[18]). Ac potius part. verbi **potēre* ducendum est. Cujus verbi num vestigia alia sese offerant quaeramus. Quod ex lingua latina promam nihil habeo; at in lingua osca legitur:

pútíad, idem significat quod lat. *possit*

pútíans, idem quod *possint*,

quorum *pútíad* conferimus cum lat. **pote-at*, *pútíans* cum **pote-ant*, quum stirps *pútí* congruat cum lat. **pote-* non alio modo quam

osc. *líkítud* cum lat. *licē-to*

\- *fatíum* - - *fatē-ri*

\- *hafíe-st* - - *habe-bit*[19]).

Quodsi Corssenus (II², 731. 732) judicat:

pútíad idem esse quod lat. *potiat(ur)*,

pútíans idem quod *potiant(ur)*, ut stirps osc. *potí* eadem sit ac lat. *poti-*, ejus auctoritatem sequi non possum, quum eandem vocalem *í* alias ad verba in *i* (*pútíad*), alias in verba in *ē* (*líkítud*, *fatíum*, *hafiest*, cf. II², 290. 732) adhibitam esse, in dubium vocem. Neque vero quod ab eadem stirpe in lingua osca verbum in *e*, in latina verbum in *i* (*poti-ri*) derivatum sit, est quod miremur. Cf. enim:

osc. *censa-mur* = lat. *censē-ntur*

\- *censa-um* = - *censē-re*

\- *censa-zet* = - *censē-bunt*

Illius igitur verbi **potēre* significantis *potem esse* vel *posse*,

---

[18]) ut vel Boppius, gr. comp. III², § 781 ann., § 785 censuit.

[19]) Cf. Corssenum II², 290: „die imperativformen altoscisch *líkítud*, neuoscisch *licitud* = lat. *liceto* verglichen mit *ac-tud, fac-tud* gehören sicher der e-conjugation an. Das altosc. hat also in *líkítud* das auslautende *ē* eines verbalstammes zu dem mittellaut zwischen *e* und *i* modificirt, der im oscischen durch *í* bezeichnet wird.“ In eundem fere modum disputat de ceteris duobus verbis (II², 331, 345, 732).

cujus reliquias, ni fallimur, in lingua osca investigavimus, part. praes. est *potens* postea adjectivorum more fere adhibitum. — Neque silentio praetermittendum est, fieri potuisse, ut *potens* a verbo primitivo *potĕre* proficisceretur, quod praeter hoc unum *potens* nisi deponens verbum non usurpatur. Formas, quae reliquae exstant, collegit Neue formenl. II², 418: *potĭtur, potĭmur, poti* (inf.), *poteretur, poteremur, poterentur* al. Quae res si ita se habet, activi part. *potens* eadem ratione cum passivi formis conferendum est, qua *potire* (Neue l. l. II², 268) cum *potiri*.

Ab hoc vocabulo prodiisse videtur praeter subst. *potentia*, subst. *potestas* eodem modo ex **potent-ta(t)-s*, **potens-tas* ortum, quo *egestas* ex **egent-ta(t)s*, **egens-tas*. Aliter interpretatur hanc vocem Corssenus (Beitr. 413; II², 217), quum *potestas* ex comparativo *potior* ita natum esse censeat, ut *majes-tas* ex *major*.

Jam ad hujus libelli priorem partem confectam pervenissemus, nisi etiam

De nominibus suffixi *-ento-* (*-nto-*) illi *ent-* (*nt-*) propinqui ope formatis

pauca dicenda essent.

Ac primum quidem oritur quaestio, quomodo haec duo suffixa *ent* et *ento* inter se cohaereant.

Quam ad rem illustrandam substantivum *cliens* alicujus momenti est. Hujus enim femininum vocali *a* adjecta formatur *client-a*. Sic intellegitur, qua in re, ut ita dicam, cardo vertatur: *ento* enim nihil est aliud quam suffixum *ent* vocali *o*(*a*) auctum[20]). (Cf. etiam: *gracilent-*, *gracilento-*; *violent-*, *violento-* ctt., de quibus infra quaeretur.) Neque vero inde sequitur, ut omnia nomina illo suffixo formata quasi e stirpibus in *ent-* orta esse statuatur. Cui rei quod conferam hoc habeo. Suffixum enim indogermanicum *mana* non solum in lingua graeca, sed etiam in lingua latina in participiis pass.

---

[20]) Cujus rei exempla e lingua sanscrita affert Boppius, gramm. comp. III², p. 184*).

Itaque illa quoque, de quibus est quaestio, vocabula a nominibus in *u* derivata esse colligi liquet. Conjecerunt eam rem Corssenus et Curtius de nominibus *autumnus* et *Clitumnus*.

Ex quibus *Clitumnus* propter gr. κλιτύς ad nomen quoddam **clitu-* pertinere vidimus; neque vero nomen ita natum esse, ut stirpi ipsi **clitu-* suffixum *mno-* subjungeretur, ut Corssenus censet, eis probatur, quae infra de nominis *calumnia* ratione notabuntur. Sed potius *Clitumnus* ortum est ex **Clitu-o-meno-s*, unde *u* et *o* contractis: *Clitū-mnus* factum est. — Num *autumnus* quoque eodem modo ortum sit, decerni non potest, quoniam neque **autu-*, neque **auto-* stirps servata est.

Ab hac vero ratione abhorrent: *Pilumnus, pilumnoe, Ratumena, Vitumnus*, quae ad nomina in *o* spectant: *pilo-*, **rato-* (*rota*), **vito* (*vita*). Itaque quoniam priscae latinitatis *o* postea in *u* transiit, illa nomina conjugationis in *o-* latinae[53] reliqua exstare veri est simillimum. — Sic *pilumnus*, *Pilumnus* re vera participium verbi denominativi in *-ōre* a stirpe in *o*: *pilo-* deducti (v. Curt. l. l.) habendum est. Idem valet de ceteris nominibus:

Ratumena pro **Ratō-mena* a **ratōre* (**rato-* cf. *rotundus* Curt. l. l. p. 277 sq.).

Vitumnus pro **Vitō-meno-s* a **vitōre* (**vito-*).

Sed ne quis arbitretur, illa verba denominativa omnia in usu fuisse, fieri potuisse moneo, ut nonnulla secundum illorum analogiam ita formarentur, ut vocali *u* cum suffixo *-meno* quasi coalescente suffixum *-umenus*, (*-umnus*) cum ipsis nominibus conjungeretur. Cujus rationis quum jam saepius facta sit mentio, ad ea delegasse satis habeo, quae supra (p. 371 sqq.) de nominibus in *-ulentus* sunt memorata.

Superest, ut de vocabulo quodam pauca afferam, cujus ratio a ceterorum formatione diversā est. Nomen dico: *farciminum* i. e. genus morbi in jumentis, quod semel legitur

---

[53]) De qua scripsit Curtius in Symb. phil. bonnens. p. 271 sqq.

p. 156; beitr. 308 sq.) censet, qua *pol-l-en, pul-vis, pal-ea, puls,* gr. *πάλη* ctt. (cf. etiam Curt. grundz.[4] 289). Ceterum hujus vocis formatio non satis est illustrata.

ventus: Curtio auctore (grundz.[4] 390) praes. part. obsoletum *o* vocali adjecta verbi cujusdam scr. *vâ-mi* (flare), gr. *ἀ-(ϝ)η-μι* idem est quod got. *vinds* (st. *vinda-*).

Unum restat adjectivum:

cruentus (comp. *in-cruentus, sub-cruentus* Cels.), cujus stirpem *cru* eandem esse atque nominis *cru-or* nemo est, qui neget. Eadem stirps inesse videtur vocabulis graecis *κρυ-μός, κρύ-ος, κρυ-ερό-ς*. Optime confert Fick (Wtb. I[2], 49 sq.) adj. lat. *cruentus* cum part. pr. zd. *khrvañṭ* ad rad. *kru* (tundere, laedere, rudem esse) pertinente.

c) Latentis originis exstant haec:

carpentum et *pilentum*, quae vehiculorum nomina non minus ex lingua gallica petita esse non absonum est, quam *essedum, covinus, reda, carruca, petorritum*[21]).

2) Deinde accedit certum quoddam genus nominum propriorum notione inter se conjunctorum. Sunt enim urbium quarundam nomina suffixo *ento* a substantivis derivata. Miranti alicui, qui fieri ssit, ut hpooc suffixo *ento*, quod quidem cum *ent-* in participiis formandis usurpato artissime cohaereat, in urbium nomina fingenda conferatur, genus illud substantivorum in *ētum* (de quibus quaesivit Bordellé l. l. p. 54 sq.) in memoriam revoco.

Haec enim nomina re vera sunt part. pass. verborum in *ēre* praeter unum (*virēre, virētum*) non exstantium. Neque

---

[21]) Suffixum *-ento, -nto* haud raro ad vocabula ex peregrinis linguis petita formanda confertur, cujus rei exempla haec sint:

talentum = gr. *τάλαντον*
cilibantum = gr. *κιλλίβας* st. *κιλλιβαντ-*
elephantus = gr. *ἐλέφας* st. *ἐλεφαντ-*
Agrigentum = gr. *Ἀκράγας* st. *Ἀκραγαντ-*
Tarentum = gr. *Τάρας* st. *Ταραντ-*
placenta = gr. *πλακοῦς* st. *πλακουντ-* ex *πλακο-εντ-*
Sipontum = gr. *Σιποῦς* st. *Σιποντ-*.

ad verbum *calvĕre* (Prisc. 883 Putsch.), *calvi* i. e. fallacias facere. De hujus vocabuli formatione Corssenus (II², 172 sq.) haec praebet: a stirpe *calv-* part. **calūmno-* consona *v* in *ū* mutata eodem modo formatum est, quo *volutus* a *volvo, solutus* a *solvo*. Quas voces non satis recte in comparationem vocatas esse inde intellegitur, quod suffixum *-to* stirpi merae adjungitur (*dic-tus, lec-tus, scrip-tus* ctt.), suffixum vero *mino-* vocalis thematicae, quae vocatur, ope cum stirpe componitur[54]). Ac potius vocab. *calumnia* (part. *calumno-*) ita esse formatum censeo, ut a verbo *calv-ĕre* part. med. fingeretur: **calv-o-meno-s*, inde consona *v* in *u* mutata: **calu-o-meno-s*, denique *u* et *o* contractis **calū-meno-s*, **calūmnus* ortum est. Eandem prae se fert rationem, praeter illud, de quo supra agitur *Clitumnus* ex **Clitu-o-meno-s* (gr. *κλιτύ-ς*): substant. *salu-s* ex **salvo-t(i)-s*, **salu-o(t)s, salū(t)s* natum. Cf. etiam lat. *su-surru-s* cum scr. *svara-s* (v. Corssen. beitr. 519).

Tolumnius: Vejentium regis (Liv. IV, 17. 19) et Rutilorum auguris nomen (Verg. Aen. XI, 429, XII, 258. 460), ejusdem esse stirpis videtur atque *Tul-l-iu-s, tuli, tolerare*, gr. *Τόλμαιος, τολμηρός*. Verbum **tolere*, ad quod pertinet, non jam exstat. Formandi ratio (*Tolumnius* a **tolomno-*, **tolumno-*) eadem est, quae nominis *Volumnius* a *Volumno-* (v. Corssen. II², 171 sq.).

Praeter haec, quae attuli nomina, nulla exstare mihi quidem videntur huc referenda, ut ad finem hujus disputatiunculae pervenissem, nisi de certo quodam vocabulorum genere verba facienda mihi essent.

Apud Curtium enim (erläut.² p. 142) substant. *ignominia* ex stirpe quadam **ignominus* prodiisse dicitur. Quam stirpem, quum suffixo *-mno* formata videatur, participii med. speciem praebere aliquis dixerit. Sed hujus substantivi ratio

---

[54]) Quae res eo non refutatur, quod in eis nominibus, de quibus p. 381 sqq. fiebat quaestio, suffixum cum ipsa radice conjunctum sit, quum hic de eis tantum nominibus agatur, quae a verbis latinis usitatis orta sunt.

crapulentus: Ammian. a subst. *crapula* Plaut., Liv. al.
poculentus: Scaev., Inscr. a subst. *poculo-* Plaut., Cic. al.

Hae voces *gracili-*, *crapula*, *poculo-* ad deminutivorum formationem spectant, quorum unde nata sint nomina non existunt.

His adjiciantur ea nomina a nominibus deminutivis ducta, quorum nomina principalia tradita inveneris:

aquilentus Varr. a subst. *aquula* (*aqua*) Plaut., Cic.
faeculentus Col., Cels. a subst. *faecula* (*faec-*) Hor. al.
febriculentus Marc. Emp. a subst. *febricula* (*febri-*) Cic. al.
glebulentus Apul. a subst. *glebula* (*gleba*) Plin. al.

Deinde accedunt adjectiva quaedam, quorum quae similia sunt nomina deminutiva ex posteriore demum aetate conservata legimus. Sunt enim haec:

bucculentus Plaut. a subst. *buccula* (*bucca*) Liv. al.
farinulentus Apul. a subst. *farinula* Vulgat.
frustulentus Plaut. a subst. *frustulo-* Apul.
pestilentus Laev. ab adj. *pestili-* (*pesti-*) Arnob.
pisculentus Plaut. Cato, al. a subst. *pisculo-* (*pisci-*) Charis.
terrulentus Prudent. a subst. *terrula* Cod. Just.
turbulentus Cic. al. a subst. *turbula* Apul.

Ex his igitur nominibus sequitur, ut adjectivorum *gracilentus, aquilentus, bucculentus* ceterorum vera terminatio sit *-entus*, non *-lentus* vel *-ulentus* (*-ilentus*). — Jam oritur quaestio haud ita facilis, quomodo factum sit, ut ceterorum, quorum vis multo major exstat, primitiva quidem nomina, deminutiva vero, a quibus sint derivata, non reperiantur. Ad quam rem illustrandam haec habeo, quae promam.

Primo quidem, ut taceam veri esse simillimum, plura vocabula in usu fuisse, quam quae apud scriptores ad hanc aetatem servata legamus, deminutivorum numerum in sermone plebejo fuisse paene innumerabilem monendum est. (Cf. deminutivorum magnam vim, quae apud Plautum invenitur; multa collegit Leo Meyer, gr. comp. II, p. 592 sqq.) Quorum plurimis uti scriptores dubitabant; non eodem modo



adjectivis in *-ul-entus* desinentibus, quae quidem ab illis erant profecta.

Postea quum hujusmodi adjectiva a nominibus deminutivis derivari solerent — solum adject. *cruentus* ab hac ratione alienum est ex stirpe ipsa ortum — syllaba *ul* (*ol*, *il*) proprie ad deminutivum pertinens ita cum suffixo *-ento* quasi coaluerat, ut inde novum quoddam suffixum *-ulentus* (*-olentus*, *-ilentus*) prodiisse videretur. Cujus rei multa exempla afferri possunt; nonnulla commemorare satis habeo.

Adjectivorum suffixo *to* a nominibus derivatorum quum magna copia a substantivis declinationis in *a* et *o*, quae quidem ex una declinatione in *a* sanscrita ortae sunt, originem duxerit:

declinationis in a: adj. *ala-tus, ansa-tus, fama-tus, gemma-tus, hasta-tus, lana-tus, laurea-tus;*

subst. *matrona-tus, parricida-tus, lympha-tus;*

declinationis in o: adj. *argentatus, auratus, cincinnatus, palliatus, rostratus, sagatus, umbilicatus;*

subst. *primatus, summatus, egregiatus, discipulatus, patronatus* ctt.,

vocalis *a* cum *to* suffixo ita coaluit, ut forma *āto-* tam usitata esset, qua nomina a substantivis non solum in consonam, sed etiam in *u* et *e* exeuntibus deriventur.

Exempla haec sunt:

adj. *aeratus* (*aer-*), *dentatus* (*dent-*), *foederatus* (*foeder-*, *foedes-*),

subst. *consulatus* (*consul*), *curionatus* (*curion-*).

U vocalis aut retinetur: *arcuatus* (*arcu-*), *artuatus* (*artu-*), *manuatus* (*manu-*), aut ejicitur: *gradatus* (*gradu-*), *sensatus* (*sensu-*). Stirpium in *e* exeuntium ratio illustratur vocibus: *caesariatus* (*caesarie-*), *speciatus* (*specie-*)[25]).

Altero loco ponantur verba illa in *ē-scere*, de quibus confer, quae supra (p. 357 sq.) sunt memorata. Verborum

---

[25]) De tota hac formandi ratione accuratissime quaestionem instituit Bordellé in commentatione supra commemorata.

enim inchoativorum ad verba intransitiva in *ēre* pertinentium numerus tantus est (*albēre* — *albescere*, *languere* — *languescere*, *fervere* — *fervescere*, *horrere* — *horrescere*), ut non syllabis *-scere*, sed *escere* fictorum speciem praebuerint. Quo factum est, ut non solum *fervescere* ctt., sed etiam *flammescere, segnescere, comescere* ctt. (exempla allata sunt supra l. l.) diceretur, verbis in *-ēre* unde deducta sint non exstantibus.

Postremo commemorentur substantiva illa in *-ētum*, quorum jam mentio facta est.

Haud aliter res sese habere videtur in majore adjectivorum in *-ulentus* parte.

Denique superest, ut moneam a deminutivis aliorum quoque suffixorum ope nomina formari. Cujus rei exempla haec sufficiant:

febricul-osus (*febricula*) cf. *febricul-entus*, *fraudul-osus* cf. *fraudulentus, scrupul-osus* (*scrupulus*), *siticul-osus, gesticularius* (*gesticulus*), *scripul-aris* (*scripulum*). Cf. etiam verba: *postulare*, *petulans*, *stipulari* (*stipulus*), *strangulare, ventilare* (*ventulus*) ctt.

Jam ad adjectiva ea enumeranda accedamus: quorum apud scriptores, qui Augusti temporibus antiquiores floruerunt, haec inveniuntur:

esculentus (*esca*) Varr., Cic., al., *lutulentus* (*luto-*) Cic. Hor., Ov., al., *mustulentus* (*musto-*) Plaut., al., *potulentus* (*poto-*) Cic., Suet., al., *vinolentus* (*vino-*) Cic., al., *corpulentus* (*corpus, corpor-*) Plaut., al., *fraudulentus* (*fraud-*) Plaut., Cic., al., *luculentus* (*luc-*) Plaut., Terent., Cic., al., *opulentus* (*op-*) Plaut. Enn., Cic., al., *pulverulentus* (*pulves-, pulver-*) Cic., Verg., Ov., *rorulentus* (*ros*, *ror-*) Scriptt. rer. rust., *sanguinolentus* (*sanguin-*) Varr., Ov., Tibull., al., *truculentus* (*truc-*) Terent., Cic., Ovid., Catull., al., *violentus* (*vi-*) Cic., Ov., al., *macilentus* (*macie-*) Plaut., al.

Apud eos scriptores, qui post Augusti tempora fuerunt, solos haec leguntur:

l. l. 621 Kirchhoffium secutus prorsus aliter explicat atque ego, de quo tamen non opus est me ea repetere, quae contra sententiam Kirchhoffii supra p. 253 protuli. denique nonnulla minora prorsus omisi, ne lividam quandam Bambergianae et meae operae comparationem metuisse viderer.

praeterea epilogico huic prologo inserere mihi liceat correctionem aliquam ad rem metricam pertinentem. nam quae C. i. A. 478 exstant verba *Α]ἰνέᾳ τόδε σῆ[μα* versus hexametri partem fuisse supra p. 272 affirmavi. neque aliter Kirchhoffius de hac re iudicasse videtur, quoniam et huic versui et ei qui sequitur notam lacunae subiunxit. at rectius fortasse Bergkius, „Griechische Literaturgeschichte" I, p. 385, hunc titulum eis versibus vetustissimis adnumeravit, qui brevi ordine aut anapaestico paroemiaco aut omissa anacrusi logaoedico continentur. quam sententiam eo libentius amplector, quod, cum talis versus et ⏔ ⏕ – ⏕ – ⏓ et ⏔ ⏑ – ⏕ – ⏓ formam metricam habere possit, *Αἰνέᾳ* in *Αἰνείᾳ* corrigi necesse non est. neque enim in altero versu *Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε* thesis primi pedis longa syllaba efficitur.

postremo loco commemorandum est p. 284 v. 18 *veterum* pro *ceterorum* errore typographico positum esse non sine aliquo damno sententiae.

Caput V.

DE DECLINATIONE NOMINUM.

1. In terminationibus singularis numeri primae, quae volgo dicitur, declinationis α longam et η vocales non alia ratione apud Atticos antiquioris aetatis usurpatas esse quam apud eos scriptores, quorum libri nunc exstant, supra iam ostendi eo capite, quo de singulis vocalibus mihi agendum fuit, p. 244 sqq. ubi id quoque iam commemoratum est, errasse eos, qui paucas quae huc pertinent formas tamquam vestigia Iadis paulatim in Atthidem se mutantis esse voluerunt.

Sed haec hactenus. — Superest, ut

3. De nominibus quibusdam *ja-* suffixo a participiis praes. derivatis quaeram[26]).

Nominum, quae hujus suffixi ope a nominibus et adjectivis (partic.) et substantivis in *-nt-* (et *-ento-*) desinentibus nascuntur, copia est paene innumerabilis: nominum appellativorum femininorum in *-ntia* numerum esse majorem ducentis sexaginta commemorasse sat est. Quibus omnibus enumerandis quum ad rem nostram illustrandam nihil conferatur, in eis vocabulis tractandis acquiescamus, quae miram quandam formandi rationem praestent.

Ac primum quidem afferamus substant. *nuntius,* de cujus origine Corssenus (I², 51) sic statuit: *nuntius*, cujus formam vetustiorem *nountius* memoriae tradidit Marius Victorinus [p. 12. 18 ed. Keil. grammaticorum vol. VI], proprie est part. praes. verbi causativi **novēre* (ut *docēre, nocēre*) ab adj. *novo-* deducti et *ja* suffixo aucti: **novent-ios, nountius* (*e* elisa ut in *noundinae* ex **novendinae*), **nontius, nuntius.* Verbo **novēre* vis subjecta est: novum reddere aliquid, novi aliquid afferre, ut *nuntius* sit: qui novam quandam rem apportat. Quae si recte sunt conjectata (aliud proposuit Bergkius, Zeitschr. f. altertumswissenschaft 1855 p. 300: *nuntius* = **novi-vent-ius*), *nuntius* solum esset nomen appellativum masc. gen. suffixo *entio* formatum[27]).

Multo majorem esse copiam substantivorum in *entia* (*antia*) exeuntium jam supra monuimus. Quorum huc pertinent:

sententia: ne hoc vocabulum ex part. praes. verbi *sentire* derivatum habeamus et formatione et significatione vocis

---

[26]) Nominum quorundam aliis suffixis derivatorum suo cujusque loco mentio facta est: sic *voluntarius, voluntas* p. 340 *sont-icus* p. 344 *potestas* p. 367.

[27]) Memoratu dignum videtur, etiam neutrius gen. unum solum exstare subst. hoc suffixo effictum: *silentium* a part. *silent-* verbi *silēre* deductum.

prohibemur. Quoniam part. verbi *sentire* est *sentient-*, substant. inde ductum formandum est: **sentientia*. Neque vero *sententia* idem est quod **sentientia* i. e. sensus, gr. *αἴσθησις*, in vernacula lingua: „empfindung" ad verbum *sentire* i. e. „empfinden", gr. *αἰσθάνεσθαι* pertinens, sed potius *sententia* est judicium factum vel opinio ab aliquo prolata (nos.: „meinung, urteil"). Qua re substantivum *sententia* eodem modo cum praes. verbi *sentire* non sine veritatis specie confertur, quo *parens* cum verbo *pario* (cf. supra p. 347), ut *sentent-* sit part. aoristi cujusdam in lingua lat. non jam exstantis quidem, cujus tamen reliquias in aliis vocabulis investigavit Curtius (Stud. V, p. 441). Quae si ita sunt, etiam quod differat inter nominis *sententia* et verbi *sentire* notiones non difficillime tollitur. Conferenti enim substantivum *sententia* cum verbo *sentire* illi vim ejus aoristi inesse apparebit, cui Curtius nomen „effectivi" indidit, ut *sententia* nomen quasi notionis *sentire* eventum vel exitum exprimat[28]). Cf. Curtii erl.[2] p. 180 sqq. — Inde profectum esse videtur adjectivum *con-sent-aneus* eodem modo quo *prae-s-ent-aneus* formatum, quod nisi in compositione non invenitur.

effigientia Mart. Capell. 9 § 922 et *parientia* Cod. Just. 3, 4, 1; Cassiod. var. 3, 24 al.: ad verba **effigere* (praes. **effigio* pro usitato *effingere*) et **parĕre* (praes. **pario* pro *pareo*) spectant. Quod huic rationi comparem prorsus nescio. Neque vero nos longe a vero aberraturos puto, si in his substantivis, quae quidem nisi apud scriptores multo post auream linguae latinae aetatem florentes non leguntur, rationem ab omnibus sermonis latini formandi legibus alienam esse adhibitam statuamus. — Non aliter iudicandum videtur de voce

essentia idem significante, quod graec. *οὐσία*. Sen. ep. 58, 4; Quint. 2, 14, 2. Hic quispiam dixerit *essentia* prodiise ex part. **esent-* verbi *esse* mira quadam integritate

---

[28]) Quint. VIII, 5: „sententiam veteres quod animo sensissent (plusquamperf.!) vocarunt."

servato, *s* alteram vero secundum infinitivi *esse* analogiam errore quodam illatam esse[29]). In quorum partes transire mihi non libet. Equidem *essentia* derivatum esse ex ipso infinitivo *esse* censeo, legibus formandi plane neglectis; *essentia* enim nihil aliud est quam gr. *οὐσία* in linguam lat. translatum, quasi *τὸ εἶναι*: articulo quum carerent Romani, terminatione illa *-ntia*, qua formare solebant substantiva abstracta, ex infinitivo *esse* substant. deduxerunt.

Nominum propriorum hoc suffixo a participiis deductorum exempla haec sunt:

masc. *Amantius* (*amant-*), *Augentius* (*augent-*), *Calventius* (*calvent-*), *Cluventius*, *Cluentius* (**cluvent-*, *cluent-* cf. s. v. *cliens* p. 348 ann.[7]), *Constantius* (*constant-*), *Decentius* (*decent-*), *Faventius* (*favent-*), *Fulgentius* (*fulgent-*), *Placentius* (*placent-*), *Sontius* (*sont-*), *Valentius* (*valent-*), *Venantius* (*venant-*)[30]),

femin. (urbium nomina): *Faventia* (*favent-*), *Fĭdentia* (*fĭdent* cf. *fĭdes*, *Fĭdius*), *Florentia* (*florent-*), *Placentia* (*placent-*), *Pollentia* (*pollent-*), *Potentia* (*potent-*), *Valentia* (*valent-*), *Liquentia* fluv. (*liquent-*), *Aventia* fl. et dea (*avent-*), *Paventia* dea (*pavent-*).

Latentis originis sunt haec:

Hortentius, vulgo Hortensius, umbr. *Hurtentius:* Corsseno auctore (beitr. p. 469 sqq.) a stirpe quadam **hortento-* ut *Laurentius* a *Laurento-*, *Buxentius* (adj.) a *Buxento-*, *Ferentia* a *Ferento-*, *Consentia:* urbs (** consent-* cf. *con-*

---

[29]) Sic, ni fallor, Pottius (W. II, 2, 240): „*essentia* hat wegen falschen hinschielens nach dem infinitiv *es-se* (*es-* Wurzel, *-se* gewöhnlich zu *-re* gewordene endung) ein *s* zu viel, während nur eins berechtigung hatte.“

[30]) Nomen *Terentius* huc non est referendum; ducitur enim a sabino *tereno-* simili modo ac *Iuventius* a stirpe *juven(i)-*, cf. Macrob. Sat. II, 14: nux *Terentina* dicitur, quae ita mollis est, ut vix attrectata frangatur; de qua in libro Favorini sic reperitur: „Itemque quidam Tarentinas oves vel nuces dicunt, quae sunt *terentinae* a *tereno*, quod est Sabinorum lingua molle, unde Terentios quoque dictos putet Varro ad Libonem primo.“

scriptionibus Atticis paucis locis servatam, sed in eis tantum stirpibus, in quibus α non pura est:

(1.) [ἐπό]πτησιν 1 B, 7. τῆσ[ι] 25. τῆσιν 30 — diu ante *Ol. 81.* multo maior numerus eorum exemplorum est, in quibus ι subscriptum sicut in adverbiis localibus supra commemoratis evanuit[3]). habemus enim in -ασι desinentes has formas:

(2.) μυρίασι 37 f. g, 4. [μυρί]ασι m, 19. [μυ]ρίασι m, 26 — *Ol. 88, 4.* [τα]μίασι 18, 6 ante *Ol. 84.* ταμίασιν 117, 3. 5. 122. 123. 130. 131. 132. 141. 153. 170. 171. 172 = *Ol. 86, 4 — 90, 2.* accedunt 32 B, 20 et 47 aa, 4, quos titulos non post *Ol. 90* inscriptos esse ex ipsa forma ταμίασι Kirchhoffius suo iure conclusit. [Ἑλλην]οταμίασ[ι], quod 187, 12 in fragmento satis exiguo exstat, non prorsus certum est. — eodem modo -ησι factum est ex -ῃσι in his exemplis:

(3.) μύστ[ησ]ιν 1 B, 5. αὐτῆσι 31 — diu ante *Ol. 81.* [ἐπιστά]τησι 291, 6 ca. *Ol. 82.* [ἐπιστάτη]σι 284, 1 et [ἐπιστ]άτησι 288, 14 ante *Ol. 84.* ἐπιστάτησι 298, 4. 299, 3. 301 a, 1. 317, 5 = *Ol. 84* vel *85 — Ol. 90.* τῆσι [δ]ίκη[σι] 28, 5 *Ol. 84.* τῆσι 37 i, 31. p, 47. 40, 43 = *Ol. 88, 4 — 89, 1.* in eisdem titulis: [δρα]χμῆ[σι] 37 h, 20. ἐν τῆ[σι στή-λη]σι 40, 14. 15.

Videmus igitur veterem terminationem dativi pluralis

---

[3]) etiam apud Iones utraque scriptura terminationis dativi pluralis, -ῃσι et -ησι, in usu fuit, quamquam in titulis Ionicis omissi ι subscripti nullum exemplum exstat; v. Erman, Stud. V, p. 302. Sed ex variis iudiciis grammaticorum colligere possumus non parvam in hac re inconstantiam fuisse. alii enim -ησι scripturam adverbiis localibus, -ῃσι dativis tribuerunt, alii in utrisque formis ι subscripserunt, alii in utrisque omiserunt. et adverbia quidem ut sine ι scribamus, non solum librorum manu scriptorum et titulorum auctoritas, sed etiam ipsa natura suadet, quoniam talia vocabula etiam significatione a pristina vi dativi (vel potius locativi) pluralis non nihil secesserunt. ipsos autem dativos ab Ionibus utraque ratione scriptos esse, praesertim cum titulorum Atticorum auctoritas accedat, non est quin grammaticis credamus. quorum iudicia quae huc pertinent, a Weckleinio l. l. diligenter collecta sunt.

(-ῃσι, -ησι, -ᾳσι) a sermone Attico nequaquam alienam fuisse. nam etsi exempla huius generis, quae in titulis exstant, satis parvo numero certorum vocabulorum continentur, tamen non est quin illas terminationes antiquiore aetate apud Athenienses prorsus pervolgatas fuisse credamus idque non solum ea aetate, qua ἡ Ἰάς, ut veteres satis simpliciter statuerunt, τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι ἡ αὐτὴ fuit (Strab. VIII, p. 333), sed etiam post discessionem harum dialectorum, quoniam η et α longa Attico more accurate in eis distinguebantur. eo autem magis mirari possumus, quaenam causa fuerit, cur Athenienses ad novam formam satis diversam prorsus supervacanea mutatione transsilirent. quamquam enim neque ceterorum grammaticorum quisquam neque, qui propria cura de his rebus egerunt, Kirchhoffius aut Weckleinius aperuerunt, qua ratione Athenienses -αισι pro -ησι et -ασι usurpando assuevisse putarent, tamen neminem fore spero, qui contendat recta via ut λύκοις ex λύκοισι sic ταμίαις ex ταμίασι fieri potuisse. nempe vera causa huius mutationis posita fuit in studio quodam analogiae, quod effecit, ut dativo plur. secundae declinationis in -οισι desinenti opponeretur in prima declinatione -αισι[4]). huius autem studii initia satis vetustae aetati totius linguae tribuenda sunt, quoniam in omnibus dialectis Graecis excepta Ionica

[4]) haec explicatio, quantum memini, ab aliis nondum prolata est. nec tamen eis, quae viri docti de illis formis disseruerunt, res admodum difficilis satis illustrata esse mihi videbatur. et Weckleinii quidem sententiam supra examinavi. praeterea Renneri „quaestionum de dialecto antiquioris Graecorum poesis elegiacao et iambicae“ et Gerthii „quaestionum de Graecae tragoediae dialecto“ certa capita huc spectant (Renner Stud. I, 1, 164 sqq. Gerth ib. 2, 225 sqq.). a sententia utriusque meam non uno loco differre unusquisque facile videbit. quod si argumenta, quibus nisus ab eis discessi, non exposui, hoc ideo factum est, quod ea aut eadem sunt, quae contra Weckleinium attuli, aut saltem ex disputatione mea cum duabus illis comparata facillime suppleri possunt. nam Rennerus et Gerthius cum subsidia epigraphica non in promptu haberent, non potuerunt de tota illa quaestione non aliter iudicare atque ego, cuius omnis opera eis colligendis tributa fuit.

nova forma pervolgata est. nam quod etiam in dialecto Boeotica -ης pro -αις habemus (v. Ahrens, dial. Aeol. p. 187), haec non prisca illa diphthongus est, sed nova vocalis Boeotico more ex αι facta. in Iade autem inter duas illas terminationes (-ησι, -ᾳσι et -αισι) diu certamen fuisse videtur ac paene luctatio. et in eam quidem partem huius dialecti, quam Neo-Ionicae nomine comprehendere solemus, nova forma -αισι omnino non irrepsisse videtur[5]; apud Homerum pauca exempla eius exstant, quae supra (p. 404) adscripsi, e quibus apparet dialectum epicam a mutatione illa leviter inchoata mox destitisse. quae deinde ab Atticis prorsus recepta est, quamquam multo inferiore aetate quam a ceteris Graecis, non diu ante *Ol. 90*[6]). post hanc aetatem quae huc pertinent formae hae sunt:

(4.) μυρίαισι[7]) δρ[αχμαῖσ]ι 40, 38. 39 *Ol. 89, 1.* [δρ]αχ[μ]αῖσι 48, 6 in titulo incertae aetatis, sed circa *Ol. 90*

---

[5]) hoc non solum in scriptores prosae orationis sed etiam in poetas elegiacos et iambicos cadit. v. Renner Stud. I, 1, 208 sqq.

[6]) hoc enim termino in traditionibus quaestorum Minervae ταμίασιν et ταμίαις discernuntur. Kirchhoffius cum -αισι et -ασι aeque vetustas formas esse putaret, eadem hac Olympiade etiam -αισι terminationis vitam finitam esse statuit. haec autem terminatio, quamquam *ταμίαισιν in traditionibus nusquam exstat, tamen inter -ασι et -αις interiecta fuisse putanda est. fuit igitur in usu per breve aliquod spatium temporis circa *Ol. 90.* intra quam Olympiadem cum et -ασι et -αις reperiatur, nulla causa est, cur Kirchhoffium secuti titulum 48 propter [δρ]αχ[μ]αῖσι formam in eo exstantem „*Ol. 90* paulo antiquiorem“ esse certo iudicemus. nam ex eis, quae supra exposui, apparet nos termino illo, quem traditiones quaestorum praebent, non tamquam muro aeneo uti posse.

[7]) dubitari potest, utrum haec forma μυρίαισι an μυρίᾳσι legenda sit. μυρίασι quidem sine ι adscripto compluribus locis exstat, quos supra attuli, et aetas tituli 40 ea est, in quam nullum certum exemplum -αισι terminationis cadat. atque cum in eodem titulo habeamus τῆσι et ἐν τῆ[σι στήλη]σι, fortasse pro δρ[αχμαῖσ]ιν ponere possumus δρ[αχμῇσ]ιν eodem numero literarum. ceterum tota haec res neque magni momenti est et satis incerta, quia -ᾳσι terminationis pristinae alioquin nullum exemplum exstat.

im inchoativorum ad verba intransitiva in *ēre* pertinenım numerus tantus est (*albēre* — *albescere*, *languere* — *ɩguescere*, *fervere* — *fervescere*, *horrere* — *horrescere*), non syllabis *-scere*, sed *escere* fictorum speciem praebuint. Quo factum est, ut non solum *fervescere* ctt., sed .am *flammescere, segnescere, comescere* ctt. (exempla allata nt supra l. l.) diceretur, verbis in *-ēre* unde deducta sint ın exstantibus.

Postremo commemorentur substantiva illa in *-ētum,* quom jam mentio facta est.

Haud aliter res sese habere videtur in majore adjectirum in *-ulentus* parte.

Denique superest, ut moneam a deminutivis aliorum .oque suffixorum ope nomina formari. Cujus rei exempla .ec sufficiant:

febricul-osus (*febricula*) cf. *febricul-entus*, *fraudul-osus* *fraudulentus, scrupul-osus* (*scrupulus*), *siticul-osus, gesticurius* (*gesticulus*), *scripul-aris* (*scripulum*). Cf. etiam verba: *stulare*, *petulans*, *stipulari* (*stipulus*), *strangulare, ventilare ɜntulus*) ctt.

Jam ad adjectiva ea enumeranda accedamus: quorum ud scriptores, qui Augusti temporibus antiquiores floruunt, haec inveniuntur:

esculentus (*esca*) Varr., Cic., al., *lutulentus* (*luto-*) Cic. ɔr., Ov., al., *mustulentus* (*musto-*) Plaut., al., *potulentus* (*poto-*) c., Suet., al., *vinolentus* (*vino-*) Cic., al., *corpulentus* (*corpus, rpor-*) Plaut., al., *fraudulentus* (*fraud-*) Plaut., Cic., al., *ɔulentus* (*luc-*) Plaut., Terent., Cic., al., *opulentus* (*op-*) Plaut. ın., Cic., al., *pulverulentus* (*pulves-, pulver-*) Cic., Verg., v., *rorulentus* (*ros, ror-*) Scriptt. rer. rust., *sanguinolentus anguin-*) Varr., Ov., Tibull., al., *truculentus* (*truc-*) Terent., ic., Ovid., Catull., al., *violentus* (*vi-*) Cic., Ov., al., *macilenus* (*macie-*) Plaut., al.

Apud eos scriptores, qui post Augusti tempora fuerunt, olos haec leguntur:

tamen quidquam in eis invenitur, quod ad participiorum potestatem spectet. Quibus ea vis inest, ut „illas plantas, quae stirpe vocabuli indicantur, collectivo nomine quasi quoddam unum significent“. Exemplorum vice fungantur:

arborētum (*arbor*), *arundinētum* (*arundin-*), *castanētum* (*castano-*), *quercētum* (*quercu-*) ctt.

Eodem modo illorum nominum propriorum in *ento-* notio a participiis deflexit. Significant potius locum quendam, in quo res ea versatur, quam stirps vocabuli indicat.

Quorum haec Corssenus (beitr. 470; I², 149, 485) collegit:

Buxentum (*buxo-*), *Ferentum, Forentum* (*foro-*), *Grumentum* (*grumo-*), *Laurentum* (*lauro-*), *Surrentum* (st. in *su-surr-u-s* v. Corssen. I², 485).

Addo haec:

Calentum, Truentum, Uxentum, Ursentum (*urso-?*).

Separatim hoc postremo loco:

Adjectiva in *-ulentus,* (*-olentus, -ilentus*) tractaturus sum.

Quorum nominum quae formandi ratio sit, viri docti diu perperam quaerebant. Sic Pottius[22]), Boppius[23]), Leo Meyer[24]) his vocabulis suffixum *lent-*, *lento-* idem quod gr. *ϝεντ-*, scr. *vant-* inesse censebant. Primus Corssenus (beitr. 305 sq.) rem ad liquidum perduxisse mihi quidem videtur.

Ac primum quidem in hac re quaestionem instituenti, quodnam sit horum vocabulorum suffixum: *-ulentus,* an *-lentus,* an *-entus,* proficiscendum est ab his vocabulis:

gracilentus: Enn., Gell., hoc ductum esse ab adjectivo *gracili-* (*gràcilo-*) nemo est, qui neget; eodem modo derivantur:

---

[22]) W. II, 2, 498: „*cracens* ist nicht mit demselben suffix versehen, wie *gracilens, gracilentus*, deren *l* noch dem suffix zufällt, wie in *opulens, opulentus.*“

[23]) Gr. comp. I², 35: „*l* für *v* z. b. lat. suff. *lent-* von formen wie *opulent-* (gr. *εντ-* für *ϝεντ-*) gegenüber dem scr. suffix *vant.*“ Cf. etiam I², 284, II², 230, III², 429 sq.

[24]) Gr. comp. I, 87: „lat. *lent-*, *lento-*, dessen alte form im griech. noch *ϝεντ-* = altind. *vant-* lautete.“ Aliter II, 589 sq.

crapulentus: Ammian. a subst. *crapula* Plaut., Liv. al.
poculentus: Scaev., Inscr. a subst. *poculo-* Plaut., Cic. al.

Hae voces *gracili-*, *crapula*, *poculo-* ad deminutivorum formationem spectant, quorum unde nata sint nomina non existunt.

His adjiciantur ea nomina a nominibus deminutivis ducta, quorum nomina principalia tradita inveneris:

aquilentus Varr. a subst. *aquula* (*aqua*) Plaut., Cic.
faeculentus Col., Cels. a subst. *faecula* (*faec-*) Hor. al.
febriculentus Marc. Emp. a subst. *febricula* (*febri-*) Cic. al.
glebulentus Apul. a subst. *glebula* (*gleba*) Plin. al.

Deinde accedunt adjectiva quaedam, quorum quae similia sunt nomina deminutiva ex posteriore demum aetate conservata legimus. Sunt enim haec:

bucculentus Plaut. a subst. *buccula* (*bucca*) Liv. al.
farinulentus Apul. a subst. *farinula* Vulgat.
frustulentus Plaut. a subst. *frustulo-* Apul.
pestilentus Laev. ab adj. *pestili-* (*pesti-*) Arnob.
pisculentus Plaut. Cato, al. a subst. *pisculo-* (*pisci-*) Charis.
terrulentus Prudent. a subst. *terrula* Cod. Just.
turbulentus Cic. al. a subst. *turbula* Apul.

Ex his igitur nominibus sequitur, ut adjectivorum *gracilentus, aquilentus, bucculentus* ceterorum vera terminatio sit *-entus*, non *-lentus* vel *-ulentus* (*-ilentus*). — Jam oritur quaestio haud ita facilis, quomodo factum sit, ut ceterorum, quorum vis multo major exstat, primitiva quidem nomina, deminutiva vero, a quibus sint derivata, non reperiantur. Ad quam rem illustrandam haec habeo, quae promam.

Primo quidem, ut taceam veri esse simillimum, plura vocabula in usu fuisse, quam quae apud scriptores ad hanc aetatem servata legamus, deminutivorum numerum in sermone plebejo fuisse paene innumerabilem monendum est. (Cf. deminutivorum magnam vim, quae apud Plautum invenitur; multa collegit Leo Meyer, gr. comp. II, p. 592 sqq.) Quorum plurimis uti scriptores dubitabant; non eodem modo

adjectivis in *-ul-entus* desinentibus, quae quidem ab illis erant profecta.

Postea quum hujusmodi adjectiva a nominibus deminutivis derivari solerent — solum adject. *cruentus* ab hac ratione alienum est ex stirpe ipsa ortum — syllaba *ul* (*ol, il*) proprie ad deminutivum pertinens ita cum suffixo *-ento* quasi coaluerat, ut inde novum quoddam suffixum *-ulentus* (*-olentus, -ilentus*) prodiisse videretur. Cujus rei multa exempla afferri possunt; nonnulla commemorare satis habeo.

Adjectivorum suffixo *to* a nominibus derivatorum quum magna copia a substantivis declinationis in *a* et *o*, quae quidem ex una declinatione in *a* sanscrita ortae sunt, originem duxerit:

declinationis in a: adj. *ala-tus, ansa-tus, fama-tus, gemma-tus, hasta-tus, lana-tus, laurea-tus;*

subst. *matrona-tus, parricida-tus, lympha-tus;*

declinationis in o: adj. *argentatus, auratus, cincinnatus, palliatus, rostratus, sagatus, umbilicatus;*

subst. *primatus, summatus, egregiatus, discipulatus, patronatus* ctt.,

vocalis *a* cum *to* suffixo ita coaluit, ut forma *āto-* tam usitata esset, qua nomina a substantivis non solum in consonam, sed etiam in *u* et *e* exeuntibus deriventur.

Exempla haec sunt:

adj. *aeratus* (*aer-*), *dentatus* (*dent-*), *foederatus* (*foeder-, foedes-*),

subst. *consulatus* (*consul*), *curionatus* (*curion-*).

U vocalis aut retinetur: *arcuatus* (*arcu-*), *artuatus* (*artu-*), *manuatus* (*manu-*), aut ejicitur: *gradatus* (*gradu-*), *sensatus* (*sensu-*). Stirpium in *e* exeuntium ratio illustratur vocibus: *caesariatus* (*caesarie-*), *speciatus* (*specie-*)[25]).

Altero loco ponantur verba illa in *ē-scere*, de quibus confer, quae supra (p. 357 sq.) sunt memorata. Verborum

---

[25]) De tota hac formandi ratione accuratissime quaestionem instituit Bordellé in commentatione supra commemorata.

enim inchoativorum ad verba intransitiva in *ēre* pertinentium numerus tantus est (*albēre* — *albescere*, *languere* — *languescere*, *fervere* — *fervescere*, *horrere* — *horrescere*), ut non syllabis *-scere*, sed *escere* fictorum speciem praebuerint. Quo factum est, ut non solum *fervescere* ctt., sed etiam *flammescere, segnescere, comescere* ctt. (exempla allata sunt supra l. l.) diceretur, verbis in *-ēre* unde deducta sint non exstantibus.

Postremo commemorentur substantiva illa in *-ētum,* quorum jam mentio facta est.

Haud aliter res sese habere videtur in majore adjectivorum in *-ulentus* parte.

Denique superest, ut moneam a deminutivis aliorum quoque suffixorum ope nomina formari. Cujus rei exempla haec sufficiant:

febricul-osus (*febricula*) cf. *febricul-entus*, *fraudul-osus* cf. *fraudulentus, scrupul-osus* (*scrupulus*), *siticul-osus, gesticularius* (*gesticulus*), *scripul-aris* (*scripulum*). Cf. etiam verba: *postulare*, *petulans*, *stipulari* (*stipulus*), *strangulare, ventilare* (*ventulus*) ctt.

Jam ad adjectiva ea enumeranda accedamus: quorum apud scriptores, qui Augusti temporibus antiquiores floruerunt, haec inveniuntur:

esculentus (*esca*) Varr., Cic., al., *lutulentus* (*luto-*) Cic. Hor., Ov., al., *mustulentus* (*musto-*) Plaut., al., *potulentus* (*poto-*) Cic., Suet., al., *vinolentus* (*vino-*) Cic., al., *corpulentus* (*corpus, corpor-*) Plaut., al., *fraudulentus* (*fraud-*) Plaut., Cic., al., *luculentus* (*luc-*) Plaut., Terent., Cic., al., *opulentus* (*op-*) Plaut. Enn., Cic., al., *pulverulentus* (*pulves-*, *pulver-*) Cic., Verg., Ov., *rorulentus* (*ros*, *ror-*) Scriptt. rer. rust., *sanguinolentus* (*sanguin-*) Varr., Ov., Tibull., al., *truculentus* (*truc-*) Terent., Cic., Ovid., Catull., al., *violentus* (*vi-*) Cic., Ov., al., *macilentus* (*macie-*) Plaut., al.

Apud eos scriptores, qui post Augusti tempora fuerunt, solos haec leguntur:

rosulentus (*rosa-*) Prudent., Mart. Cap., *amarulentus* (*amaro-*) Gell., Macrob., *aurulentus* (*auro-*) Prudent., *caenulentus* (*caeno-*) Tertull., *merulentus* (*mero-*) Fulgent., *muculentus* (*muco-*) Arnob., Prudent., Cael. Aur., *somnolentus* (*somno-*) Apul., Solin., *suculentus* (*suco-*) Apul., Prudent., Paul. Nol., *virulentus* (*viro-*) Gell., Cassiod., *carnulentus* (*caro, carn-*) Solin., Prudent., *florulentus* (*flos, flor-*) Solin., Prudent., *jurulentus* (*jus, jur-*) Cels., Prudent., *purulentus* (*pus, pur-*) Plin., Cels., Senec., *sanguilentus* (*sanguis*) Scribon., *sordulentus* (*sordes*) Tertull.

His adjiciantur singula quaedam, quorum nomina principalia non existunt:

foetulentus (cf. *foetor, foetere*) Apul., Arnob., *marculentus* (cf. *marcor, marcēre*) Fulg. myth. 2, 8, *obstrudulentus* (*obstrudere*) Titin. com. 165, *temulentus* (cf. *temētum*) Terent. Cic., al.; cf. etiam *petulans* (*petere*) v. p. 362.

Jam oritur quaestio altera, unde duxerit originem suffixum *ento-*. Equidem in his quoque adjectivis suffixum *ento-* non minus quam in illis, quae supra tractavimus, nominibus, nihil aliud esse puto, quam illud *ent-*, quod in participiis formandis adhibetur, vocali *o* auctum. Quae res confirmari videtur sex his adjectivis, quae non solum terminatione *ento-*, sed etiam suffixo *ent-* finita reperiuntur (v. supra p. 361 et 364 sq.):

fraudulentus — fraudulens, gracilentus — gracilens, opulentus — opulens, pestilentus — pestilens, turbulentus — turbulens, violentus — violens.

Quae adjectiva conjugationis in *e* participiorum vi intransitiva indutorum instar sunt formata: *gracilens, gracilentus* a **gracilēre* (i. e. *gracilem esse*), *pestilens, pestilentus* a **pestilēre, violens, violentus* a **violēre* (sed *violare* transitivum est) ctt. Neque vero verba, unde nata sint, intransitiva in *-ēre* re vera in usu fuisse putanda sunt, sed de his quoque ceterisque in *-entus* nominibus valent, quae supra p. 354 sqq. nominibus participiorum derivatorum speciem praebentibus praemonita sunt.

Sed haec hactenus. — Superest, ut

3. De nominibus quibusdam *ja-* suffixo a participiis praes. derivatis quaeram[26]).

Nominum, quae hujus suffixi ope a nominibus et adjectivis (partic.) et substantivis in *-nt-* (et *-ento-*) desinentibus nascuntur, copia est paene innumerabilis: nominum appellativorum femininorum in *-ntia* numerum esse majorem ducentis sexaginta commemorasse sat est. Quibus omnibus enumerandis quum ad rem nostram illustrandam nihil conferatur, in eis vocabulis tractandis acquiescamus, quae miram quandam formandi rationem praestent.

Ac primum quidem afferamus substant. *nuntius,* de cujus origine Corssenus (I², 51) sic statuit: *nuntius*, cujus formam vetustiorem *nountius* memoriae tradidit Marius Victorinus [p. 12. 18 ed. Keil. grammaticorum vol. VI], proprie est part. praes. verbi causativi **novēre* (ut *docēre, nocēre*) ab adj. *novo-* deducti et *ja* suffixo aucti: **novent-ios, nountius* (*e* elisa ut in *noundinae* ex **novendinae*), **nontius, nuntius.* Verbo **novēre* vis subjecta est: novum reddere aliquid, novi aliquid afferre, ut *nuntius* sit: qui novam quandam rem apportat. Quae si recte sunt conjectata (aliud proposuit Bergkius, Zeitschr. f. altertumswissenschaft 1855 p. 300: *nuntius* = **novi-vent-ius*), *nuntius* solum esset nomen appellativum masc. gen. suffixo *entio* formatum[27]).

Multo majorem esse copiam substantivorum in *entia* (*antia*) exeuntium jam supra monuimus. Quorum huc pertinent:

sententia: ne hoc vocabulum ex part. praes. verbi *sentire* derivatum habeamus et formatione et significatione vocis

---

[26]) Nominum quorundam aliis suffixis derivatorum suo cujusque loco mentio facta est: sic *voluntarius, voluntas* p. 340 *sont-icus* p. 344 *potestas* p. 367.

[27]) Memoratu dignum videtur, etiam neutrius gen. unum solum exstare subst. hoc suffixo effictum: *silentium* a part. *silent-* verbi *silēre* deductum.

prohibemur. Quoniam part. verbi *sentire* est *sentient-*, substant. inde ductum formandum est: **sentientia*. Neque vero *sententia* idem est quod **sentientia* i. e. sensus, gr. *αἴσθησις*, in vernacula lingua: „empfindung" ad verbum *sentire* i. e. „empfinden", gr. *αἰσθάνεσθαι* pertinens, sed potius *sententia* est judicium factum vel opinio ab aliquo prolata (nos.: „meinung, urteil"). Qua re substantivum *sententia* eodem modo cum praes. verbi *sentire* non sine veritatis specie confertur, quo *parens* cum verbo *pario* (cf. supra p. 347), ut *sentent-sit* part. aoristi cujusdam in lingua lat. non jam exstantis quidem, cujus tamen reliquias in aliis vocabulis investigavit Curtius (Stud. V, p. 441). Quae si ita sunt, etiam quod differat inter nominis *sententia* et verbi *sentire* notiones non difficillime tollitur. Conferenti enim substantivum *sententia* cum verbo *sentire* illi vim ejus aoristi inesse apparebit, cui Curtius nomen „effectivi" indidit, ut *sententia* nomen quasi notionis *sentire* eventum vel exitum exprimat[28]). Cf. Curtii erl.[2] p. 180 sqq. — Inde profectum esse videtur adjectivum *con-sent-aneus* eodem modo quo *prae-s-ent-aneus* formatum, quod nisi in compositione non invenitur.

effigientia Mart. Capell. 9 § 922 et *parientia* Cod. Just. 3, 4, 1; Cassiod. var. 3, 24 al.: ad verba **effigere* (praes. **effigio* pro usitato *effingere*) et **parĕre* (praes. **pario* pro *pareo*) spectant. Quod huic rationi comparem prorsus nescio. Neque vero nos longe a vero aberraturos puto, si in his substantivis, quae quidem nisi apud scriptores multo post auream linguae latinae aetatem florentes non leguntur, rationem ab omnibus sermonis latini formandi legibus alienam esse adhibitam statuamus. — Non aliter iudicandum videtur de voce

essentia idem significante, quod graec. *οὐσία*. Sen. ep. 58, 4; Quint. 2, 14, 2. Hic quispiam dixerit *essentia* prodiise ex part. **esent-* verbi *esse* mira quadam integritate

---

[28]) Quint. VIII, 5: „sententiam veteres quod animo sensissent (plusquamperf.!) vocarunt."

servato, *s* alteram vero secundum infinitivi *esse* analogiam errore quodam illatam esse[29]). In quorum partes transire mihi non libet. Equidem *essentia* derivatum esse ex ipso infinitivo *esse* censeo, legibus formandi plane neglectis; *essentia* enim nihil aliud est quam gr. *οὐσία* in linguam lat. translatum, quasi *τὸ εἶναι*: articulo quum carerent Romani, terminatione illa *-ntia,* qua formare solebant substantiva abstracta, ex infinitivo *esse* substant. deduxerunt.

Nominum propriorum hoc suffixo a participiis deductorum exempla haec sunt:

masc. *Amantius* (*amant-*), *Augentius* (*augent-*), *Calventius* (*calvent-*), *Cluventius*, *Cluentius* (**cluvent-*, *cluent-* cf. s. v. *cliens* p. 348 ann.[7]), *Constantius* (*constant-*), *Decentius* (*decent-*), *Faventius* (*favent-*), *Fulgentius* (*fulgent-*), *Placentius* (*placent-*), *Sontius* (*sont-*), *Valentius* (*valent-*), *Venantius* (*venant-*)[30]),

femin. (urbium nomina): *Faventia* (*favent-*), *Fĭdentia* (*fĭdent* cf. *fĭdes*, *Fĭdius*), *Florentia* (*florent-*), *Placentia* (*placent-*), *Pollentia* (*pollent-*), *Potentia* (*potent-*), *Valentia* (*valent-*), *Liquentia* fluv. (*liquent-*), *Aventia* fl. et dea (*avent-*), *Paventia* dea (*pavent-*).

Latentis originis sunt haec:

Hortentius, vulgo Hortensius, umbr. *Hurtentius:* Corsseno auctore (beitr. p. 469 sqq.) a stirpe quadam **hortento-* ut *Laurentius* a *Laurento-*, *Buxentius* (adj.) a *Buxento-*, *Ferentia* a *Ferento-*, *Consentia:* urbs (** consent-* cf. *con-*

---

[29]) Sic, ni fallor, Pottius (W. II, 2, 240): „*essentia* hat wegen falschen hinschielens nach dem infinitiv *es-se* (*es-* Wurzel, *-se* gewöhnlich zu *-re* gewordene endung) ein *s* zu viel, während nur eins berechtigung hatte."

[30]) Nomen *Terentius* huc non est referendum; ducitur enim a sabino *tereno-* simili modo ac *Iuventius* a stirpe *juven(i)-*, cf. Macrob. Sat. II, 14: nux *Terentina* dicitur, quae ita mollis est, ut vix attrectata frangatur; de qua in libro Favorini sic reperitur: „Itemque quidam Tarentinas oves vel nuces dicunt, quae sunt *terentinae* a *tereno*, quod est Sabinorum lingua molle, unde Terentios quoque dictos putet Varro ad Libonem primo."

sentes dei p. 345), *Lārentia* nomen (cf. *Lāres*). — Sed satis de hoc! Jam ad alteram disputatiunculae partem transeamus, qua agitur:

II. DE NOMINIBUS SUFFIXO *MINO-* (*MNO-*) INSTRUCTIS.

Priusquam ad rem ipsam accedamus pauca de suffixi *mino-* (*mno-*) ratione praemoneam necesse videtur esse. Cujus suffixi formam genuinam indogermanicam fuisse *mana* linguis ejusdem stirpis inter se comparatis perspicies, quae zendica legitur immutata, graeca *μενο-* nom. *μενος*, *μενη*, *μενον* transformata; in lingua sanscrita vocalis producitur, qua de causa Boppius *mâna-* esse suffixum indogerman. non satis recte censuit. Hoc suffixum confertur ad fingenda medii et passivi participia:

scr. med. praes. r. *bhar* (ferre): *bhara-mâna-*
pass. „ r. *nah* (nectere): *nahja-mâna-*
med. fut. r. *da* (dare): *dâsja-mâna-*

quibus quae formae Graecae respondeant non opus est pluribus exponere.

In lingua latina quamvis ad participia formanda non jam adhibeatur, tamen participiorum hoc suffixo formatorum reliquias quasdam restare Boppius (conjugationssyst. p. 105 sqq.; gram. comp. II², 325 sqq.) primus ita demonstravit, ut hoc tempore fere nemo sit, quin libentissime in ejus sententiam transeat[31]). Is enim passivi terminationem *mini*, quae a ceterarum ratione plane aliena est, conferendam esse cum graeci *μενοι* participii plurali probavit; itaque, ut hoc afferam, *ferimini* a *φερό-μενοι* omnino non discrepat. Quae quum ita sint, *ferimini* re vera nihil aliud est, quam participium latinum praesentis medii alioquin non usitatum, ad quod supplendum est: *estis*.

---

[31]) Memoratu dignum videtur esse suffixi *mana-* vice in linguis slavogermanicis — si pauca exempla dialecti borussicae (ap. Boppium gr. comp. III², § 791) exemeris — suffixum *ma-* fungi.

Quae res eo confirmatur, quod illius part. med. lat. etiam forma singularis reperitur in imperativis quibusdam, quos ex antiquissimarum literarum monumentis diligentissime collectos inveneris apud Neuium, formenl. II², p. 399; (cf. etiam Corsseni krit. beitr. p. 492 sqq.): *antestamino, famino, arbitramino* al., quorum terminatio *mino-* congruit cum graec. sg. *μενο-ς* (De priscae latinitatis *s* nominat. abjecta v. exempla apud Corssenum I², p. 286). Dubitanti vero alicui, qui fieri potuerit, ut participium pro imperativo usurpetur, e lingua, qua nos utimur, germanica has sententias afferam: „aufgepasst!“, „acht gegeben!“, „still gestanden!“ quibus prolatis non minus facile illud „es werde“ mente suppletur, quam *es* vel *este* in participiis latinis[32]).

Quo suffixo quum uti consuevissent Romani in 2. pers. pl. praes. indicativo et imperativo passivi formandis, id etiam in cetera tempora ad praesentis stirpem pertinentia hujus suffixi vi genuina neglecta, eos adhibuisse, quis est qui miretur. Sic nata sunt:

praes. conj. *feramini,* impf. ind. *ferebamini,* conj. *ferremini,* fut. simpl. *feremini, amabimini,* de quibus v. Curtii commentatiunculam s. t. „fortwuchernde analogie“ in stud. vol. V, p. 242 sq.

Sed ut suffixum *ent-* non solum in ipsis participiis, sed etiam in nominibus participiorum speciem prae se ferentibus usurpatum reperitur, sic nominum latinorum suffixo *mino-* formatorum copiam haud parvam inveneris, quae quasi medii vel passivi participiorum reliquiae remanserunt.

Linguis et graecae et latinae commune est, quod hoc suffixum in verborum formatione unam illam formam gr. *μενο-,* lat. *mino-* exhibens in nominibus fingendis magnam speciei varietatem praebeat. Qua in re ne postea ipsa no-

[32]) Imperativos in *-minor* a grammaticis latinis allatos re a sermone latino alienos fuisse (v. Madvigi opusc. acad. altera p. 239 sqq.) iterum atque iterum monere neque supervacaneum neque inutile esse mihi videtur, cum eos etiam nostra aetate in grammaticis in usum scholarum editis legeris.



mina tractaturus commorer, hic de lat. forma suffixi indogerm. *mana-* varia pauca adjungam.

Ac primum memoria dignum est, in latina quoque lingua substantivum quoddam exstare, quod illam suffixi formam cum gr. *μενο-*, quae quidem est usitatissima, accuratissime congruentem probet, veri esse non dissimillimum. Curtius enim („über die spuren einer latein. *o*-conjugation" in Symb. phil. bonnens. p. 277) in fem. adj. *Ratumena* (porta) illud suffixum *meno-* inesse conjectavit, de cujus nominis formandi ratione infra uberius quaerendum est. Quod nominis *Ratumena* in Plinii (VIII, 42, 65 ed. Sillig) mss. optimis consona *n* geminatur: *Ratumenna*, illud Curtii non refellit.

Comparatis enim vocabulis oscis *teremenniú* i. e. lat. *terminalia* (** terminia*), *dekmanniois* i. e. *decimanis*, *Akudunniad* i. e. *Aquiloniâ* hanc rem a linguis italicis non abhorruisse apparebit. — Illud vero *meno-* in aliis quoque priscae latinitatis nominibus usurpatum esse, inde sequitur, quod nomina *termenus*, *femena* ctt. in sermone plebejo haud raro inveniantur[33]). Quae quum ita sint, quin forma *meno-* fuerit linguis graeco-italicis communis, dubitandum non est.

In latino vero sermone vocalis *e* paullatim in *i* attenuari, postea vero vel elidi solebat[34]).

Vocalem *e* in *i* mutatam non modo verborum formae illae in *mini* (2. pers. pl. pass.) et *mino* (imperat.) desinentes, sed etiam substantiva quaedam prae se ferunt:

terminus, *femina*, *lamina*.

Suffixi vocalis extrusa est in his nominibus:

---

[33]) Exempla multa collegit Schuchardt, vocalism. des vulgärlat. II, 23; III, 172. Cf. etiam deminutiva: *femella* (ex **femen-la*) — *femina*, *lamella* (ex **lamen-la*) — *lamina*, *columella* (ex **columen-la*) — *columna*.

[34]) In nominum graecorum fem. gen. quodam genere vocalis *ε* in *ο* transiisse videtur, quam in rem haec afferre libet: *χαρ-μονή*, *κλαυθ-μονή*, *πλησ-μονή*, *πη-μονή*, *φλεγ-μονή*. Huc non pertinet: *ἡγεμόνη* a ceteris non solum accentu, sed etiam potestate (illa sunt abstracta, hoc est concretum) diversum, simili modo a masc. „*ἡγεμών*" (st. *ἡγεμον-*) profectum atque lat. fem. *flamina* Gruter. inscr. 459, 9 a masc. *flamen*. Cf. etiam adj. *illuminus* Apul. met. 6, 2 a subst. *lumen* derivatum.

lamna (cf. *lamina*); *alumnus, columna, Picumnus, Vertumnus, Volumnus; autumnus, Clitumnus, pilumnoe, Pilumnus, Vitumnus; aerumna, Voltumna;* quibuscum conferas nomina graeca: *βέλεμνον, μέδιμνος, μέριμνα, τέραμνος* ctt. (v. Leonis Meyeri gr. comp. II, 293 sq.

Cujus suffixi vocalem longam a linguis classicis, quae vocantur, prorsus alienam fuisse non est, quod statuamus. Quo referenda sunt nomina: lat. *Camēna*, [*crumēna*][35]); lat. *Alemōna*[36]); gr. *κάμῖνος, ὑσμῖνη, κυκλάμῖνος.*

His de suffixi forma praemissis ad nomina aggrediamur illo formata, in quibus collocandis similem atque in nominibus in *ent-* exeuntibus ordinem sequar, ut primo nomina ex ipsis radicibus, deinde nomina ex verbis primitivis, postremo ex verbis denominativis pullulantia in quaestionem vocem.

1. De nominibus ex ipsa radice natis.

In quorum numero ponenda sunt haec:

terminus: hoc vocabulum ejusdem esse stirpis atque gr. *τέρ-μα, τέρ-μων* (st. *τερ-μον*); scr. r. *tar* (praes. *tarâmi* transeo), *tar-anta-s* (mare) al. omnes etymologi inter se consentiunt; dissentiunt de eo, quid proprie significet: Boppius (gr. comp. II², 327) opinatur, *terminum* esse „quod transcendatur“, item Pottius W. II, 1, 261; Curtius (grundz.⁴ 221): quod in vernacula lingua est „übertritt“; Corssenus (beitr. 191): „quod dividit, scindit“ („grenze als „durchschneidende““). Quorum quod Corssenus judicat, minime probo, quum r. *tar* non vim dividendi vel scindendi, sed traiciendi habeat; neque vero cum Curtio sentio, quia *terminus* non videtur ab initio actionem traiciendi („übertritt“) significasse, sed notam aliquam finis, qualis est cippus vel tale quid. Itaque nomen *ter-*

35) Quibus num adj. gr. *ἀκμηνός* i. e. adultus *ἅπ. εἰρ.* Od. ψ 191) a Leone Meyer (l. l. II, 293) recte comparetur, valde dubium est; potius ad subst. *ἀκμή* spectare videtur.

36) Substantiva in *-monium* et *-monia* num huc referantur infra sub disputatiunculae finem quaeretur.

minus passive usurpatum proprie significare limitem, qui transcenditur, existimo (Boppius: „überschrittenes“, Pottius: „grenze als dasjenige, was überschritten wird“). Praeter vocem *terminus* substantiva suffixo *-men* (*-mōn*) formata reperiuntur: *termen:* Att. fr. inc. fab. 37; Orelli inscr. 3121: *termō(n):* Enn. ann. 470. 471 (cf. gr. *τέρμων*).

Ad ceteras linguas italicas pertinent hae formae:

osc. *teremenniú* cipp. Ab. 15. 57 i. e. *terminalia* (**ter-min-ia*), *teremniss* Ab. 14 i. e. *terminos* (**termnos*), *teremnaí* .... inscr. n. XXIII (ap. Mommsenium). Cf. verba: *teremnattens* Fabretti C. I. I. 2785. 2790 i. e. *terminaverunt. teremnatust* ibid. 2785 i. e. *terminata est.* umbr. *termnes* tab. Iguv. Ib, 19 i. e. *terminis* (dat. abl.), *termnome* ibid. VIb, 57. 63. 64 = locat., *termnu* ibid. VIb, 53. 55. 57 i. e. abl. *termino.* Cf. etiam *termnas* inscr. minor. *b* apud Aufr. et Kirchh., umbr. sprachd. i. e. *terminatus* (de formatione vocabuli cf. lat. *mansues* — *mansuetus*).

His formis commune est, quod suffixi *mino-* (*meno-*) — ut vocab. osc. *teremenniú* omittam suffixo *men-*, non *mino-* formatum — vocalis *i* (vel *e*) extrusa sit, quae quidem in sermone latino est servata; sed eo differunt, quod in lingua osca inter stirpem et suffixum vocalis *e* inserta est[37]), quae deest non solum in vocabulis umbricis, sed etiam in latinis.

Praepositionibus substantivo *terminus* subjunctis nomina haec oriuntur: *amterminus*, („amtermini qui circa terminos manent“ Fest. p. 17), *conterminus*, *disterminus*, *exterminus*, *interminus*.

Nomen proprium est *Terminus*, qui deus agrorum fines servat.

femina: de hujus substantivi origine duae sibi oppositae sunt sententiae: Curtii (grundz.[4] 252) et Corsseni (beitr. p. 188 sqq.; I[2], 144). Curtius enim statuit hoc nomen manasse ex eodem fonte, ex quo gr. *θῆ-σθαι*, *θῆ-λυ-ς* al., scr. *dhâ* (pr. *dhajâmi* (sugo), lat. *fē-lare*, *fi-lius*, umbr. *fe-liu*, ut *femina*

---

[37]) De vocalibus inter consonas insertis v. Corssenum KZ. XI, 340.

ab initio nutricem significaverit; at Corssenus radicem *fē-* eandem esse censet, quae inest in *fē-cundus, fē-lix, fē-num,* adj. *fē-tus,* subst. *fē-tus* (st. *fētu-*), *fē-lis* (idem sentit Boppius gr. comp. II², p. 327), significantem: *progignere*; femina igitur secundum hanc sententiam est, quae gignit. Haec radix *fē-* in aliis linguis non usitata a Corsseno eodem jure cum *fu-*, gr. *φυ-*, scr. *bhu*, quo lat. *flē-* (*flēo, flētus, flēbilis*) cum lat. *flu-* (*fluo*), gr. *φλυ-* (*φλύω*) comparatur. In utrius sententiam transeam, incertus sum. Haec tamen addam: quod Curtius radici *fu-* nihil inesse, quod spectet ad feminam tamquam hominum procreatricem, monet[38]), libentissime concedo, neque tamen idem valēre de rad. *fē-* ex *fu-* nata quisquam dixerit, qui meminit, quaenam vis substantivis *fē-tura* (quod quidem Corssenus silentio praetermittit), *fē-tus,* adj. *fē-tus* (pecus, vulpes, capra, pavo f. ctt.), *fē-lis* (i. e. quae saepissime partum edit) subjecta sit.

lāmina, lamna: proprie dicitur metallum in latitudinem ductum; nomen est parum certae originis, cujus stirpem eandem esse, quam verbi gr. *ἐλαύνω* (ex * *ἐ-λα-νυ-ω*) Pottius *EF*¹ II, 167 conjectare audet. Quae res quamvis dubia eo confirmatur, quod verbo *ἐλαύνειν* (*ἐλάω*) jam apud Homerum vis metalli subigendi inest (*ἐλ. ἀσπίδα* Il. *M* 296, *ἐλ. πτύχας* Il. *Y* 270; cf. gr. *ἐλασμός*, theod. „getriebene arbeit"). *Lamina* igitur fuit fortasse part. pass. et a graeco fem. part. *ἐ-λα(ο)-μένη* non multum absit.

Camēna: Musarum cognomen ex *Casmena*, *Carmena*[39]) ortum non minus quam subst. lat. *carmen* (ex * *casmen*) cum scr. subst. *ças-man* comparandum est, cujus radix est *çans*

---

[38]) L. l. „Aber meine etymologie ist, wie Corssen einräumt, lautlich ebenso· zulässig, und ich halte sie deshalb für wahrscheinlicher, weil die w. *fu* nirgends eine besondere anwendung auf die tätigkeit der frau bei der fortpflanzung findet, wie dies bei w. *gen* der fall ist, folglich sich wenig eignet, das weib im unterschiede vom manne bei menschen und tieren zu bezeichnen."

[39]) Varro l. l. VII, 26: „Casmenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est; alibi Carmenae ab eadem origine sunt declinatae."



(narrare, laudare, celebrare), ut *Casmena* tamquam celebrans, canens cum scr. part. med. *ça(n s-a-mânâ* fere congruat. Non recte igitur nomen *Camēna* a verbo *canere* derivari jam Corssenus (beitr. 406) annotat. Suffixi vocalis longae jam supra (p. 381) mentio facta est.

His adjiciantur tria nomina, quae quamvis participiorum speciem prae se ferentia mihi quidem huc non referenda videntur esse. — Primum dico subst.: *damnum,* quod Pottius (*EF* [1] I, 26; II, 594, nunc W. I, 1, 121), postea Mommsenus (unterital. dial. p. 248) annuente Fleckeiseno (Jahni ann. LX, p. 254) proprie nihil aliud esse judicaverunt, quam neutrum part. pass. verbi *dă-re* ex **dă-minu-m* ortum. Postremo Ritschelius (in Museo Rhen. XVI, p. 304 sqq.; eadem iterum typis expressa leguntur in opusc. phil. II) accuratissime in hanc rem inquisivit. Quorum summa haec est:

damnum est part. pass. (cujus quae in latina lingua reliqua exstant jam supra notata sunt) ex **da-minum* natum idem quod gr. *τὸ δι-δό-μενο-ν* i. e. „quod datur"; inde angustior *multae* vel *compensationis* notio effecta est. Atqui *damnum* non est *multa,* sed *detrimentum, jactura, incommodum.* In utraque autem notione ab origine illa deducenda magnas remanere difficultates ne Ritschelius quidem negat. Qua in re hanc ingressus est viam, ut, quoniam multa rei familiaris deminutionem contineat, nomini *damnum* primo vim subiectam fuisse jacturae pecuniariae, deinde omnino jacturae vel detrimenti censeat.

Mihi magis arridet alia vocabuli etymologia, cujus auctor est Jos. Scaliger, quam non solum defendit, sed etiam uberius tractavit Düntzer (KZ XI, 64 sqq.). Eandem enim, quam vox *damnum* speciem prae se fert subst. *scamnum,* quod ex **scab-(scap-)nu-m* [40]) eodem modo ortum esse, quo lat. *somnus* ex **sop-nu-s* (cf. gr. *ὕπ-νο-ς,* scr. *svap-na-s;* exempla alia v. ap. Corssenum I², p. 264 sq.),

---

[40]) De ceteris vocabulis, quae ad hanc stirpem *scap* pertinent, v. Curt. grundz.⁴ p. 168.

deminutivum *scab-ellum* demonstrat[41]). Quae quum ita sint, *damnum* quoque substant. ex stirpe quadam *dap-* manasse veri non est dissimillimum. Quam radicem *dap-* reperias non modo in vocab. gr. *δαπ-άνη* (impendium), *δάπ-ανος* (prodigus), *δάπ-τ-ω* (dividere, lacerare), sed etiam in lat. *dap-s* (epulae). Duplex igitur vis valet in rad. *dap-:* prima ad eam, unde profecta est, radicem *da-* (gr. *δα-ίω, δα-ί-ς*) proxime accedens dividendi (*daps*), altera impendendi (*δαπάνη, δάπανος*), quae quomodo inter se cohaereant huc non attinet. Quarum altera etiam in substantivo *damnum* continetur, ut *damnum* proprie significet: impendium, sumptus, unde notio detrimenti, jacturae eodem modo ducta est, quo in ipso vocabulo „impendium“. Hoc enim subst. a verbo „impendere“ ductum significat sumptum, qui in aliquam rem impenditur: „impendio publico“, „impendio privato“, „reditus et impendia civitatis“ ctt.; deinde vero idem est atque „detrimentum, incommodum“, cujus rei ex multis exemplis haec affero: „ovium boumque impendio“: Plin. i. e. ovibus et bobus perditis; „nimium est alicujus rei pretium, si probitatis impendio constat.“ Quint. VI, 3, 35 ctt. Silentio non est praetereundum adj. *damnosus* apud comicos haud raro idem esse, quod *δαπανηρός* (prodigus), rarissime, quod perniciosus. — Quodsi substantivo *damnum* interdum vis inest multae, non est, quod haec notio prior, illa

---

[41]) Nam subst. *amnis* num ex **ap-nis* (scr. *ap-* (aqua), gr. *Μεσσ-άπ-ιοι* i. e. qui inter maria habitant), natum sit, propter lat. *aqua*, got. *ahva* (flumen), theod. *aha* valde dubium est (v. Curt. grundz.[4] p. 462 sq.). Aliam probat etymologiam Mommsenus (unterital. dial. p. 248), qui voc. *a-mni-s* pro **a-minu-s* (cf. osc. *amnúd* cipp. Ab. 17; *amnud* tab. Bant. 6; aliter Corssenus, beitr. 316), esse partic. med. stirpis *â* (gr. *ἆσαι, ἄμεναι* Il. *Φ* 70: satiare) conjectat, ut *amnis* sit flumen quasi satiatum vel aquae plenum, cui opponitur: *torrens*, qui interdum torrescit, siccatur. Quae res quantopere vacillet, inde intellegitur, quod ex illo partic. **āminus* non solum substant. *amnis*, sed etiam *annus, sollemnis, in-ānis, Anna Perenna*, osc. verb. *aamanaffed* derivata Mommsenus censet; qua re *amnis* in illorum substantivorum participiorum instar formatorum numero ponere valde dubitamus.

posterior putanda sit; ac potius hanc ex illa ita profectam esse existimo, ut illa notio damni universa certis finibus cogeretur.

A nomine *damnum* derivata sunt verbum causat. *damnare* i. e. damno afficere aliquem et adj. *damnas*, quo illam, quam probavit, nominis etymologiam (i. e. *τὸ διδόμενον*) confirmari quo jure dixerit Pottius (l. l.) intellegere non possum. — Quod vocabulum est part. perf. suffixi *-to* vocali *o* elisa: *damna-t(o)-s* i. e. ad aliquam rem damnatus, quam in rem haec in comparationem vocem nomina: *sana(t)s — sanatus, mansue(t)s — mansuetus, locu-ple(t)s — locupletus* (v. Corssenum, kr. nachtr. p. 253 sqq.).

Vocabulum *damnas* indeclinabile nisi in formulis quibusdam non adhibetur: *dare damnas esto, dare damnas sunto.*

Altero loco ponatur adjectivum: *gĕminus*, quod Boppius (gr. comp. II², 327) esse part. radicis *gen-* statuit: ex **gen-minus* vel **geni-minus* quasi truncatum. Quod non recte esse conjectum inde intellegas, quod ex part. **gen-minus* aut literarum *n* et *m* assimilatione **gemminus* aut consona *n* omissa vocalis *e* productione *gēminus* fieri debebat, *geminus* vero vocalem *e* brevem praebet[42]). Dixerit igitur quispiam adj. *gĕminus* non ex rad. *gen-* sed ex rad. *ge-* (gr. *γα-*: *γε-γα-ώς, γε-γά-ᾱσι, γι-γα-ντ-*) derivatum esse, unde supra p. 352 vidimus vocabulum *indi-ge-tes* originem duxisse. At qui fieri potuisse tibi videtur, ut homines duo non solum ab eadem matre, sed etiam uno partu geniti *gemini* i. e. secundum hanc etymologiam *geniti* dicerentur? Hanc induisse vim part. *gĕminus* quum vix credibile sit, non sine veritatis specie Pottius (W. II, 2, 53) adj. *geminus* cum scr. *jama, jâmana* (i. e. qui cohibiti, conjuncti vel copulati sunt) a rad. *jam* (cohibere, refrenare) ducto contulisse videtur. Consonae *j* in *g* mutatae graeca certe exempla exstare videntur *ἀπόγεμε· ἄφελκε* Hesych.; *ὕγγεμος· συλλαβή* Hesych.,

---

[42]) Cf. exempli gratia: Ovid. met. VIII, 301: *Tyndărĭdae gĕmĭni.* — Falso igitur legitur in Boppii gram. comp. III², p. 170 ann.: *gēminus.*

quae ex eadem rad. scr. *jam* manasse probat Curtius grundz.[4] p. 598. Quae si ita sunt, adj. *geminus* compositum est ex stirpe *gem-* et suffixo *-ino-*[43]).

Postremo mentio fiat nominis: *cruměna, crumina* i. e. sacculus, in quo pecunia reponitur, quod unde originem duxerit, prorsus nescio.

2. De nominibus a verbis primitivis derivatis.

Supra quum de suffixi *ant-* specie ageretur, vocalem hujus suffixi lat. triplicem prae se ferre formam: *o, u, e* memoratum est. Etiam ante suffixum *-mino* vocalem thematicam triplicem habituram esse speciem: *o* antiquissimam linguis graeco-italicis communem, *u* et *e* inde ortas cum per se verisimillimum est, tum eis nominibus, quae in hoc capite tractaturus sum, prorsus confirmatur.

Vocalis enim *o* legitur in nomine: *col-o-mna-s* C. I. L. I, 1307 bis;

vocalis *u* in his vocibus: *al-u-mnus, col-u-mna, Pic-u-mnus, Vert-u-mnus* (*Vort-u-mnus*), *Vol-u-mnus;*

vocalis *e* in uno *Ale-mōna* Tert. de anim. 37.

Vocalem *o* in prisca latinitate multo saepius adhibitam esse eis nominibus probatur, quae in sermone posterioris aetatis plebejo illam vocalem praestant: *alomnus, colomna* ctt. (v. Schuchardt, vocalism. des vulgärlat. II, 171 sq.). Mireris vero primo quasi aspectu, quod in his nominibus plurimis reperiatur vocalis *u,* quae in illis nominibus suffixo *ent-* formatis rarissime legitur. Cujus rei causa haec mihi quidem videtur esse.

Illo tempore, quo linguae latinae vocalis *o* thematica in *u* transiit, illa nomina proprie esse part. med. vel pass. bene meminerant homines Romani; postea vero quum in

---

[43]) Idem Corssenus quoque nunc probare videtur, quum (II², p. 258) hoc vocabulum inter ea nomina referat, quae suffixi *ino-* ope formata sunt: *dom-inus, durac-inus, laur-inus* ctt.; antea (beitr. p. 493) *geminus* una cum vocabulis *terminus, lamina, alumnus* ctt. enumeravit.

part. praes. act. illa vocalis in *e* extenuari coepta esset, suffixum *mino-* in partic. pass. formandis non jam usurpabatur, ut nomina *alumnus*, *Vertumnus* ctt. re vera esse participia obliti essent; quare non erat, quod, ut in nominibus part. praes. act. speciem praebentibus, ita in his vocabulis vocalis *u* in *e* mutaretur. Quo factum est, ut illa vocabula suffixo *ent-* instructa haec quasi uno formationis gradu praecederent.

Quo dignior notatu est substantivi *Alemōna* (deae cujusdam nominis, „quae alit fetum in utero“: Tert. de anim. 37; v. l. *Alimona*) ratio, quae a ceteris plane abhorret. In hoc enim solo omnium nominum huc pertinentium vocalis thematica *e* eadem legitur, quae in part. praes. *fer-e-nt-*, *leg-e-nt-*, *reg-e-nt-* ctt. est usitatissima. Accedit, quod praeter hoc unum neque graecum neque latinum nomen reperitur, quod hanc suffixi speciem *mōna* exhibeat. Duplicem igitur explanandi viam ingredi nobis licet: aut nomen illud praeter ceterorum analogiam licentia quadam esse formatum, aut formam *Alemōna* ex alia quadam antiquiore esse ortam statuimus, quae quidem nunc non potest investigari[44]). Qua de re, utcunque se habet, certi quidquam constitui non potest.

De ceteris nominibus, ne multa disseram, jam Corssenum (II², p. 170 sqq.) diligentissime quaestionem instituisse praemoneo. Sunt enim haec:

alumnus (ex * *al-o-meno-s*), fem. *alumna* ab eadem stirpe ductum, qua *Alemōna*, idem est quod graec. ὁ τρεφόμενος, τρεφομένη i. e. qui, quae alitur.

Picumnus: dei Romanorum conjugalis nomen, de quo Nonius p. 355 haec facit verba: „Picumnus et avis est Marti dicata, quam picum vel picam vocant, et deus, qui sacris Romanis adhibetur.“ Inde apparet, vocabulum *Picumnus*

---

[44]) Idem contingit substantivo *cardimona* Cael. Aur. acut. 2, 35, 187 i. e. gr. καρδιωγμός. — Nomen proprium *Cremōna*, siquidem latinae originis est, utrum suffixo *-mōna*, an suffixo *-ōna*, ut *Abeōna*, *Bellōna*, *Intercidōna* al. formatum sit, dubium est.

ejusdem esse stirpis atque *picus* (idem quod theod. *spëh-t*), *pica* a verbo *spicere* (theod. *spëhen*), scr. r. *spaç*. *Picumnus* igitur videtur esse part. **pic-o-meno-s* pro **spic-o-meno-s* active usurpatum, significans deum, qui *spicit* vel *prospicit*, duplici vi, nam et prospicit futuros casus et infantibus prospicit, eos protegit. Eandem vim inveneris in nostro „vorsichtig".

Volumnus, fem. *Volumna:* Romanorum deus et dea: part. med. verbi *velle*, cujus vocalis *u* suffixum antecedens cum *u* vocali participii praes. *volunt-* (in nominibus *volunt-arius*, *voluntas* pro **vol-u-nt-ta(t)-s* exstantis) comparetur. Vis vocis ut in gr. *ὁ βουλόμενος*, quocum accuratissime consentit, est activa: „qui vult (sc. bona)." v. Augustin. civ. dei IV, 21: „ut bona velint."

Vortumnus, Vertumnus: part. med. verbi *vortere*, *vertere* idem quod gr. *ὁ τρεπόμενος*; nomen est dei, qui quasi vertitur vel se vertit i. e. qui vicissitudines anni regit.

vertumnus legitur apud Propertium[45]), unde nomen desultori inditum esse intellegitur, quem nos „kunstreiter" appellamus. Significat idem quod *Vertumnus:* hominem qui vertitur (sc. alterno equo).

columna (forma *colomna* supra (p. 387) est memorata) eodem modo quo *alumna* ab *alo*, *Volumna* a *volo* ctt., a verbo **colo* profectum esse videtur, quod quidem in usu non est. Stirps *col-* eadem est atque nominum *col-u-men*, *cul-men*, *cel-s-us* ctt., quorum notio communis est *eminendi*, ut subst. *columna* active usurpatum significet rem, quae eminet.

Accedunt duo nomina originis latentis: *aerumna*. Hoc subst. Corssenus ducit a rad. *ir-* (scr. *ir-as-ja-ti* i. e. irascitur, vi agit, lat. *īr-a*, *īr-a-tus*) vocali *i* in *ai* (*ae*) non aliter producta, quam in lat. *aedes*, *aidilis*, gr. *αἴθω* ex r. *idh*, scr. *indh* accendere (v. Curtii grundz.[4] 249 sq.; exempla alia collegit Corssenus I[2], p. 374 sqq.), ut nomen *aerumna* ex

[45]) V (IV), 2, 35:

„Est etiam aurigae species vertumnus et ejus
Trajicit alterno qui leve pondus equo."



**airumna* ortum proprie sit: vis, vexatio; porro: molestia, miseria.

Voltumna: etruscae deae nomen, ad cujus fanum concilium omnis Etruriae fiebat (Liv. IV, 23. 25. 61; V, 17; VI, 21 saepius). De ejus origine certi nihil dici potest[46].

3. De nominibus participiorum derivatorum speciem prae se ferentibus.

Si de his quoque nominibus generatim eadem valent, quae de nominibus supra p. 354 sqq. tractatis praefati sumus, eorum tamen rationem haud paullo ab illis abhorrere silentio non est praetereundum. Nomina enim suffixo *ent-* instructa participiorum ad verba aut in *a* aut in *e* pertinentium instar formata esse vidimus; sed nomina, de quibus hic est quaestio, ad unum omnia in syllabas *-u-mnus* desinunt, ut stirpium in *u* vel — quoniam in priscae latinitatis vocabulis permultis literae *u* locum vocalis *o* tenet — in *o* desinentium participiorum speciem exhibere videantur.

Quam in rem priusquam accuratius inquiramus, necesse est vocabula ipsa afferam. Sunt enim haec:

Ratumena: porta (Festus p. 274; Plin. VIII, 42, 65) originem duxisse a **ratus* (scr. *ratha-s,* lituan. *rata-s* (vehiculum), quo etiam lat. *rota, rotundus*[47]) pertinent, Curtius („üb. die spuren einer lat. *o*-conjug.“ in Symb. phil. bonnens. p. 277) conjectavit. *Ratumena* igitur porta est, quam Graeci „πύλην τροχήλατον“ (nos *wagentor*) appellant. Aliam quamvis explanationem Festus et Plinius probent,

---

[46]) Duo nomina *Pilumna* et *Prosumnus* quamvis eadem ratione facta esse videantur, huc non pertinent. Sunt enim nomina e lingua graeca petita, quorum alterum

Pilumina C. I. L. I, 1211 latina formatione expressum idem est, quod gr. Φιλουμένη; alterum

Prosumnus Arnob. adv. g. 5, 29 = gr. πρόσυμνος ex praep. πρός et subst. ὕμνος compositum est.

[47]) De vocabulorum **ratus* et *rota* vocalium varietate cf. lat. *ovis* et *avilla* (*avillas:* ovis recentes partus, Paul. ep. 14).

tamen casu accidisse non putandum est, ut illa porta a nomine ejus vocaretur, qui, ut Festus et Plinius tradunt[48]), ludis circensibus quadrigis victoriam reportaverit. Quare illud Curtii sagacissime esse indagatum nemo negarit.

pilumnus: hujus vocis haec una forma memoriae tradita est a Festo p. 205: *pilumnoe poploe* („in carmine Saliari Romani velut pilis assueti"), quam Corssenus (I², 528. 706 sq.) non satis recte genet. sg., Buechelerus (grundriss der lat. decl. p. 17) rectius nominativum plur. (ut in vocabulo *Fescemnoe* Fest. p. 86) habet. Ductum est vocabulum *pilumnoe* a substant. *pilum* (i. e. hasta) et idem significat, quod *pilani* i. e. triarii (Varro l. l. V, 89; Ovid. fast. 3. 129); cf. etiam *pilatus* Verg. Aen. XII, 121. — *Pilumnoe poploe* igitur est *populi pilis armati* (v. Curtium l. l. p. 276 sq.; Corssenum I², 529; II², 173).

Pilumnus eodem modo, quo nomen superius formatum aliam quandam notionem adhibet: *Pilumnus* enim, qui una cum Picumno commemorari solet[49]), deus est pilo i. e. pistillo armatus, quo grana contundere et mala ab infantibus arcere dicebatur (cf. Serv. ad Verg. Aen. IX, 4, X 76; Corssenum et Curtium l. l.).

Vitumnus: dei Romani nomen est, „per quem vivescat infans". Tertull. adv. nat. II, 11; Augustin. civ. dei VII, 2, 3.

---

[48]) Festus p. 274: „Ratumenna porta a nomine ejus appellata est, qui ludicro certamine quadrigis victor, clarusci („Etrusci" emendat. Mülleri) generis vehis („Veis") consternatis equis excussus Romae perit, qui equi feruntur non ante constitisse, quam pervenerint in Capitolium, conspectumque fictilium quadrigarum, quae erant in fastigio Jovis templi, quas faciendas locaverunt Romani vegenti („Vejenti") cuidam artis figulinae prudenti."

Plin. VIII, 42, 65: „Majus augurium apud priscos plebejis circensibus excusso auriga ita ut si staret in Capitolium cucurrisse equos aedemque ter lustrasse, maxumum vero eodem pervenisse a Veis cum palma et corona effuso Ratumenna qui ibi vicerat, unde postea nomen portae est."

[49]) Varro vit. pop. Rom. ap. Non. p. 361 Gerl.: „diis conjugalibus *Picumno* et *Pilumno*."

Vocabulum igitur *Vitumnus* a stirpe *vito-*, ad quem pertinet subst. *vita*, derivari absonum esse non videtur[50]), ut *Vitumnus* active vel causative dicatur „deus vitam vel animam alicui infundens".

Sequantur duo substantiva, quae ad quod nomen spectent, non certum habemus:

autumnus: hoc vocabulum cum verbo *augēre* cohaerere jam Festus opinatur[51]), illud vero non ab ipso verbo *augere*, sed a verbo quodam denominativo **auctuere* a nomine **auctu-s* (i. e. incrementum) profecto derivatum esse primus monuit Leo Meyer (gr. comp. II, 292). Quaenam insit vis illi verbo **auctuere*, dijudicari non potest. Leo Meyer (l. l.): incrementum i. e. fructus ferendi, ut autumnus id anni tempus sit, quod fructus ad maturitatem perducit. Paullo aliter sentit Curtius (Symb. phil. bonnens. p. 276), qui **auctuere* significare: „den wuchs einbringen, ernten" (i. e. fructus condere, colligere) censet; autumni nomine tum proprie significarentur „fructus conditi", translate „messium tempus" (cf. theod. herbist, herbest i. e. non solum messium tempus, sed etiam ipsa messis; gr. ἄμητος et ἀμητός). Aliam nunc tentat etymologiam Corssenus (II², 174; nachtr. 46), quam probare non dubito, quum ea id sublatum esse videatur, quod in illa Meyeri et Curtii mihi quidem offensioni est. Postquam enim Fleckeisen (funfzig artikel etc. p. 8) probavit, unam formam *autumnus* sine *c* scriptam in optimis codicibus legi, non est, quod hoc vocabulum a nomine **auctu-* ducatur. Quare Corssenus hanc vocem pertinere ad stirpem quandam **autu-* (vel **auta*, **auti*) i. e. satietas, ubertas a rad. *av* (gr. ἄϝ-ειν satiare), lat. *avere* (salvum, fortunatum esse) colligit, ut *autumnus* sit id tempus, quod „ubertatem praebet".

---

[50]) Cur non ab ipso substant. *vita* ductum esse putemus, ex eis apparebit, quae infra de huius ceterorumque vocabulorum ratione notabimus.

[51]) Ap. Paul. p. 20 Lind.: „Autumnum quidam dictum existimant, quod tunc maxime *augeantur* hominum opes coactis agrorum fructibus."

Formam *autumnum* neutrius generis affert Varro ap. Non. 71, 20. — Ad vocabuli rationem post revertemur.

Restat nomen proprium:

Clitumnus: fluminis Umbri nomen, pertinet ad eandem radicem *clī-*, quam novimus ex vocabulis *clī-vus, pro-clī-vis,* gr. *κλι-τύ-ς*. Sed ut *autumnus* non ex ipsa rad. *av-* (vel *aug-*), sed a nomine quodam inde ducto **autu* (vel **auctu*) formatum est, ita *Clitumnus* ortum esse videtur ex **clitu* cum gr. *κλι-τύ-ς* accuratissime conferendo: *Clitumnus* igitur est flumen quasi inclinatum vel defluens (cf. rad. *sta-*, st. *statu-*, verb. *statuere;* v. Corssen. II², 174).

Haec sunt, de quibus agendum erat, nomina[52]. Jam ad eam quaestionem redeamus, quam supra in suspenso reliquimus.

Quod nomina in *-ant* desinentia conjugationis in *a,* nomina in *-ent* conjugationis in *e* participiorum instar formata esse supra monuimus, nomina in *-u-mnus* ad conjugationem in *u* esse referenda par esse videtur. Duo vero sunt, quae obstent.

Ad hanc rem illustrandam non absonum est ea in *-uere* verba denominativa enumerare, quae Romanis sunt usitata: quorum Leo Meyer (gr. comp. II, 42) haec collegit: *acuere, arguere, delibuere, statuere, tribuere, futuere, minuere;* quibus Curtius (l. l.) adjecit *metuere, batuere; sternuere* syllaba *nu-* auctum esse videtur; cf. gr. *πτάρ-νυ-μαι.*

Quorum a substantivis declinationis in *u* originem duxerunt haec: *acuere* (*acus*), *metuere* (*metus*), *statuere* (*status*), *tribuere* (*tribus*). Eadem originatione videntur usa esse: *futuere* (cf. gr. *φιτύ-ειν, φῖτυ-ς*), *minuere* (cf. gr. *μινύ-θ-ω*), *arguere* (cf. gr. *ἄργυ-ρος*). Incertae originis sunt: *batuere, delibuere.*

Inde sequitur, verba in *-uere* ad nomina in *u-* pertinere.

---

[52]) Alia quaedam ut **Neptumnus, *Portumnus* esse lectiones depravatas vocabulorum usitatorum *Neptunus, Portunus* Corssenus (I², 435) demonstravit.



Itaque illa quoque, de quibus est quaestio, vocabula a nominibus in *u* derivata esse colligi liquet. Conjecerunt eam rem Corssenus et Curtius de nominibus *autumnus* et *Clitumnus*.

Ex quibus *Clitumnus* propter gr. κλιτύς ad nomen quoddam **clitu-* pertinere vidimus; neque vero nomen ita natum esse, ut stirpi ipsi **clitu-* suffixum *mno-* subjungeretur, ut Corssenus censet, eis probatur, quae infra de nominis *calumnia* ratione notabuntur. Sed potius *Clitumnus* ortum est ex **Clitu-o-meno-s*, unde *u* et *o* contractis: *Clitū-mnus* factum est. — Num *autumnus* quoque eodem modo ortum sit, decerni non potest, quoniam neque **autu-*, neque **auto-* stirps servata est.

Ab hac vero ratione abhorrent: *Pilumnus*, *pilumnoe*, *Ratumena*, *Vitumnus*, quae ad nomina in *o* spectant: *pilo-*, **rato-* (*rota*), **vito* (*vita*). Itaque quoniam priscae latinitatis *o* postea in *u* transiit, illa nomina conjugationis in *o-* latinae[53] reliqua exstare veri est simillimum. — Sic *pilumnus*, *Pilumnus* re vera participium verbi denominativi in *-ōre* a stirpe in *o*: *pilo-* deducti (v. Curt. l. l.) habendum est. Idem valet de ceteris nominibus:

Ratumena pro **Ratō-mena* a **ratōre* (**rato-* cf. *rotundus* Curt. l. l. p. 277 sq.).

Vitumnus pro **Vitō-meno-s* a **vitōre* (**vito-*).

Sed ne quis arbitretur, illa verba denominativa omnia in usu fuisse, fieri potuisse moneo, ut nonnulla secundum illorum analogiam ita formarentur, ut vocali *u* cum suffixo *-meno* quasi coalescente suffixum *-umenus*, (*-umnus*) cum ipsis nominibus conjungeretur. Cujus rationis quum jam saepius facta sit mentio, ad ea delegasse satis habeo, quae supra (p. 371 sqq.) de nominibus in *-ulentus* sunt memorata.

Superest, ut de vocabulo quodam pauca afferam, cujus ratio a ceterorum formatione diversa est. Nomen dico: *farciminum* i. e. genus morbi in jumentis, quod semel legitur

---

[53]) De qua scripsit Curtius in Symb. phil. bonnens. p. 271 sqq.

apud Vegetium (1, 7). De vocalis *i* suffixum *mino* antecedentis quantitate quum certi nihil traditum habeamus, dixerit quispiam, in hoc uno nomine vocalem thematicam *i* ex *o*, *u* eodem modo attenuatam esse, quo in 2. plur. *fru-i-mini* ex **fru-o-mini* ctt. Quam rem non plane absonam esse, concedatur, quamvis praes. *farcio* vocali *i* auctum secundum quartam, quae dicitur, conjugationem declinari soleat, quum stirps *farc-* (**farcere*) non solum in gr. *φράσσ-ειν*, sed etiam in lat. perf. *farsi*, part. pass. *farc-tum* inveniatur. Sed etiam alio modo effictum esse vocabulum *farciminum* potest: ex ipsa stirpe *farcī* (praes. *farcio*) suffixi illius *mino-*, quod proprie ad part. med. formanda adhibitum esse Vegeti aetate non jam intellexerunt homines, ope secundum nominis *farcī-men* exemplum nomen quoddam *farcīminum* nasci potuit. Cui rationi plus quam alteri probabilitatis inesse nemo est, qui neget, si illud vocabulum ab optima antiquioris aetatis latinitate alienum esse reputaverit.

Haec habeo, quae de nominibus suffixo *mino-* compositis dicam.

Superest, ut enumerem:

4. Vocabula quaedam suffixo *-io* a nominibus suffixo *mino-* formatis derivata,

quorum numerus est satis parvus.

Ac primo loco ponantur duo vocabula, quorum unde ducta sunt nomina etiam nunc exstant:

Volumnius, *Volumnia* nomina gentilia, a *Volumno-* (v. p. 389) derivata sunt.

In compositione tantum invenitur: *intercolumnium* i. e. spatium inter columnas duas interpositum, quod ad subst. *columna* pertinet.

Accedunt duo quorum stirpes, unde nata sunt, non jam reliquae exstant:

calumnia i. e. contumelia: derivatum suffixo *-ia* a part. quodam med. **calumno-*, ut *Volumnia* a *Volumnio-*, spectat

ad verbum *calvĕre* (Prisc. 883 Putsch.), *calvi* i. e. fallacias facere. De hujus vocabuli formatione Corssenus (II², 172 sq.) haec praebet: a stirpe *calv-* part. **calūmno-* consona *v* in *ū* mutata eodem modo formatum est, quo *volutus* a *volvo, solutus* a *solvo.* Quas voces non satis recte in comparationem vocatas esse inde intellegitur, quod suffixum *-to* stirpi merae adjungitur (*dic-tus, lec-tus, scrip-tus* ctt.), suffixum vero *mino-* vocalis thematicae, quae vocatur, ope cum stirpe componitur[54]). Ac potius vocab. *calumnia* (part. *calumno-*) ita esse formatum censeo, ut a verbo *calv-ĕre* part. med. fingeretur: **calv-o-meno-s,* inde consona *v* in *u* mutata: **calu-o-meno-s,* denique *u* et *o* contractis **calū-meno-s,* **calūmnus* ortum est. Eandem prae se fert rationem, praeter illud, de quo supra agitur *Clitumnus* ex **Clitu-o-meno-s* (gr. *κλιτύ-ς*): substant. *salu-s* ex **salvo-t(i)-s,* **salu-o(t)s, salū(t)s* natum. Cf. etiam lat. *su-surru-s* cum scr. *svara-s* (v. Corssen. beitr. 519).

Tolumnius: Vejentium regis (Liv. IV, 17. 19) et Rutilorum auguris nomen (Verg. Aen. XI, 429, XII, 258. 460), ejusdem esse stirpis videtur atque *Tul-l-iu-s, tuli, tolerare,* gr. *Τόλμαιος, τολμηρός.* Verbum **tolere,* ad quod pertinet, non jam exstat. Formandi ratio (*Tolumnius* a **tolomno-,* **tolumno-*) eadem est, quae nominis *Volumnius* a *Volumno-* (v. Corssen. II², 171 sq.).

Praeter haec, quae attuli nomina, nulla exstare mihi quidem videntur huc referenda, ut ad finem hujus disputatiunculae pervenissem, nisi de certo quodam vocabulorum genere verba facienda mihi essent.

Apud Curtium enim (erläut.² p. 142) substant. *ignominia* ex stirpe quadam **ignominus* prodiisse dicitur. Quam stirpem, quum suffixo *-mno* formata videatur, participii med. speciem praebere aliquis dixerit. Sed hujus substantivi ratio

[54]) Quae res eo non refutatur, quod in eis nominibus, de quibus p. 381 sqq. fiebat quaestio, suffixum cum ipsa radice conjunctum sit, quum hic de eis tantum nominibus agatur, quae a verbis latinis usitatis orta sunt.

non aliter explicanda est, quam nominum *illuminus* et *flamina*, de quibus cf. supra p. 380 ann.[34]) i. e. **ignominus* compositum est ex *in-* negativo et substant. (*g*)*nomen* suffixo *-men* efficto, quibus compositis adjectivum ita ortum est, ut vocalis *o* adjiceretur: itaque st. **ignomino-* re vera non suffixo *mino-*, sed suffixo *men-* (*min-*) vocali *o* aucto formata est. Idem valet non solum de substantivis: *exterminium* (*termen*), *interfeminium* (*femen*), *postliminium* (*limen*), cf. etiam *seminium* (*semen*), sed etiam de substantivis haud ita raris in *-monium* et *-monia*, quae derivata sunt a nominibus suffixo *-mōn* formatis; quorum pauca tantum ex verbis: *alimonium* (*alo*), *gaudimonium* (*gaudeo*), *querimonium* (*queror*), plurima ex nominibus nascuntur: *mendicimonium* (*mendico-*), *miserimonium* (*misero-*), *moechimonium* (*moecho-*), *aegrimonia* (*aegro-*), *falsimonia* (*falso-*), *sanctimonia* (*sancto-*), *caerimonium*, *caerimonia* (*cero-* Paul. p. 122, 5), *castimonium*, *castimonia* (*casto*), *matrimonium* (*mater*), *mercimonium* (*merx*, *merci-*), *patrimonium* (*pater*), *testimonium* (*testi-*), *vadimonium* (*vas*, *vad-*), *tristimonium*, *tristimonia* (*tristi-*).

Non satis dilucida est formatio substantivi *parsimonia*; originis obscurae sunt nomina plantarum quarundam: *molemonium*, *agrimonia*, *argemonia* (*argimonia*). — Cf. etiam masc. *Sēmōn-*, fem. *Sēmonia*.

Sed haec hactenus!

In haec et illa suffixo *-men* (*-mon*) subjuncta nomina propediem inquirendi facultatem mihi futuram esse spero.



DE DIALECTO ATTICA VETUSTIORE

QUAESTIONUM EPIGRAPHICARUM

PARS POSTERIOR.

SCRIPSIT

PAULUS CAUER

VRATISLAVIENSIS.

CONSPECTUS.

Non multo post, quam pars prior harum quaestionum typis impressa erat, spicilegium quoddam grammaticum in manus meas pervenit, quod ex primo illo volumine corporis inscriptionum Atticarum decerptum Albertus a Bamberg in „Zeitschrift für das Gymnasialwesen“, 1874, p. 616 sqq. ediderat. qui cum ampliore recensu ea, quae ad cognitionem dialecti Atticae pertinentia („Tatsachen der attischen Formenlehre“) anno 1873 deberentur, enarraret, non potuit iuscriptiones vetustiores a Kirchhoffio collectas in hunc numerum non referre. quin etiam qualis fructus ex eis percipi posset, compluribus exemplis luculente demonstravit. quae ut in dissertatione mea neglegerem, quoniam casu parum iucundo factum est, hanc, quam invitus commisi, culpam nunc ita redimere studui, ut exemplis a Bambergio allatis, quatenus ad posteriorem partem harum quaestionum spectarent, diligenter uterer. cetera satis habui hoc loco enumerare, cum nulla causa adversandi in eis data sit. nam quod ille (l. l. 620) *δωρειά* formam vetustiorem recte se habere dicit, optime convenit cum eis, quae de hoc vocabulo et de constrictione *ει* diphthongi ipse supra pp. 251 et 272 sq. attuli. quamquam rationi, qua usus Bambergius tribus locis apud Aeschylum (Prom. 338. 618) et Sophoclem (Ai. 1032) nulla necessitate coactus *δωρειάν* restituere vult, libere assentiri vix ausim. deinde *ὠφελία*, de qua forma supra p. 273 sq. plura dixi, Bambergius quoque l. l. 617 sq. commemorat allatis nonnullis exemplis ex poesi scenica, quibus usus utriusque formae, *ὠφέλεια* et *ὠφελία*, accuratius describi possit. iam vero *οἰκτίρας* participium aoristi ille

l. l. 621 Kirchhoffium secutus prorsus aliter explicat atque ego, de quo tamen non opus est me ea repetere, quae contra sententiam Kirchhoffii supra p. 253 protuli. denique nonnulla minora prorsus omisi, ne lividam quandam Bambergianae et meae operae comparationem metuisse viderer.

praeterea epilogico huic prologo inserere mihi liceat correctionem aliquam ad rem metricam pertinentem. nam quae C. i. A. 478 exstant verba *Α]ἰνέᾳ τόδε σῆ[μα* versus hexametri partem fuisse supra p. 272 affirmavi. neque aliter Kirchhoffius de hac re iudicasse videtur, quoniam et huic versui et ei qui sequitur notam lacunae subiunxit. at rectius fortasse Bergkius, „Griechische Literaturgeschichte" I, p. 385, hunc titulum eis versibus vetustissimis adnumeravit, qui brevi ordine aut anapaestico paroemiaco aut omissa anacrusi logaoedico continentur. quam sententiam eo libentius amplector, quod, cum talis versus et –́ ⏕ – ⏕ – ⏓ et –́ ⏑ – ⏕ – ⏓ formam metricam habere possit, *Αἰνέᾳ* in *Αἰνείᾳ* corrigi necesse non est. neque enim in altero versu *Τιμοκλῆς ἐπέ[θηκε* thesis primi pedis longa syllaba efficitur.

postremo loco commemorandum est p. 284 v. 18 *veterum* pro *ceterorum* errore typographico positum esse non sine aliquo damno sententiae.

Caput V.

DE DECLINATIONE NOMINUM.

1. In terminationibus singularis numeri primae, quae volgo dicitur, declinationis α longam et η vocales non alia ratione apud Atticos antiquioris aetatis usurpatas esse quam apud eos scriptores, quorum libri nunc exstant, supra iam ostendi eo capite, quo de singulis vocalibus mihi agendum fuit, p. 244 sqq. ubi id quoque iam commemoratum est, errasse eos, qui paucas quae huc pertinent formas tamquam vestigia Iadis paulatim in Atthidem se mutantis esse voluerunt.

2. Aliter autem primo obtutu res se habere videtur in dativis pluralis numeri stirpium in *ο* et in *α* exeuntium. formarum enim, quae in antiquissimis titulis Atticis passim reperiuntur, in *-οισι, -αισι, -ῃσι, -ησι, -ᾱσι* desinentium pleraeque in dialecto Ionica aut solae in usu sunt aut certe saepius ponuntur quam breviores et ceterarum dialectorum magis propriae, in quibus *ι* finalis evanuit. qua re postquam Kirchhoffius, „Bemerkungen zu den urkunden der schatzmeister der anderen götter" (in commentationibus academiae Berolinensis) p. 26 sq. tempus definivit, quo longiores formae brevioribus prorsus cessisse putandae essent, Weckleinius Cur. epigr. p. 5 sqq. accuratius explicare studuit, quo modo in his formis sermo Atticus a communi sermone Ionum sensim segregatus sit. nam cum in secunda declinatione ratio *-οισι* et *-οις* terminationes distinguendi satis simplex sit, ea scilicet, ut *-οισι* formae pristinae etiam in titulis Atticis vetustissimis pauca exempla remanserint, in prima declinatione haud parva difficultas ex multitudine diversarum formarum antiquiorum oritur, praesertim cum duae ex eis, *-αισι* et *-ασι*, ab ipsa Iade prorsus alienae sint. quam difficultatem Weckleinius ita se tollere posse sperat, ut pristinam et Ionicam et Atticam formam solam *-ῃσι* fuisse statuat. eam proprie Attica terminatione *-αισι* expulsam esse; sed in volgari sermone post consonantes *-ῃσι* (vel *-ησι*) aliquamdiu remansisse, post vocales autem *-ασι*, extrita *ι* vocali ex *-αισι* factum, usurpatum esse. *-αισι* deinde in *-αις* correptum est, quod per se intellegitur[1]). — at huic explicationi non pauca sunt quae

[1]) Weckleinius hoc prorsus eadem aetate factum esse existimat, qua *-οισι* in *-οις* mutatum sit, i. e. iam ante Ol. 90, quem terminum in solis traditionibus quaestorum inter *ταμίασιν* et *ταμίαις* fuisse videtur putare. nam „quod ante Ol. 90 terminatio *-αις* non pariter inventa sit ac terminatio *-οις*, id casui tribuendum esse" dicit. at quoniam *-αισι* forma apud Atticos non aeque vetusta fuit atque *-οισι* forma omnium Graecorum communis, facillime fieri potuit, ut forma antiquior prius quam altera corriperetur, *-οισι* scilicet prius in *-οις* quam *-αισι* in *-αις*. ceterum singula harum mutationum exempla infra afferam.



obstant. primum enim Atticos vel vetustissima aetate *η* pro *α* longa post vocales pronuntiasse nemo adhuc aptis exemplis confirmavit (v. supra p. 249), neque unum, quod Weckleinius hoc loco (p. 7) affert, ullius momenti est, si quidem id, quod Aristophanes av. 868 per ludibrium posuit, *Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν*, ad ipsum sermonem Atticum nequaquam pertinet. deinde quae origo fuerit *-αισι* terminationis subito irrumpentis, Weckleinius non ostendit. sed cum caecum quoddam linguae arbitrium in talibus rebus valuisse credi non posset, causa quaerenda erat, cur *-αισι* proprie Attica terminatio fuisset. quae causa, quam Weckleinius non desideravit, eo difficilior inventu erit, quod iam apud Homerum *-αις* terminatio ex *-αισι* correpta paucis locis exstat: *M* 284 *ἀκταῖς*, *ε* 119 *θεαῖς*, *χ* 471 *πάσαις*, quae formae in omnibus recentioribus grammaticis linguae Graecae circumferuntur. iam vero ipsa illa terminatio *-αισι* in *-ᾱσι* mutari non potuit; equidem certe nullum exemplum *ᾱ* ex *αι* ante consonantem aliquam factae novi[2]). omnino autem, quae Weckleinius de hac mutatione protulit, tam mira sunt, ut ea per lapsum quendam aut calami aut memoriae in librum alioquin acri iudicio conscriptum irrepsisse videantur. nam eadem aetate „post consonantem *-ῃσι* et extrito *ι* *-ησι* aliquamdiu remansisse“ et „post vocalem *-αισι* extrito *ι*, i. e. *-ασι* usurpatum esse“ prorsus incredibile est. nimirum volebat dicere non novam formam *-αισι* post vocalem in *-ασι* correptam esse, sed *-ῃσι* ab Atticis post vocales in *-ᾳσι* mutatum, deinde, sicut *-ῃσι* in *-ησι*, ipsum quoque in *-ασι* correptum esse. quod quamquam ne ipsum quidem recte iudicatum est, tamen sanius quam alterum illud et, quod gravissimum est, accommodate ad universam sententiam Weckleinii. nam ipse paulo post pergit: „terminatio

---

[2]) *α* enim in *-ασι* terminatione dativi longam fuisse vix est cur commemorem. quod qui non statim persuasum habet, comparet adverbia in *-ησι* et *-ᾱσι* desinentia et ex locativis plur. num. orta, quae collecta sunt e. g. apud Kuehnerum, „Ausf. gramm.“ [2] I, p. 728.

-ησι vel -ῃσι igitur eandem dignitatem habet quam terminatio -ασι."

atque hanc comparationem ipse quoque quam maxime probo nec vereor, ut quisquam adversarius eius existat, quia omnibus notissima sunt adverbia illa localia in -ησι et -ασι desinentia, ut Ἀθήνησι, Ὀλυμπίασι, quae quin eandem originem habeant atque dativi in -ῃσι, -ασι exeuntes dubitari nequit. quaeritur autem, quaenam haec origo fuerit. quam satis facile inveniri posse spero. nam -ῃσι, -ησι, -ασι terminationes non solum, quia in dialectis Ionicis et in vetustissimis titulis Atticis exstant, antiquiores sunt quam -αισι, -αις, sed etiam ipsae aliquam speciem vetustatis prae se ferunt, quoniam α (vel η), quae in eis longa est, testimonio esse potest eo tempore, quo hae formae compositione stirpis cum terminatione -σι interiecta ι vocali factae sunt, extremam vocalem stirpis ipsam quoque longam fuisse. fuit certe longa antiquissima aetate non solum in Graeca lingua sed tota illa primigenia, quam statuere solemus, Indogermanica. et in Sanscrita quidem lingua discrimen, quod fuit inter stirpes in *a* et in *â* exeuntes, effecit, ut alterae locativum pluralis in *-êshu* alterae in *-âsu* desinentem habeant, e. g. *dattêshu*, *dattâsu*. itaque mirari non possumus, quod etiam apud Graecos dat. plur. primae declinationis aliquantum differt ab eo, quem in secunda declinatione antiquitus in usu fuisse constat. quamquam formae Sanscriticae non prorsus eadem ratione inter se differunt atque Graecae. nam cum *-âsu* et *-êshu* terminationum altera *i* vocalem stirpi adiectam habeat altera non habeat, apud Graecos et ᾱ et ο cum ι coniunctae effecerunt formas -ᾳσι et -οισι. e quibus -ᾳσι rursus variis modis mutata est, quos adiectis exemplis, quae in titulis Atticis exstant, iam descripturus sum.

et primum quidem -ᾳσι forma primigenia neque in vetustiore Attica neque in ceteris dialectis Graecis usquam exstat. quae quoniam secundum leges Iadis in -ῃσι mutata est, hanc habemus et apud Iones pervolgatam et in in-

scriptionibus Atticis paucis locis servatam, sed in eis tantum stirpibus, in quibus α non pura est:

(1.) [ἐπό]πτησιν 1 B, 7. τῆσ[ι] 25. τῆσιν 30 — diu ante *Ol. 81.* multo maior numerus eorum exemplorum est, in quibus ι subscriptum sicut in adverbiis localibus supra commemoratis evanuit[3]). habemus enim in -ασι desinentes has formas:

(2.) μυρίασι 37 f. g, 4. [μυρί]ασι m, 19. [μυ]ρίασι m, 26 — *Ol. 88, 4.* [τα]μίασι 18, 6 ante *Ol. 84.* ταμίασιν 117, 3. 5. 122. 123. 130. 131. 132. 141. 153. 170. 171. 172 = *Ol. 86, 4 — 90, 2.* accedunt 32 B, 20 et 47 aa, 4, quos titulos non post *Ol. 90* inscriptos esse ex ipsa forma ταμίασι Kirchhoffius suo iure conclusit. [Ἑλλην]οταμίασ[ι], quod 187, 12 in fragmento satis exiguo exstat, non prorsus certum est. — eodem modo -ησι factum est ex -ῃσι in his exemplis:

(3.) μύστ[ησ]ιν 1 B, 5. αὐτῆσι 31 — diu ante *Ol. 81.* [ἐπιστά]τησι 291, 6 ca. *Ol. 82.* [ἐπιστάτη]σι 284, 1 et [ἐπιστ]άτησι 288, 14 ante *Ol. 84.* ἐπιστάτησι 298, 4. 299, 3. 301 a, 1. 317, 5 = *Ol. 84* vel *85 — Ol. 90.* τῆσι [δ]ίκη[σι] 28, 5 *Ol. 84.* τῆσι 37 i, 31. p, 47. 40, 43 = *Ol. 88, 4 — 89, 1.* in eisdem titulis: [δρα]χμῆ[σι] 37 h, 20. ἐν τῆ[σι στή-λη]σι 40, 14. 15.

Videmus igitur veterem terminationem dativi pluralis

---

[3]) etiam apud Iones utraque scriptura terminationis dativi pluralis, -ῃσι et -ησι, in usu fuit, quamquam in titulis Ionicis omissi ι subscripti nullum exemplum exstat; v. Erman, Stud. V, p. 302. Sed ex variis iudiciis grammaticorum colligere possumus non parvam in hac re inconstantiam fuisse. alii enim -ησι scripturam adverbiis localibus, -ῃσι dativis tribuerunt, alii in utrisque formis ι subscripserunt, alii in utrisque omiserunt. et adverbia quidem ut sine ι scribamus, non solum librorum manu scriptorum et titulorum auctoritas, sed etiam ipsa natura suadet, quoniam talia vocabula etiam significatione a pristina vi dativi (vel potius locativi) pluralis non nihil secesserunt. ipsos autem dativos ab Ionibus utraque ratione scriptos esse, praesertim cum titulorum Atticorum auctoritas accedat, non est quin grammaticis credamus. quorum iudicia quae huc pertinent, a Weckleinio l. l. diligenter collecta sunt.

(-ησι, -ῃσι, -ασι) a sermone Attico nequaquam alienam fuisse. nam etsi exempla huius generis, quae in titulis exstant, satis parvo numero certorum vocabulorum continentur, tamen non est quin illas terminationes antiquiore aetate apud Athenienses prorsus pervolgatas fuisse credamus idque non solum ea aetate, qua ἡ Ἰάς, ut veteres satis simpliciter statuerunt, τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι ἡ αὐτὴ fuit (Strab. VIII, p. 333), sed etiam post discessionem harum dialectorum, quoniam η et α longa Attico more accurate in eis distinguebantur. eo autem magis mirari possumus, quaenam causa fuerit, cur Athenienses ad novam formam satis diversam prorsus supervacanea mutatione transsilirent. quamquam enim neque ceterorum grammaticorum quisquam neque, qui propria cura de his rebus egerunt, Kirchhoffius aut Weckleinius aperuerunt, qua ratione Athenienses -αισι pro -ῃσι et -ασι usurpando assuevisse putarent, tamen neminem fore spero, qui contendat recta via ut λύκοις ex λύκοισι sic ταμίαις ex ταμίασι fieri potuisse. nempe vera causa huius mutationis posita fuit in studio quodam analogiae, quod effecit, ut dativo plur. secundae declinationis in -οισι desinenti opponeretur in prima declinatione -αισι[4]. huius autem studii initia satis vetustae aetati totius linguae tribuenda sunt, quoniam in omnibus dialectis Graecis excepta Ionica

[4]) haec explicatio, quantum memini, ab aliis nondum prolata est. nec tamen eis, quae viri docti de illis formis disseruerunt, res admodum difficilis satis illustrata esse mihi videbatur. et Weckleinii quidem sententiam supra examinavi. praeterea Renneri „quaestionum de dialecto antiquioris Graecorum poesis elegiacae et iambicae“ et Gerthii „quaestionum de Graecae tragoediae dialecto“ certa capita huc spectant (Renner Stud. I, 1, 164 sqq. Gerth ib. 2, 225 sqq.). a sententia utriusque meam non uno loco differre unusquisque facile videbit. quod si argumenta, quibus nisus ab eis discessi, non exposui, hoc ideo factum est, quod aut eadem sunt, quae contra Weckleinium attuli, aut saltem ex disputatione mea cum duabus illis comparata facillime suppleri possunt. nam Rennerus et Gerthius cum subsidia epigraphica non in promptu haberent, non potuerunt de tota illa quaestione non aliter iudicare atque ego, cuius omnis opera eis colligendis tributa fuit.

nova forma pervolgata est. nam quod etiam in dialecto Boeotica -ης pro -αις habemus (v. Ahrens, dial. Aeol. p. 187), haec non prisca illa diphthongus est, sed nova vocalis Boeotico more ex αι facta. in Iade autem inter duas illas terminationes (-ησι, -ᾳσι et -αισι) diu certamen fuisse videtur ac paene luctatio. et in eam quidem partem huius dialecti, quam Neo-Ionicae nomine comprehendere solemus, nova forma -αισι omnino non irrepsisse videtur[5]; apud Homerum pauca exempla eius exstant, quae supra (p. 404) adscripsi, e quibus apparet dialectum epicam a mutatione illa leviter inchoata mox destitisse. quae deinde ab Atticis prorsus recepta est, quamquam multo inferiore aetate quam a ceteris Graecis, non diu ante *Ol. 90*[6]. post hanc aetatem quae huc pertinent formae hae sunt:

(4.) μυρίαισι[7]) δρ[αχμαῖσ]ι 40, 38. 39 *Ol. 89, 1.* [δρ]αχ[μ]αῖσι 48, 6 in titulo incertae aetatis, sed circa *Ol. 90*

---

[5]) hoc non solum in scriptores prosae orationis sed etiam in poetas elegiacos et iambicos cadit. v. Renner Stud. I, 1, 208 sqq.

[6]) hoc enim termino in traditionibus quaestorum Minervae ταμίασιν et ταμίαις discernuntur. Kirchhoffius cum -αισι et -ασι aeque vetustas formas esse putaret, eadem hac Olympiade etiam -αισι terminationis vitam finitam esse statuit. haec autem terminatio, quamquam *ταμίαισιν in traditionibus nusquam exstat, tamen inter -ασι et -αις interiecta fuisse putanda est. fuit igitur in usu per breve aliquod spatium temporis circa *Ol. 90.* intra quam Olympiadem cum et -ασι et -αις reperiatur, nulla causa est, cur Kirchhoffium secuti titulum 48 propter [δρ]αχ[μ]αῖσι formam in eo exstantem „*Ol. 90* paulo antiquiorem“ esse certo iudicemus. nam ex eis, quae supra exposui, apparet nos termino illo, quem traditiones quaestorum praebent, non tamquam muro aeneo uti posse.

[7]) dubitari potest, utrum haec forma μυρίαισι an μυρίᾳσι legenda sit. μυρίασι quidem sine ι adscripto compluribus locis exstat, quos supra attuli, et aetas tituli 40 ea est, in quam nullum certum exemplum -αισι terminationis cadat. atque cum in eodem titulo habeamus τῆσι et ἐν τῆ[σι στήλη]σι, fortasse pro δρ[αχμαῖσ]ιν ponere possumus δρ[αχμῆσ]ιν eodem numero literarum. ceterum tota haec res neque magni momenti est et satis incerta, quia -ᾳσι terminationis pristinae alioquin nullum exemplum exstat.



exarato. φραδαῖσι 423, 3 in titulo donarii Archedemi incertae aetatis ludicra et dialecto et literatura exarato.

haec pauca eaque non ita magnae auctoritatis exempla documento sunt Athenienses, cum dativum plur. primae declinationis ex analogia secundae mutarent, etsi breviorem formam (-αις) non statim arripuerunt, tamen perpaucos annos in media forma -αισι permansisse. quod mirum esse non potest, quia eo tempore, quo analogia secundae declinationis, ut ita dicam, in primam irrepsit, ipsa -οισι terminatio iam ι finalem amiserat. quod infra exemplis epigraphicis confirmabo. nunc restat, ut dativos in -αις desinentes adiciam, qui inde ab *Ol. 90* non ita raro reperiuntur:

(5.) ταῖ[ς] νύμ[φαι]ς 424, 3. 4. νύ[μφ]αις 425, 2. 3. utrumque paulo ante *Ol. 87*, sed in donariis Archedemi, in quibus Dorica dialectus Atticae immixta est.

ταμίαις 125. 133. 138. 157, 2. 4. 158. 166 = *Ol. 90, 4 — 92, 1*. Ἑλληνοταμίαις 32 A, 6. ταμίαις 18. ἐν αἷς 29. hunc titulum ipsi *Ol. 90* Kirchhoffius tribuit (v. commentationum acad. Berol. 1864 p. 28), qua aetate recentior esse non potest, quia in altero latere (B, 20) etiam antiqua forma ταμίασι exstat. ταῖς 54, 6. ταύταις ταῖς 14. Ἑλληνοταμίαις 273 b, 26. [χιλί]αις δραχμαῖς f, 34. τετρακοσίαις δραχμαῖς f, 40. — haec quoque monumenta (54 et 273) *Ol. 90* antiquiora non esse propter formas in -αις desinentes Kirchhoffius iudicat, quamquam idem in utroque etiam aliis de causis veri simile est. de 273 cf. comment. acad. Berol. 1864 p. 27 sq. — [πελ]τασταῖς 55 a, 5. αἷς b, 8. [στρα]τιώταις e, 3 *Ol. 91, 1*. Ἑλληνοταμίαις 183 d, 4. e, 9. 11. 13. 15. ἀθλοθέταις d, 5. στρατιώταις d, 8. 10 *Ol. 91, 2*. — Ἑλληνοταμίαις 188, 4. 8. 9. 10. 11, saepius. ἀθλοθέταις 5 *Ol. 92, 3*. — πρίσταις 324 a, 29. 35. 42. ἐνκαυταῖς 22. 42. κηροπλάσταις c, 8, *Ol. 93, 1*. — [Ἑλληνοταμ]ίαις 140, 25 *Ol. 93, 3*. — . . . . ραις 93 a, 12?

Multo simplicior quam formarum, quas modo tractavi, conditio dativorum secundae declinationis est. qui cum ab initio in -οισι desinerent, nullam aliam mutationem expertae

sunt nisi, ut ι finalis paullatim abiceretur. sed cum huius vocalis servatae pauca essent exempla in permagno numero formarum alterius generis, longum fuit has omnes afferre, praesertim cum usus vetustioris terminationis satis certis finibus ita cirsumscriptus esset, ut ea excepto uno monumento in solis decretis publicis reperiretur. nam in traditionibus quaestorum Minervae statim ab initio (*Ol. 86, 4*) scribitur *τοῖς ταμίασιν* neque in ceteris titulis aut publicis aut privatis res aliter se habet. itaque nihil aliud nisi ex decretis illis exempla, quae huc pertinent, omnia excerpsi et ex ordine temporis inter se opposui.

-οισι.		-οις.
τοῖσι 1 B, 5. 32. *ἀκολ[ούθ]οισιν* 9. *[ἄλλ]οισιν* 10. *Ἀθηναίοισιν* 11. 29. *μ[υ]στηρίοισιν* 34.	diu ante *Ol. 81.*	*τοῖς* 1 B, 8.
-*ο]ισι* 2 C, 20.	diu ante *Ol. 81.*	-*ιείοις καὶ Παναθηναίοις* 2 A, 18. 19.
Πλυν[τηρ]ίοισι 3, 9.	ante *Ol. 84.*	—
τοῖσι 8, 5. *αὐτοῖσι* 7. 11. 13.	ante *Ol. 84*[8]).	—[9])
—	ante *Ol. 84.*	*[τ]ο[ῖ]ς* 9, 3. *το[ῖ]ς τυράννοις* 32[10]).
—	ante *Ol. 84.*	*[το]ῖς φρουρ[ο]ῖς* 10, 9.
—	ante *Ol. 84.*	*[τ]οῖς* 13, 6.
—	ante *Ol. 84.*	*τοῖς* 23 b, 2.

[8]) sed multo post hanc aetatem lapidi incisum. v. Kirchhoff C. i. A.

[9]) Weckleinius p. 5 commemorat in hoc lapide etiam *αὐτοῖς* formam exstare. sed ea vitio editionis Rangabeianae (294, 11) irrepsit.

[10]) *αὐτοῖς*, quod Weckleinius ex hoc titulo corruptissimo affert, in v. 4 scriptum fuisse Boeckhius putabat. exstant literae ΟΙΣ, quae secundum novam Kirchhoffii interpretationem de *τούς* acc. plur. articuli reliquae sunt.

—	*Ol. 84.*	*αὐτοῖς* 28, 4. *ὄνοις* 11.
—	paulo post *Ol. 84, 1.*	*αὐτοῖς* 24a, 5.
—	paulo post *Ol. 84, 1.*	*αὐτοῖς* 31 A, 4. 6.
—	*Ol. 86, 2*[11]).	*τοῖς θεοῖς* 32 A, 2. 5. 8. 26. 30. *τοῖς* A, 18. 31. *τοῖς ἱεροῖς* A, 19. *ἄλλοις* B, 11. [*αὐ*]*τοῖς οἷςπερ* B, 18. *ἄλλοις θεοῖς* B, 22.
Ἀθηναίοισιν 301a, 7[12]).	*Ol. 86, 3.*	*τοῖς* 301a, 1. *οἷς* a, 19.
—	*Ol. 86, 4.*	*Ἀθηναίοις* 33, 9. *Ῥηγίνοις* 12.

inde ab hoc tempore etiam in decretis publicis semper *-οις* scriptum est his locis: 36, 18. 37g, 29. p, 39. i, 49. 38c, 10. e, 15. 40, 7. 8. 12. 31. 46. 42b, 8. 43, 9. 10. 47aa, 4. c, 2. 50a, 8. 14. 54, 1. 55a, 12. c, 9. 10. d, 3. 56b, 2. 59, 30. 83, 5. 7. 84, 9. 96a, 5. b, 3.

terminus igitur, quo usus plenioris formae *-οισι* in inscriptionibus quae exstant finitur, est *Ol. 86, 3,* quem etiam Kirchhoffius Comment. ac. Ber. 1864 p. 26 commemorat. qui terminus quod aetate multo superior est quam is, a quo in prima declinatione *-αις* scribi coeptum est, hoc mirum non esse propter variam aetatem *-οισι* et *-αισι* terminationum supra (p. 403) iam commemoravi. idem autem argumentum esse potest, quo ea, quae de dativis primae declinationis exposui, reciproco munere confirmentur.

3. Adverbia localia in *-σι* exeuntia, quae eandem originem habent atque dativi pluralis, secundum communem

---

[11]) sed non ante *Ol. 90* lapidi incisum. v. Kirchhoff C. i. A.

[12]) hoc est unum illud monumentum, quod praeter decreta publica ipsum quoque veteris terminationis exemplum praebere supra commemoravi.

consuetudinem omnium Graecorum etiam in titulis Atticis semper per simplicem α vel η scribuntur, cuius rei in primo volumine Corporis inscriptionum Atticarum haec exempla sunt: Ἀγρυλῆσι 324 compluribus locis. Ἀθήνησι 26, 3. 28, 17. 29, 7. 18. 59f, 32. 67, 7. 105, 6. Ἀλωπεκῆσι 324 compluries. Ἐρύθρασι 9, 38. Ἐ[ρύθ]ρα[σ]ι 11, 8. Οἰνόησι 534, 4. Ὀλυμπίασι 419, 3. non puto his formis (de quibus cf. Wecklein p. 9 sqq.) ι adscriptum antiquitus defuisse. nam veri satis dissimile est duas formas eadem terminatione compositas et ab eadem significatione profectas iam antiquissima aetate levi illo discrimine distinctas fuisse, imo vero ipsi dativi pluralis, quos ex titulis Atticis supra attuli, documento sunt ι vocalem in his formis admodum cupidam fuisse evanescendi. ad quem finem ea demum aetate prorsus pervenit, qua -ασι et -ησι terminationes apud Atticos in solis adverbiis localibus usurpabantur. vetustiores autem tituli quod ι subscripti in ipsis his adverbiis servati nullum exemplum praebent, hoc casu factum esse in parvo illo numero ceterorum exemplorum mirari non possumus.

Locativi singularis de stirpibus in ο exeuntibus derivati in inscriptionibus Atticis vetustioribus hi exstant: Ἰσθμοῖ 8, 12. 420, 4. 6. Μεγαρο[ῖ] 433, 3. Πυθοῖ 8, 12. Φαληρο[ῖ] 210, 15. quos satis habui adscribere.

4. De declinatione stirpium in consonantes desinentium nihil dignum commemoratione reperi. sola sunt nomina, quorum nominativus sing. in -εύς exit, de quibus necesse sit pauca dici. nam fortasse expectabit aliquis de mutatione terminationis nominativi plur. ex -ῆς in -εῖς facta ex titulis vetustioribus aliquid disci posse. sed haec spes per se falsa est, cum ει et η literatura Attica antiquioris aetatis non distinguantur. neque enim Weckleinius quod p. 19 ἱππῆς (C. i. A. 43, 8), [ἀ]ν[αγρα]φῆς (ib. 61, 5. 6), alia affert literis minusculis per η scripta, hoc tamquam argumento uti vult; sed in his formis η scribendam esse ipse ex usu titulorum proximae post Euclidem

aetatis conclusit. eius autem indagationem ad meum propositum non pertinere vix est cur commemorem.

earundem harum stirpium in *ευ*, *εϝ* desinentium *ε* extremam vocalem, ubi post aliquam vocalem posita est, cum vocali terminationis genetivi sing. aut accusativi plur. contractam habes in his exemplis: *Αἰγιλιῶς* 318 A, 9. *Ἑστιαιᾶς* 29, 10. *Πολιῶς* 155, 8. 157 b, 9. 158 a, 8. *Πρασιῶς* 318 A, 12. *Πολιέω[ς]*, quod Weckleinius C. i. Gr. 70 (= C. i. A. 2) exstare dicit (Cur. ep. 18), neque in hoc titulo neque alibi usquam reperire potui.

5. De pronominum declinatione nihil habeo quod afferam, nisi quod *ὁ αὐτός* pronominis compositi in neutro genere formae primigenia *τὸ αὐτό* et recentior *τὸ αὐτόν* iam ante Euclidem aequo iure usurpatae esse videntur. exstat enim 324 c, 23 *τὸ αὐτό*[13]) et in altera columna eiusdem lapidis 24. 25 *τὸ α[ὐτ]όν*. accedit *τὸ αὐτόν* 322 a, 23. alia, quae ad usum harum formarum, qui apud poetas scenicos fuerit, pertinent, a Weckleinio p. 29 allata sunt.

Caput VI.

DE DECLINATIONE VERBORUM.

1. Terminationis tertiae personae plur. perf. et plusqp. med. vetustam formam *-αται*, *-ατο* in tribus tantum exemplis reperi: *[ἀν]αγεγράφαται* 38 e, 3. *ἐτετάχατο* 40, 9. 31. *γεγράφαται* 40, 10. quae quoniam G. Curtius, „das Verbum der griechischen Sprache", I, p. 96, ubi uberius de toto hoc genere egit, ipsa quoque iam attulit, satis superque me fecisse puto, quod ea hic denuo adscripsi.

2. Terminationem tertiae personae plur. imperativi

[13]) noli mirari *τὸ αὐτὸ* pro *τὸ αὐτό* scriptum esse in hoc lapide pneumatico, de quo vide quae in priore parte harum quaestionum dixi, p. 238 sq.

medii *-όσθων* pro solita *-έσθων* duobus[14]) locis positam reperi: *συσσημαινόσθων* 32 A, 17 et *χρώσθω[ν]* 78, [illegible]. in priore lapide apographum Fourmonti, quod Boeckhius C. i. Gr. 76 secutus est, habebat *σισημαινόσθων*, quod Boeckhius, cum talem formam imperativi omnino non nosset, parum modeste in *συσ(σ)ημαινέσθων* mutavit. deinde Rangabeius cum Ant. hell. 118 hanc tabulam denuo ederet, traditam *ο* literam restituit, sed eam (l. l. I, p. 209) errore lapicidae irrepsisse ipse quoque putat. neque alia sententia Kirchhoffii esse videtur, qui et huic formae et ei, quam secundo loco attuli, *χρώσθων*, notam interrogationis apposuit. tamen utramque defendi posse spero. et *συσσημαινόσθων* quidem quid sibi velit, facile e conexu sententiae intellegitur: *οὗτοι δὲ (οἱ ταμίαι δηλονότι) ταμιευόντων ἐμπόλει ἐν τῷ ὀπισθ[οδό]μῳ τὰ τῶν θεῶν χρήματα, ὅσα δυνατὸν καὶ ὅσιον, καὶ συνανοιγόντων καὶ συγκληόντων τὰς θύρας τοῦ ὀπισθοδόμου καὶ συσσημαινόσθων τοῖς τῆς Ἀθηναίας ταμίαις.* altera forma exstat in fragmento satis exiguo, quod ex apographo Koehleri Kirchhoffius primus edidit. in eius versu 5 sunt verba *[στ]ρατηγοὶ χρώσθω* vel *χρώσθω[ν]*, quae quamquam sine conexu cum aliis servata sunt, tamen *χρώσθω* imperativum pluralis numeri esse facile intellegitur. quod si duo exempla habemus, in quibus haec forma a singulari quamvis leviter distincta sit, cur hoc miremur, praesertim cum per se veri parum simile fuerit pluralem et singularem numeros in tertia persona imperativi med. antiquitus prorsus congruisse? huc accedit, quod unum exemplum prorsus

---

14) tertium exemplum eiusdem generis, quod in inscriptione Attica exstat, Koehlerus ex schedis suis summa liberalitate mecum communicavit. leguntur enim in fragmento decreti publici, quod primus Rangabeius (Ant. hell. 482) et denuo accuratius ex suo apographo Koehlerus C. i. A. II, 92 edidit, literae ΕΠΙΜΕΛΟ<Є[ΩΝ]ΟΙΣ[ΤΡΑΤΗΓΟΙ?] quas quoniam ille magna cum probabilitate sic restituit, habemus novum exemplum vetustae illius formae idque in quarto a. Chr. seculo. nam aetati, quae inter annos 378 et 350 a. Chr. antecedit, Koehlerus hoc fragmentum tribuit, qui etiam explicationem singularis formae, quae in eo servata est, eandem, quam supra Curtium secutus exposui, probat.

eiusdem generis iam Curtius, Stud. II, p. 450 ex titulo quodam Tegeatico (Ἀρχ. ἐφημ. 1869, p. 344) attulit, ἀνελόσθω. nam ν literam finalem in talibus formis nullius momenti, sed satis recenti aetate dissimulandi causa additam esse qui parum cognitum habet, eum e. g. ad Ahrensium, dial. Dor. p. 298 et ad Curtium, „Verbum" I, p. 101 ablego. qua re etiam C. i. A. 78 utrum χρώσθω legamus an ν uncis inclusam addamus, paulum interest. pristinae enim terminationes (de quibus cf. Curtium ll. ll.) fuerunt -εττω(τ) in singulari et -ονττω(τ) in plurali numero, unde e legibus linguae Graecae factae sunt -έσθω et -όσθω. quarum altera duabus rationibus, quae inter se aperte cohaerent, immutata est. Graeci enim cum insuevissent in fine tertiarum personarum pluralis numeri ν consonantem pronuntiare, -όσθω quoque terminationi hanc literam apposuerunt, non tamen ita, ut non brevioris formae exempla hic illic servarent. eodem autem tempore analogia ceterarum formarum imperativi med. effecit, ut ο tertiae personae plur. in ε mutaretur, idque eo facilius, quod addita illa ν finali aliud discrimen pluralis et singularis numerorum irrepserat. ceterum utramque mutationem paulatim factam esse neque exempla mixti cuiusdam generis deesse consentaneum est.

haec explicatio, quam Curtius breviter tantum significavit, quin recte se habeat dubitari vix poterit. habes igitur denuo illustratum aliquod exemplum falsae, quae dicitur, analogiae idque tam certum quam pauca huius generis. nam et ratio imitandi perspicua est et exemplaria, quae sensus linguae secutus est, satis multa et gravia sunt et nonnulla vestigia formae vetustioris exstant. quae quod in duabus dialectis inter se admodum separatis, Dorica et Attica, servata sunt, haud dubie casu factum est.

3. σῴζω verbum sic per ῳ scribendum esse qui contendunt, non solum grammatica traditione veterum (ἡ παράδοσις ἔχει τὸ ι, Herodian. II, 586, 12), sed etiam ratione etymologica argumento uti possunt, si quidem σῴζω ex *σωίζω factum esse recte putatur (v. Ahrens, dial. Dor.

p. 190. Brugman, Stud. IV, p. 155). et accedunt cum in dialecto Dorica (v. Keilii „Analecta epigraphica et onomatologica“, p. 115 sq.) tum in ipsa Atthide nonnulla exempla epigraphica a Weckleinio p. 45 collecta, e quibus maximam auctoritatem habet titulus quidam donarii privati satis vetustae aetatis, in quo (C. i. A. 397, 4) exaratum est ϟOIΙΣE. sed quia ι adscriptum vel subscriptum postea prorsus evanuit (cf. Herodian. II, 586, 10 sqq.[15])), vehementer dubitari posse mihi videtur, num nos etiam nunc in editionibus scriptorum Graecorum hanc literam restituere oporteat[16]). in quod hoc loco inquirere meum non est. alia autem quaestio paulo gravior huc pertinet, quae oritur ex eis, quae Bambergius in „Zeitschrift für das Gymnasialwesen“ 1874 p. 619 de *σωῶ* futuro disseruit. exstant enim C. i. A. 2 B, 7 verba *σωῶ καὶ ἀποδώσω,* in quibus *σωῶ* et a Kirchhoffio literis minusculis ita scriptum est et a Bambergio, qui Kirchhoffium secum consentire commemorat, secundum hanc scripturam explicatur, nempe ita, ut a **σω-ίζω* derivatum sit futurum **σω-ιῶ,* e quo deinde evanescens ι vocalis effecerit *σωῶ.* iam quaerendum est, num veri simile sit originem verbi *σῴζω* vel vetusta illa aetate, qua decretum C. i. A. 2 lapidi incisum est (ante *Ol. 81*) tam dilucidam fuisse, ut inde futurum ex analogia verborum in *-ίζω* desinentium derivari potuerit, aut, quoniam ad ι vocalem in **σωιῶ* paulatim supprimendam aliquantum temporis opus fuisse putandum est, num veri simile sit unam hanc formam eamque satis singularem usque ad illam aetatem servatam

---

[15]) ex hoc loco (quocum cf. Herod. I, 444, 6) intellegere possumus grammaticos veteres et de scriptura et de veriloquio *σῴζω* verbi admodum dubitasse. sed hoc ipsum argumento est ea aetate, qua Herodianus varias sententias de hac re collegit, ι adscriptum neglegi iam coeptum esse. quod deinde a librariis, quorum manu scripti libri exstant, fere semper omissum est.

[16]) hoc non oportere, sed usui tyranno, qui *σῴζω* in *σώζω* mutavit, suum ius tribuendum esse e. g. Valckenarius statuit in epistola ad Roeverum, cuius verba Keilius l. l. 116 exscripsit.

esse, cum *σωίζω iam pridem in σῴζω vel σώζω coaluisset. nam utramque explicationem Bambergius in mente habuisse potest. et primum quidem eo tempore, quod vetustissimis documentis epigraphicis assequi possumus, *σωιῶ iusta ratione de *σωίζω derivari potuisse nemo mihi persuadebit, quia neque ullis aliis exemplis confirmatum est futurum huius verbi umquam ex analogia verborum in -ίζω desinentium formatum esse[17]) et iam inde ab antiquissima aetate linguae Graecae σῴζω ex *σωίζω contractum in usu fuit. nam apud Homerum uno certe loco, ε 490, σώζων legitur. et grammatici, qui σῴζω per *σωίζω explicant, si futuri huius verbi in -ιῶ exeuntis memores fuissent, id inter argumenta etymologica allaturi fuisse putandi sunt. quod cum non fecerint, iam dubitare non possumus vetustiorem illam etsi per se fortasse iustam declinationem verbi *σωίζω supra memoriam etiam veterum grammaticorum removere. quod si quis e duabus illis explicationibus, quas supra significavi, alteram praeferre et ex antiquissimo more *σωίζω verbum declinandi solam *σωιῶ, σωῶ formam remansisse putare malit, haec ratio etiam minus probabilis quam ea, de qua modo dixi, esse mihi videtur. nam si non solum C. i. A. 397 (ante *Ol. 84*) sed etiam postea (v. Weckleinium) in σῴζω ante ζ literam ι subscriptum servatum est, credere non possum diu ante *Ol. 81* in *σωιῶ hanc vocalem iam evanuisse. in quo id maximi momenti esse puto, quod in *σωιῶ, si modo talis forma umquam audita est, ι artius cum terminatione quam cum stirpe cohaerebat nec tam facile quam in σῴζω ab ω antecedente devorari poterat. neque

---

17) vix vereor, ne quis mihi obiciat saltem aliqua quamvis prisca aetate *σωιῶ in usu fuisse putandum esse. nam quamquam de talibus rebus nihil certi statuere possumus, tamen veri satis simile est Graecos formam legibus totius linguae parum accommodatam, qualis *σωιῶ est, semper repudiasse, praesertim cum ab eadem radice derivatas stirpes σαο-, σω- haberent, a quibus futurum non solum derivare poterant, sed re vera derivarunt. de hac re conferendus est usus Homericus, ex quo e. g. σαώσειαι, φ 309, affero.

enim, quod Bambergius affert, *σῶον* adjectivum (C. i. A. 36, 9) quidquam in hac re efficit, quia nulla causa est, cur *σῶος* ex **σώιος* factum esse putemus. quod qui accuratius perquirere cupit, eum ad Brugmanum, Stud. IV, p. 155 ablego. me autem nunc ad propositum redire et sententiae Bambergii, quam non parvas difficultates praebere ostendi, firmiorem aliquam opponere oportet.

puto enim non *σωῶ* sed *σώω* scribendum esse; quod iam Buttmannus, „Ausführl. griech. Sprachl." II², p. 296 voluit. nempe ut *τανύω, ἐρύω* futura epica ex *τανύσω, ἐρύσω* (ib. I, 393) sic *σώω* ex *σώσω* sigmate deleto factum esse existimabat. at hoc veri valde dissimile esse et Lobeckius l. l. in editione, quam inspexi, altera adnotavit et Bambergius suo iure affirmat. nam analogia verborum illorum in *-ύω* exeuntium aliorumque, qua Buttmannus sententiam suam probare studuit, in *σώζω* nullo modo quadrat. imo vero *σώω* iusta forma praesentis temporis est, quae in significationem futuri transiit, ut saepius videmus praeter auctam stirpem verbi alicuius, quae in volgarem usum recepta est, etiam breviorem et ab ipsa radice minus disparatam exstare, a qua derivatae formae praesentariae vim futuri acceperunt. e. g. habes *ἐσθίω — ἔδομαι, νίσσομαι — νέομαι, πίνω — πίομαι*, in quibus talis distributio significationum quasi certa lege sancita est. eadem in aliis etsi non prorsus pervolgata est, tamen pauca exempla similis generis effecit, ut *ἐκγεγάονται* hymn. Hom. IV, 197 dicitur tamquam futurum de *ἐκγίγνομαι* factum. neque alia ratio inter *ἔρχομαι* et *εἶμι* intercedit, quamquam stirpes horum verborum non de eadem radice derivatae sunt. *βείομαι, βέομαι* autem et *δήω* etsi ipsa quoque pro futuris usurpantur, tamen non tam simplici ratione quam ea, quae modo attuli, formis amplificatis *βιόω, δέδαα* opponi possunt. de quibus utcumque iudicabitur, toto hoc genere (de quo cf. Kuehneri „Ausf. Gramm."² I, p. 571) habemus formas praesentis, quas usus linguae in conditionem futuri recepit. neque id temere aut tamquam ex libidine fecit, sed quia in significatione plero-

rumque talium verborum aliquid inest, quod efficit, ut actio, quae eis notatur, magis ad futurum quam ad praesens tempus referatur. nimirum et *νέομαι* et *βείομαι* et *εἶμι* et *γεγάονται* et *δήω* motum quendam ac tamquam conatum describunt, cuius finis cum in futuris positus sit, etiam mentem eius, qui loquitur aut audit, a praesenti tempore facile avocare potest. quod vel in eis verbis, quorum significatio certo usu munita sit, ut in *ἐλαύνω*, *πορεύομαι*, aliis, interdum accidere notissimum est; cf. K. W. Kruegeri „Griech. Sprachlehre" I et II, 53, 1, 6 sqq. servandi vero notionem in primis huic generi adnumerandam esse cum per se intellegitur tum satis multis exemplis confirmari potest. quorum magnam molem huc congerere non minus inutile quam molestum est. sed ea, in quibus ipsae formae breviores *σώω* et *σόω* exstant, omnia me afferre oportet, ne cui uno illo loco insolitam significationem, quae in ceteros non quadraret, statuisse videar.

σόω igitur et *σώω*[18]) omnino paucis tantum locis apud Homerum et nonnullos recentiores poetas, qui sermonem vetustiorem imitati sunt, reperiuntur. et Homerica quidem exempla haec sunt:

I 393 sq.: *ἢν γάρ δή με σόωσι θεοὶ καὶ οἴκαδ' ἵκωμαι,*
Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.

I 423 sq.: *ὄφρ' ἄλλην φράζωνται ἐνὶ φρεσὶ μῆτιν ἀμείνω,*
ἥ κέ σφιν νῆάς τε σόῃ καὶ λαὸν Ἀχαιῶν.

I 680 sq.: *αὐτόν σε φράζεσθαι ἐν Ἀργείοισιν ἄνωγεν,*
ὅππως κεν νῆάς τε σόῃς καὶ λαὸν Ἀχαιῶν[19]).

---

[18]) de ratione, quae inter haec verba primitiva et *σαόω*, *σώζω* de eadem stirpe derivata intercedat, cf. ea, quae Mangoldius, Stud. VI, p. 199 dilucide exposuit.

[19]) hoc loco et eo, qui antecedit, num recte Bekkerus et La Rochius (et fortasse alii) Aristarchum secuti *σόῳ*, *σόῳς* scripserint, nunc quaerere mitto. nam utcumque haec quaestio satis difficilis (de qua cf. Mangold l. l. 200) dissolvetur, id, quod supra de significatione verbi

tribus his locis quamquam formae modi coniunctivi positae sunt, tamen re vera id, quod eis significatur, ad tempus futurum pertinere in aperto est. neque aliter poeta, ubi trigas arietum describit, quibus socii Ulixis ex antro Polyphemi evecti sunt,

ι 429 sq.: σύντρεις αἰνύμενος· ὁ μὲν ἐν μέσῳ ἄνδρα φέρεσκεν,
τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθεν ἴτην σ ώ ο ν τ ε ς ἑταίρους,

participio praesentis σώοντες consilium servandi exprimere voluit. eadem sententia est altero loco,

ε 488. 490: ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ,
σπέρμα πυρὸς σ ώ ζ ω ν, ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὔοι,

ubi Bekkerus admodum probabiliter σώων scripsit, quia alioquin σώζω verbum derivatum neque ab Homero neque ab Hesiodo usurpatur. quod si hos quatuor vel quinque[20]) locos recte intellexi, σόω aut σώω significat conatum servandi et interdum paene vim futuri adaequat. et hunc usum posteriores poetae et Alexandrini, qui dicuntur, et his etiam recentiores sano iudicio imitati sunt. apud quos bis imperativus, σῶε et σώετε, exstat: Anth. Gr. V, 235, 6 et Apoll. Rh. 4, 197. tres sunt loci, quibus σώω ad naturam futuri quam proxime accedat:

Ap. Rh. 2, 609 sq.: .... δὴ γὰρ φάσαν ἐξ Ἀΐδαο
σ ώ ε σ θ α ι.
id. 3, 306 sq.: πῶς Αἶάνδε νέεσθε παλίσσυτοι, ἠὲ τίς ἄτη
σ ω ο μ έ ν ο υ ς μεσσηγὺς ἐνέκλασεν;
Maxim. π. καταρχ. 567 sqq.: εἰ δέ τι κλεμμάδιον μεγάρων κειμήλιον ἔρροι,

---

primitivi σόω aut σώω dixi, infringi non poterit. nimirum si probari posset σόω verbum numquam in usu fuisse, significationem eius sententiae meae non officere vehementer certum esset.

[20]) nam quod Θ 363 exstat, σώεσκον huc non pertinet, quia stirpem suffixo iterativo auctam habet.

εἰ μὲν ἐν ἀρνειῷ κεραῇ τροχάῃσι Σελήνη,
σώεται ἄψ ἐς δῶμα καὶ ἐς χέρας εἶσιν ἄνακτος[21]).

„servabitur et redibit"; hac enim versione vim Graecorum verborum recte exprimi unusquisque intelleget, qui versus l. l. sequentes comparaverit. duo vero loci (Anth. Gr. IX, 53, 2 et Apoll. Rh. 2, 1010) restant, quibus cum *σώετο* et *σώοντο* formae imperfecti usurpatae sint, tota mea ratio infringi fortasse alicui videtur. at quis imperfectum, quod dicitur, conatus non noverit? neque ego umquam dixi *σώω* genuinum futurum esse, sed tantum demonstrare studui hoc verbum ab ipsa natura ita comparatum esse, ut eius indicativus praesentis in similitudinem futuri egredi potuerit. hoc ut probarem si mihi contigit, non vereor, ne nimia sedulitate in hac tam parva re versatus esse iudicer. nam qui argumentationi meae assentitur, is concedere debet etiam C. i. A. 2 in verbis *σώω καὶ ἀποδώσω* non miram quandam futuri ex **σωιῶ* corrupti sed iustam formam praesentis temporis exstare, quippe quae non solum apud poetas epicos in usu fuerit, sed etiam ea aetate, qua *σῴζω* forma derivata iam increbuisset, propria significatione aliquamdiu servata sit.

4. *ἀνενήνεγκται* 32 A, 4 volgari sermoni tribuendum esse Weckleinius p. 33 recte putat, qui similem formam *ἐπενήνεγκται* ex inscriptionibus recentioribus affert. nempe talia monstra falsa analogia orta sunt, qua ducti ei, qui originem *ν* literae in aoristo *ἤνεγκον* ex **ἤνενεκον* facto non noverant, eam etiam aliis formis ab eadem stirpe derivatis inseruerunt.

5. *ἐνκέαντι* vel *ἐνκέαντι*[22]) 324 a, 43. c, 13, utroque loco in verbis: (*ἐνκαυτῇ*) *τὸ κυμάτιον ἐνκέαντι*. Rangabeius quamquam literas in lapide servatas recte exscripsit, tamen

---

[21]) nam hoc loco cur aut *σεύεται* scribam cum Dorvillio aut *σώζεται* cum Koechlyo, nullam causam video.

[22]) de spiritu aspero et de *ν* litera non assimulata quae memoranda sunt, v. supra pp. 238 et 288. per neglegentiam factum est, quod p. 288 exemplum quod est 324 a, 42. 43 omisi.

altero loco (c, 13) literis minusculis posuit ἐνκαίαντι eandemque scripturam etiam in adnotationibus ad has tabulas (I, 56. 57) repetiit sine ulla explicatione (l. l. p. 65. 78). nec puto eiusmodi aoristum, ἐνέκαια, ullo modo explicari posse. imo vero in fide titulorum acquiescendum est, qui quamvis parvam auctoritatem in aliis rebus (cf. p. 238) habeant, tamen hic documento esse possunt participium aoristi κέας non solum apud poetas Atticos sed etiam in volgari sermone Atheniensium in usu fuisse. nam Aeschylus, Sophocles, Euripides, Aristophanes singulis locis, quos R. Kuehnerus collegit, hanc formam usurparunt: Agam. 849. El. 757. Rhes. 97. Pac. 1133. ἔκεα ortum est haud dubie ex ἔκηα per correptionem η vocalis ea ratione, quam Brugmanus, Stud. IV, p. 145 sqq. in aliis vocabulis velut *γηα — γέα exposuit. ἔκηα autem, quod productione suppletoria ex *ἔκαϝ-σα, *ἔκαϝϝα factum esse Brugmanus l. l. 151 docuit, non soli epico sermoni tribuendum, ut volgo fit, sed etiam in ea parte dialecti Ionicae, ex qua Atthis orta est, praeter ἔκαυσα aliquamdiu servatum esse existimandum est. quod si quis in tabulis 324 a. c ἐνκήαντι quam ἐνκέαντι scribere malit, contra eum faciant et auctoritas poetarum scenicorum et consuetudo dialecti Atticae, quippe quae η productione suppletoria factam ante vocales fere semper in ε corripuerit. de qua re cf. Brugmanum, Stud. IV, p. 137—142.

6. ΚΑΤΑΧ . . ΝΤΙ 324 c, 61 exstat, ubi expectatur καταξέοντι. et sic lapicidam scribere voluisse et Rangabeius (I, p. 77) et Kirchhoffius putat, qui literis minusculis posuit καταχ[σε(ο)]ντι. nam cum duarum tantum literarum lacuna sit, nisi quis insolitam contractionem hoc loco statuere vult, aut ε aut ο litera per neglegentiam quadratarii omissa esse existimanda est. Stephanius autem, qui „Annal. dell' inst. arch." XV, 38 has tabulas edidit, ipsam hanc insolitam contractionem probari posse ratus supplevit καταχ[σοῦντι, i. e. ΚΑΤΑΧ[ΣΟ]ΝΤΙ, quem secutus Weckleinius Cur. ep. 32 exempla similis generis huic sententiae suppeditare

studuit. sed nullo eorum locorum, quos laudat (Cobet, var. lect. 83. nov. lect. 529. K. Keil, Philol. 23, 257) alia exempla allata sunt nisi ea, quae ex declinatione verbi *δέω* (*ligo*) repeti possunt, quod legibus ceterorum verborum primitivorum (si licet hoc vocabulo uti) in *έω* exeuntium exemptum esse iam dudum constat; cf. Kuehneri „Ausf. Gramm.“[2] I, p. 598. quod quo nomine hoc privilegium adeptum sit, nondum intellexi. certe haec causa esse non debet, cur etiam *καταξέοντι* in *καταξοῦντι* contrahi potuisse iudicemus. neque huic sententiae officiunt pauca exempla, quae fortasse apud poetas hic illic reperiuntur (cf. Kuehner l. l.), in quibus *ε*, quae est in radicibus verborum *πνέω*, *φρέω*, *χέω*, similium, cum vocali sequenti in continuitatem unius longae syllabae non contrahitur sed secundum leges metricas conflatur. tamen Weckleinii scripturam *καταξοῦντι* falsam esse nemo tamquam certum affirmare poterit. equidem hoc monendum esse existimavi, in tali re unius lapicidae eiusque in uno vocabulo fidem non extra omnem dubitationem positam esse.

Caput VII.

SPICILEGIUM QUISQUILIARUM.

I. Nonnulla sunt vocabula aut singulae formae rarioris usus, quae in titulis Atticis exstant; quae vel breviter commemorare operae pretium esse putavi.

1. et primum quidem *πρός* praepositionis forma Dorica et Boeotica *ποτί* legitur 466a, 1 in fragmento monumenti sepulcralis privati pervetustae aetatis:

[*Α*]*ντιλόχου ποτὶ σῆμ' ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος ἀνδρός.*

sed haec forma, quam ab Atticis umquam ita pronuntiatam esse per se credi non potest, cum in versu hexametro posita sit, ex sermone epico fluxisse putanda est, a quo eam non prorsus alienam fuisse constat. cf. Kuehneri „Ausf. Gramm.“[2] I, p. 687.

2. *ἀπόπαξ* quod Hesychius per *ξύμπαν ἢ σύμπαν* vertit, alioquin nusquam adhuc repertum esse videtur. exstat C. i. A. 286, 5 in tabula admodum mutila *Ol. 84* antiquiore, quae rationem pecuniae in aliquo opere publico consumptae continebat.

3. *τριττόαν βόαρχον*, quae 5, 5 dicitur, eandem esse atque *τριττὺν* aut *τριττύαν βούπρωρον*[23]) Lenormantius primus intellexit, qui in „Recherches archéol. à Eleusis" 1862, p. 70 n. 25 hoc fragmentum edidit. 534, 5 legitur *τρίττοιαν β[όαρχον]*. et *τριττόα* ex *τρίττοια* constrictione *οι* diphthongi factum esse supra p. 275 dixi. *τρίττοια* autem ex **τρίττυια* Ionico more factum esse ipsum quoque l. l. iam commemoravi allata adnotatione Lobeckii, quae est in „Pathol. Gr. elem." II, p. 25, 5. Lobeckius enim hanc mutationem et exemplis illustravit et testimonio Choerobosci, qui 832, 20 dicit: *τετυφυῖα καὶ τὰ ὅμοια οἱ Ἴωνες διὰ τῆς οι λέγουσι.* iam vero quae inter *τριττύς* et **τρίττυια* vel *τριττύα* intercedit ratio per se dilucida est.

II. Perpauca de constructione verborum commemoranda sunt, quod propter brevitatem et simplicitatem plurimarum inscriptionum mirum non est.

1. constat anastrophen, quae dicitur, praepositionum Atticis scriptoribus prosae orationis non placuisse excepta una *περί* praepositione (cf. K. W. Kruegeri „Griech. Sprachl." I, 9, 11, 1. Kuehneri „Ausf. Gramm."² II, p. 481). cuius usus in C. i. A. unum reperi exemplum, 57 b, 13: *τοῦ πολέμου πέρι.*

2. attractio vel assimulatio accusativi pronominis relativi, quae fit ad genetivum aut dativum pronominis alicuius demonstrativi, ad quod illud refertur, usitatissima est

---

[23]) v. Philemonis lexicon (Osann) p. 168: *τριττύαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζώων θυσίαν, οἷον δύο μήλων καὶ βοός, ὡς Ἐπίχαρμος, ἢ βοὸς καὶ αἰγὸς καὶ προβάτου, ἢ κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου. ἡ δὲ τοιαύτη καὶ βούπρωρος, φασίν, ἐλέγετο διὰ τὸ προηγεῖσθαι αὐτῆς οἷα νηὸς πρῷραν τὸν βοῦν.* cf. G. W. Nitzschii adnotationum ad Odysseam III, p. 207 sq. (ad λ 131).

(cf. K. W. Krueger I, 51, 10. Kuehner II, p. 912 sq.). in titulis Atticis vetustioribus haec habes exempla: *ὧν παρελάβομεν* 184 A, 4. 5. *ἐκ τῶν ἐπετείων ὧν* [*ξυνελέξαμεν*] ib. 6. 7. *ἐκ τοῦ ἐπετείου οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν* 185 A, 27. 57. 60. *προςαπέδομεν πρὸς ᾧ πρότερον εἶχε* 324 c, 17 sq.

3. singularem rationem dies numerandi habes 273, a. b in tabula logistarum, in qua rationes pecuniarum ex aerariis deorum in usum belli Peloponnesiaci depromptarum post pacem *Ol. 89, 3* factam compositae sunt. logistae autem cum rationes expensorum a quaestoribus Minervae et reliquorum deorum per singulos annos institutas describerent (cf. Kirchhoffium ad C. i. A. 273), accurate tradita verba expresserunt. quo factum est, ut ratio dies, quibus singulae pensiones factae sint, numerandi non tota tabula semper eadem maneat. et posteriorum quidem annorum quaestores inde a versu 19 solita formula scripserunt: *τρίτῃ* (*πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ, δωδεκάτῃ κτλ.*) *ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας ἐςεληλυθυίας*, i. e. „tertio die inde ex eo, quo prytania inierat". priores vero (vv. 4. 8. 10. 11) scripserunt e. g. [*ἐπὶ τῆς* .... *πρυτανείας* ..... *της πρυτανευούσ*]*ης πέντε ἡμέραι ἐςεληλυθ*[*υίας τῆ*]*ς πρυτανείας*. videlicet supplendum esse *εἰσίν* aut *ἦσαν*, ut sententia sit: „quinque dies sunt (vel erant), ex quo prytania iniit (vel inierat)". nam quod semel (v. 4) *τῆς πρυτανείας*, quod est altero loco, omissum est, hoc nullam difficultatem infert. quaeritur autem, num fortasse lacuna, quae versu 4 exstat, ita explenda sit, ut verbum illud, quod volgo intercidisse modo dixi, *ἦσαν* hoc uno loco servatum fuerit. sunt enim literae hae: (*τέτταρες*) ΕΜΕΡ[Α]ΙΕΣΑ . . [Σ]Ε[*ληλυθυίας*] *κτλ*[24]). *εσα* literas cum alii tum Boeckhius (Abhandlungen der Berliner Akademie 1846, p. 370) et Kirchhoffius errori lapicidae deberi putant, qui cum primum falso posuisset *ἐσαγούσῃ*, animadverso errore et literis ΑΛΟΣ de-

---

[24]) Α et Σ literae, quas uncis inclusi, nunc in lapide deletae sunt, sed ea aetate, qua Rossius et Pittakis hanc tabulam exscripserunt, nondum evanuerant.

letis ἐς . . . . εληλυθυίας restituerit. at quamquam haec coniectura argutissime excogitata est, tamen fortasse praestat non errorem lapicidae statuere, sed sic verba constituere: *τέτταρες ἡμέραι ἦσαν ἐςεληλυθυίας*, in quibus numerus literarum idem est. neque enim tota hac enuntiatione, quae in eadem tabula saepius (8. 10. 11) repetitur, collocatio singulorum vocabulorum tam certa consuetudine sancita est, ut mirandum sit, quod *ἦσαν* verbum ceteris locis omissum, hoc uno positum sit. utut vero de hac re iudicatur (nam multum abest ut sententiam meam tamquam certam protulerim), ipsa constructio verborum, cuius similia exempla alioquin me legere non memini, satis simplex et perspicua est. itaque dubitari nequit, quin in *[ἐσεληλ]υθυίας ἑπτὰ ἡμέρας τῆς πρυτανείας*, quod versu 13 exstat, vitio quadratarii *σ* pro *ι* irrepserit.

4. *ἐγγύς* adverbium, quod volgo cum genetivo coniungitur, a poetis nonnumquam cum dativo coniungi constat. exempla huius rarioris usus collecta sunt a K. W. Kruegero, „Gr. Spr." I et II, 48, 14, anm. et a R. Kuehnero, „Ausf. Gramm."[2] II, p. 357. quibus addere possumus C. i. A. 465 fragmentum tituli sepulcralis privati versibus hexametris compositi:

Ἀρχένεως τόδε σ[ῆμα . . . | . . . . . .]
ἔστησ' ἐγγὺς ὁ|δῷ ἀγαθοῦ καὶ [σώφρονος ἀνδρός].

et huius exempli ratio grammatica simplicior est quam eorum, quae ll. ll. a viris doctis allata sunt.

5. insolitum **aoristum pro imperfecto** positum habemus 322a, 7 in formula: *ἐπὶ τῆς βουλῆς [ʽ]ῇ Νικοφάνης Μαραθώνιος πρῶτος ἐγραμμάτευσεν*, quam et Boeckhius (ad C. i. Gr. 160, I p. 272) et Kirchhoffius l. l. ut vitiosum recte notavit. nam alioquin et in hac formula (e. g. 318A, 6. 13) et in similibus (ut *οἱ ταμίαι, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, παρέδοσαν τοῖς ταμίασιν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε*, 117 sqq.) semper imperfectum usurpatur. itaque uno illo loco nulla alia de causa nisi per neglegentiam lapicidae aoristus illatus esse putandus est.

Iam spero non probare neminem posse, quod hoc caput „spicilegium quisquiliarum“ inscripserim. quas tamen non praetereundas esse existimavi, ut quarum aliqui fortasse usus esse posset, si in ampliores libros grammaticos suis locis reciperentur. equidem nunc ad postremam partem propositi mei transeo.

Caput VIII.

COMPARATIO ATTHIDIS ET IADIS.

Sermo Atticus a nulla dialecto Graecae linguae tam prope abest quam ab Ionica. sed qua ratione cum ea cohaereret, nemo adhuc accuratius demonstravit. quod mirari non possumus, si naturam reliquiarum utriusque dialecti computamus. et Ionice quidem conscripti, quos integros habemus, libri Herodoti et Hippocratis neque satis antiquae aetatis sunt neque summae totius quaestionis sufficere possunt in multiplici illa aut certe quadruplici diversitate Ionismorum Asiaticorum, quam Herodotus ipse I, 142 commemorat. accedit, quod huius scriptoris genus dicendi, in quo perscrutando complures viri docti non contemnendam operam et consumpserunt et consumunt, nequaquam tam cognitum habemus, ut eo tamquam certo fundamento amplioris dissertationis uti possimus. conferantur modo ea, quae de hac re Merzdorfius in prooemio „Quaestionum grammaticarum de dialecto Herodotea“ (Stud. VIII, 1), maxime p. 131 sq., exposuit. qui quamquam (p. 127) dicit de dialecto Herodoti nondum desperandum esse, tamen re vera se ab hac desperatione non ita procul abesse ipse mihi confessus est. neque Hippocraticorum librorum conditio multo melior est, ut de exiguis reliquiis aliorum scriptorum taceam. epico vero sermoni, quippe qui non certo aliquo statu linguae contineatur, sed ex diversis dialectis coortam et singulis hinc illinc arreptis pigmentis, ut ita dicam, perspersam varietatem prae se ferat, vehementer cavendum est



ne in comparando Iadem cum ceteris dialectis Graecis nimiam auctoritatem tribuamus; quod et antehac multi fecerunt et nunc facere non omnes satis dedidicerunt. iam si Atthidem spectamus, in ea excultum illud et perpolitum genus dicendi scriptorum, quorum libri exstant, ad quaestionem, quam proposui, persolvendam parum valere iam supra (p. 225) commemoravi. quae cum ita essent, si qui viri docti conexum Ionicae et Atticae dialectorum enucleare conati erant, verendum erat, ne eorum opera in irritum ceciderit. hanc ob causam equidem ad inscriptiones vetustiores confugi, num quae ibi reperirentur, e quibus de primordiis Atthidis aliquid disci posset. quae quam pauca fuerint, ipsi vidistis. et haec difficultas eo augetur, quod ne Ionicae quidem inscriptiones graviora subsidia praebent. nam quae Ermanus (Stud. V) „de titulorum Ionicorum dialecto" diligenter collegit et illustravit, ea non multa esse et pusillae utilitatis nemo non intellegit. tamen puto ea ratione, quam secutus sum, aliquantum profici posse, quamquam plerumque eiusmodi, ut magis aliorum falsae opiniones refellantur quam novae alicuius cognitionis fundamentum ponatur.

et veteres quidem grammaticos de natura dialectorum Graecarum parum recte iudicasse etiam sine inscriptionum ope intellegi potuit. quatuor enim dialectos aequo iure distinguebant, quibus tamquam communem matrem *τὴν κοινὴν* addebant. quam sententiam apertissime exponit grammaticus Meermannianus (Gregor. Cor. ed. Schaefer p. 642): *διάλεκτοι δέ εἰσι πέντε· Ἰάς, Ἀτθίς, Δωρίς, Αἰολὶς καὶ κοινή· ἡ γὰρ πέμπτη ἴδιον οὐκ ἔχουσα χαρακτῆρα κοινὴ ὠνομάσθη, διότι ἐκ ταύτης ἄρχονται πᾶσαι. ληπτέον δὲ ταύτην μὲν ὡς* (*πρὸς*) *κανόνα, τὰς δὲ λοιπὰς πρὸς ἰδιότητα.* neque aliter aut Gregorius Corinthius aut grammaticus, quicumque fuit, Leidensis[25])

---

[25]) de his nominibus v. editionem Gregorii Corinthii *περὶ διαλέκτων*, quam supra laudavi, a Godofr. Henr. Schaefero comparatam et Koenii, Bastii, Boissonadi notis auctam, Lipsiae 1811.

rem sibi finxisse videtur. tamen Atthidem et Iadem artiore quodam vinculo inter se coniunctas esse ne veteres quidem fugit. Strabo enim VIII, 1, 2 (p. 333) dicit: *τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτήν φαμεν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοί, καὶ ἐκεῖθέν εἰσιν οἱ τὴν Ἀσίαν ἐποικήσαντες Ἴωνες καὶ χρησάμενοι τῇ νῦν λεγομένῃ γλώττῃ Ἰάδι.* quocum consentit grammaticus Leidensis l. l. 628: *Ἰάς ἐστι διάλεκτος, ᾗ κέχρηνται Ἴωνες. δοκεῖ δὲ ἀρχαία εἶναι Ἀτθίς* (ex coniectura Koenii pro *αὐτοῖς*). et Atticum sermonem, cum crebro usu literarum et commercio totius Graeciae paulatim mutaretur et expoliretur, a pristina simplicitate non paucum secessisse iam Pseudo-Xenophon „de re publica Atheniensium“ intellexit, cum II, 8 dicat: *φωνὴν πᾶσαν ἀκούοντες ἐξελέξαντο (οἱ Ἀθηναῖοι) τοῦτο μὲν ἐκ τῆς τοῦτο δὲ ἐκ τῆς. καὶ Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται, Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.* sed harum sententiarum finibus veterum cognitio de toto hoc genere circumscripta fuisse videtur. et cum in universum de natura linguae nemo sanam aliquam opinionem haberet, ne dialecti quidem Graecae qua ratione inter se cohaererent intellegi potuit. maxime autem Atthidis et Iadis cognatio tamquam tenebris obruta fuit, ad quas disiciendas etiam recentiorum aetatum viri docti vix quidquam memorabile contulerunt. nam qui in rebus grammaticis elaborarunt, aut prorsus ab hac quaestione se abstinuerunt, quod inter alios Henricus Stephanus fecit, cum in prooemio „animadversionum in libros Ioannis grammatici et Corinthi de dialectis“ horum neglegentiam et ignorantiam non immerito improbaret, ipse autem postea nihil aliud nisi materiam ab eis collatam hic illic emendaret et augeret, aut putabant se satis fecisse, si dialectum Atticam ex vetustiore Ionica ortam esse dicerent adiectis paucis verbis de asperitate soli Attici, de vicinitate Boeotorum et Megarensium, denique de multitudine peregrinorum, qui in civitatem Atheniensium confluebant. quod et Bentleyus fecit, cum in „responsione ad censuram Caroli Boyle“ in

transcursu (opusc. philol. pp. 326 et 376 sq.) de origine dialecti Atticae ageret, et Matthiaeus et Thierschius, qui in prooemiis librorum, quos de tota grammatica Graeca conscripserunt, has quaestiones pluribus verbis tractaverunt. v. Matthiae, „Ausführl. griech. Gramm." I³ (1835), p. 8 et Thiersch, „Griech. Gramm."³ (1826) p. 10. paulo aliter G. Hermannus naturam Atthidis explicare studuerat, cum catalogo doctorum philosophiae in universitate literarum Lipsiensi anno 1807 creatorum „observationes de Graecae linguae dialectis" praemitteret. ab antiqua enim lingua omnium Graecorum communi, quae Dorica fuerit, primam „maiore cultu" immutatam dialectum Aeolicam secessisse putat (Opusc. I, p. 131 sq.). Iones autem in Dorico sermone perseverasse excepta ea parte huius tribus, quae Asiam occupasset. nam apud eam „mitissima caeli temperie invitante" antiquam linguam paulatim molliorem factam esse. interea Athenienses sermonem suum a pristino statu (nempe Dorico) ita abalienasse, ut non pauca e commercio aliarum gentium delecta ei immiscerent. deinde cum poesis et studia literarum ex Ionum Asiaticorum consuetudine Athenas reciperentur, etiam dialectum Ionicam non mediocri vi in Atticam se intulisse itaque magnam illam similitudinem Atthidis et Iadis ortam esse.

hanc sententiam accuratius hoc loco examinari necesse non est. quae quoniam ante haec quatuordecim lustra a summo philologo proposita est, documento esse potest, quantum per hoc tempus comparativo studio linguarum adiuta cognitio linguae Graecae provecta sit; non illud quidem, si quaestionem de dialecto Attica spectamus, in rebus ipsis (nam de origine huius dialecti ne nunc quidem certi quicquam scimus), sed in via ac ratione, qua res inquirantur ac disputentur. hodie enim nemo credit ex una lingua, quamvis maior aliqui cultus et caeli victusque diversitas accederent, tamen fere ut tonitru per purum alteram linguam oriri potuisse, saltem ea aetate, quam nos coniciendo et ratiocinando assequi possimus; sed intelleximus varias in-

doles et stirpes in primigenia totius linguae unitate paene latentes, cum soli caelique discrimine auctae frequentiore consuetudine loquendi sensim accrescerent, maiores differentias et post longa spatia temporis tandem diversas dialectos, quas accurate distinguere possimus, effecisse. qua re mira illa, quam Hermannus esse voluit, conglutinatio Atticae dialecti vix cuiquam placebit. neque ea adhuc, quantum vidi, ab aliis recepta est. Buttmannus quidem, „Ausführl. griech. Sprachlehre“[2], I, 4 sq. eam quaestionem, de qua agimus, vix attigit, sed breviter dicit Atthidem de Iade derivatam et, cum ab Atheniensibus liberalissimo et ingeniosissimo studio excoleretur, novam dialectum factam esse. neque aliter duorum virorum doctorum, a quibus libri de universa grammatica Graeca compositi hodie frequenti in usu sunt, neuter Hermannum secutus est. quorum alter, K. W. Kruegerus, „Griech. Sprachlehre für Schulen“, I[4], 1, p. 3 sq. Buttmanni modestiam etiam superavit, cum nihil aliud diceret nisi sermonem Atticum quinto seculo a. Chr. n. perquam floruisse. alter, R. Kuehnerus, „Ausführliche Gramm. der griech. Sprache“[2], I, p. 18 sq. sano, quo utitur, iudicio etsi Atthidem ex Iade ortam esse concedit, tamen recte dicit in compluribus rebus Atticos vetustatis tenaciores fuisse quam ceteros Iones, e. g. cum α longam, quam Iones in η mutarunt, retinerent. sed qua ratione dialectus Attica modo longius modo propius quam Ionica a pristino et communi statu abesse existimanda sit, ne Kuehnerus quidem satis explicavit.

hanc lacunam fortasse aliquis putat nuper expletam esse a duobus viris doctis, qui de origine dialecti Atticae accuratiores quaestiones instituerunt, Herzogio et Bergkio. sed quantulum eorum opera effectum sit, facile videbimus. primam Herzogii opinionem spectemus, quae in actis XXVI. conventus philologorum et paedagogorum Germaniae Wirceburgensis (1869) p. 100 sqq. publici iuris facta est. exorsus igitur a dicto illo Strabonis, quod supra (p. 429) laudavi, vir doctus commemorat eum dicere sermonem Athe-

niensium, quo haud dubie volgaris significetur, eo tempore, quo studia literarum apud eos coli coepta sint, simpliciter Ionicum fuisse. causam vero nullam esse, quin haec sententia Strabonis a nobis probetur. quod aliquanto confidentius, quam par erat, dictum esse mihi videtur. nam de pristina natura Atthidis, qualis ante crebriorem usum literarum fuisset, vetus ille scriptor vix plus scire potuit quam nos neque, si strictius aliquod et certius iudicium de hac re ferre potuisset, notare omisisset, de qua parte Iadis cogitaret. hoc autem ipsum quoque satis confidenter Herzogius addidit, cum persuasum haberet linguam Atticam a genere dicendi Herodoteo propius afuisse quam ab Homerico. quam scientiam unde sumpserit, prorsus nescio. nam etsi eis, si qui sunt, minime assentior, qui Bentleyum strenue secuti Atthidem ex sermone epico ortam esse putent, tamen spreto Homero ad Herodotum confugere nequaquam cogor, quippe qui ipse loco tritissimo (I, 142) narret in Asia sua aetate quatuor genera Ionice loquendi fuisse. qua re nulla causa est, cur Atthidem potissimum a dialecto Herodotea derivemus, praesertim cum in multis rebus eisque non levibus ab ea differat. nam eam rationem, qua Herzogius has differentias explicare studuit, vix quisquam probabit. acerrime enim distinxit usum scriptorum et sermonem volgarem, in quo G. Bernhardyum secutus esse videtur, qui „Grundriss der griech. Literatur"[2], I, p. 26 genus dicendi scriptorum Atticorum tamquam decerptum et collectum ex omnibus ceteris dialectis Graecis describit. sed quam Bernhardyus, si verba eius recte intellego, magis ut ineundam viam ac rationem cognitionis praescripsit quam ut certam et perpensam explicationem proposuit, eam iustis argumentis expedire et exornare Herzogius conatus est. nam cum Bernhardyus nihil aliud dicat nisi Atthidem literarum studiis excultam ex communi quadam dialecto Ionica ortam esse, Herzogius dialectum Herodoteam aut aliquam eius similem matrem Atticae fuisse affirmat et eam non solum sermonis volgaris sed etiam eius, quem e libris poetarum et scriptorum prosae

orationis etiamnunc noverimus. nempe pristinam linguam Neo-Ionicam in usum scriptorum ex analogia poesis partim epicae partim Doricae ita mutatam esse, ut tandem haec, quam admiramur, Attica elegantia eveniret. at talis conformatio novae linguae, quae ab indigeno sermone civium non paulum abhorreat, exiguam speciem veritatis habet, neque quod Herzogius (l. l. 102) a poesi lyrica repetiit exemplum hanc difficultatem tollere potest. nam poetae lyrici apud Graecos per varia loca variasque civitates dispersi et hanc ab causam variis dialectis assueti, cum crebro commercio inter se versarentur, unum aliquod commune et multiforme genus dicendi sibi finxerunt. Atticorum autem scriptorum conditio longe alia fuit, qui unius civitatis satis artis finibus circumclusi et in medio victu et sermone volgari patriae urbis positi erant. de posteriore enim aetate, qua poetae maxime et rhetores Attici per totam Graeciam vagabantur, cogitari non potest, quia eum statum linguae, quem Herzogius tali commercio ortum esse putat, pulvisculis quibusdam exceptis iam in inscriptionibus initio belli Peloponnesiaci vetustioribus apparere vidimus.

quod si huius difficultatis ratione non habita quaeremus, quasnam differentias, quae inter dialectum scriptorum Atticorum et Herodoteam intercedant, Herzogius analogiae ope explicaverit, e montibus parturientibus ridiculum murem pronatum esse facile intellegemus. sed spatium huius dissertationis excederem, si omnes facetias, quibus ille genium curavit, enumerare et illustrare vellem. qua re pauca elegi, quae maximi momenti esse Herzogius ipse professus est. inter quae ante omnia est contractio vocalium (l. l. 102), quam ex ipsa natura rei explicari posse negat. argumenti loco unam regulam affert, quam G. Curtius, „Griech. Schulgrammatik“ §. 38 sic proposuit: „Wenn der mittlere a-laut mit dem helleren e-laut zusammentrifft, überwiegt der laut des voranstehenden vocals.“ hanc legem iusta ratione carere putat, quia in protasi sonus, in apodosi positio vocalium contrahendarum tamquam conditio eius, quae eventura sit, com-

memoretur. at neque per se talis sententia prave dicta est, quod Herzogius ipse l. l. paene intellexisse videtur, neque, si esset, hoc vitium ea ratione, quam ille iniit, minueretur. nam cum analogiam linguae Homericae in Atthide multum valuisse existimaret, ipsum contrahendi munus retro in illam transtulit ita, ut Attici contractionem vocalium in epico sermone hic illic inceptam imitati eam certis legibus firmatam maiore constantia semper peregisse putandi sint. at qua ratione ducta lingua epica *εα* in *η*, *αε* autem in *ᾱ* contraxit? an ei rursus alia dialectus contrahendi cupida et rationis, quae postea invaluit, exlex antecessit? haud facile vel Herzogius hoc statuet. itaque ego non dubito credere contractionem vocalium, quam antiquitus non solum Homerica sed etiam ceterae dialecti inchoaverant, ab Attica suo Marte diligentius excultam et in certum usum receptam esse.

nam suo Marte in nonnullis rebus indigenam illam, quaecumque fuit, dialectum Atticam etiam tum, cum scribendi usu dirigeretur, egisse nec sola conglomeratione partium peregre arreptarum effectam esse ipse Herzogius concedit, cum dicat certas quasdam et paene fixas figuras declinationis interdum normam contractionis immutasse. hac enim de causa e. g. *ὀστέα* non in **ὀστῆ* sed in *ὀστᾶ*, *ἁπλόη* non in **ἁπλῶ* sed in *ἁπλῆ* contracta esse, ne terminationes harum formarum in vocalibus contractione factis delitescerent. et re vera hoc studium vim ac significationem singularum formarum dilucidam servandi Atticae dialecti quam maxime proprium fuit[26]), unde apparet, quam singulari ingenio haec dialectus a natura praedita et sublimi illi, qui postea effloruit, usui loquendi et scribendi paene a principio destinata fuerit. sed ut hanc virtutem exemplis analogiae aliunde in linguam Ionicam irrepentis et eam in Atticam mutantis Herzogius recte adnumeraverit, vehementer vereor. nisi forte hanc

---

[26]) haec causa fuit, cur Kuehnerus, „Ausf. Gramm.“[2] I, p. 169 sqq. duo genera contractionis distingueret, phoneticum et grammaticum, parum aptis nominibus, sed quae exemplis commode compositis l. l. illustrata sint.

linguam instar gloriosi illius venatoris fuisse putat, qui sua coma suisque lacertis enixus e palude se sublevasse fertur. imo vero studium et vocales contrahendi et terminationes declinationis in contrahendo distincte exprimendi ei parti dialecti Ionicae, e qua Attica paulatim derivata est, innata fuit neque contra usum volgarem in eam aliunde insita ac tamquam inoculata esse putanda est.

omnino enim mutationibus, quae in lingua consulta opera hominum fieri possint, Herzogius multo maiorem, quam oportebat, vim tribuit, quod in contractione eo acrius improbandum est, quod ne exemplar quidem afferre potuit, quod Attici in hac re secuti sint. eius modi autem exemplar habemus haud dubie in η et α longa vocalibus inter se mutatis, quoniam Dorica et Aeolica dialecti, in quibus ᾱ semper servata est, prorsus contrariae sunt Ionicae, in qua ᾱ tantum non semper in η mutata est. qua re quod Atthis, pars dialecti Ionicae, in medio posita est, hoc ex analogia poesis Doricae factum esse Herzogius (l. l. 103) existimat. at hanc explicationem ferri non posse, sed ᾱ Atticam ipsam quoque ex vetere et communi lingua Graeca reliquam esse iam supra (p. 244 sqq.) demonstravi neque opus est me argumenta huius demonstrationis repetere. vereor enim, ne diutius iam, quam debuerim, in sententia Herzogii examinanda versatus sim. qui volet, ipse commentationem eius inspicere poterit, nec tamen cuiquam ab eo persuasum iri credo dialectum Atticam, qualem nos novimus, a volgari sermone Atheniensium prorsus abhorruisse.

et in hac re Bergkius mecum facit, qui „Griech. Literaturgeschichte" I, p. 52 sqq. de dialectis linguae Graecae argute et copiose egit. ubi postquam dialectos Aeolicam, Doricam, Ionicam variasque species earum descripsit, p. 71 ad Atthidem transit, quam etsi posteriore aetate concursu peregrinorum et consulto quodam studio ceteras dialectos inter se conciliandi immutatam esse ipse quoque non ignorat, tamen volgari sermone quasi fundamento nixam esse suo iure existimat. nempe a verbis Strabonis, quae com-

pluries commemoravi, item atque Herzogius proficiscitur: *τὴν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτήν φαμεν*, quae ita intellegenda esse putat, ut Atthis non tamquam filia sed mater Iadis fuerit. videlicet eum de migratione quam dicimus Ionica cogitare, qua quoniam coloniae Ionum ex Attica in Asianas oras maris Aegaei deductae sunt, dialectum quoque Ionicam inde originem habere apertum est. at si in comparatione linguarum imaginibus ex genealogia repetitis utimur (quae dici nequit quam dolosa subsidia praebeant), hoc ita facere solemus, ut matris vel aviae munus ei linguae tribuamus, quae a pristino et communi statu per se ipsa propius absit quam aliae. itaque quamquam coloni, qui civitates Ionicas in Asia sitas condiderunt, ex Attica orti erant, tamen dialectum Ionicam matrem Atticae fuisse statuendum est, si quidem re vera eam vetustate superat. quae Bergkii certe sententia est, cum l. l. 72 pergat: „aber während die Ias der alten weise treu blieb, löst sich die Atthis los und geht ihren eigenen weg.“ qualis haec mater fuisse putanda est, quae domum servandam filiis reliquerit, ipsa autem novas affinitates inierit! verum eius modi domesticis controversiis hoc loco nihil proficitur, neque omnino eas attigi nisi, ut caverem, ne Bergkii sententia cum ea, quam ipse prolaturus sum, confunderetur. nam quod ille de civitatibus tantum Ionicis et Attica dixit, id etiam de dialectis veri simile esse mihi videtur, nempe Ionicas ex Attica, qualis quidem vetustissima aetate fuit, ortas esse[27]). neque enim Strabonis auctoritas tali opinioni obstat, quippe quem nihil aliud significare voluisse putem nisi Iadem et Atthidem antiquissima aetate unam eandemque dialectum fuisse[28]); quae utrius earum similior fuisset, Strabo vix certius

[27]) hanc sententiam brevitatis causa ita dictam esse infra apparebit, ubi ea accuratiore disquisitione aliquantum mutabitur.

[28]) si quis singula verba, quae apud Strabonem tradita sunt, premere volet, is concedere debebit ea meae sententiae potius adiumento esse quam alteri. nam non dicit Atthidem antiquitus eandem fuisse atque Iadem, sed Iadem eandem atque vetustam Atthidem. ceterum

quam nos scire potuit. singula vero argumenta, quibus demonstrari solet, quantum Atthis a prisco Ionismo recesserit, ne apud Bergkium quidem tanta tamque firma sunt, quin in contrariam partem restringi possint vel potius debeant.

1. ac primum quidem in σσ et ττ literas inter se mutatas hoc cadere unusquisque concedet, qui ea comparaverit, quae supra (p. 283 sqq.) de hac re exposui. neque habeo quod addam, nisi forte quis putat ea ipsa ratione, quam inter σσ et ττ intercedere demonstravi, sententiam eorum confirmari, qui sermonem scriptorum Atticorum a volgari genere dicendi non leviter distinctum fuisse iudicent. at omnino tale discrimen inter ea intercessisse non negavi, sed tantum cavere volui, ne hoc discrimen iusto maius existimaretur. quod si certum aliquod exemplum habemus, in quo consuetudo scriptorum Atticorum ab usu volgari ex analogia alius cuiusdam dialecti recedat, hoc argumentatione nostra comprehendere et possumus et debemus. in universum autem illud discrimen non ita magnum fuisse ipsa hac occasione quam maxime apertum fit. nam si inscriptiones studio aliena sibi assumendi, quo scriptores Atticos incredibilem in modum arsisse nonnulli putant, ipsae quoque infectae essent, aliquoties etiam σσ pro ττ positas in eas irrepsisse necesse esset. quae quoniam non irrepserunt, dubitari vix potest, quin tituli, in quorum comparatione haec dissertatio versatur, volgarem dialectum Atheniensium satis meram nobis praebeant. atqui haec dialectus ab ea, quam alioquin Atticam vocare didicimus, non differt exceptis paucis rebus non magni momenti, quas supra suis locis adnotavi. ergo ne scriptorum quidem Atticorum genus dicendi ita, ut a plerisque fit, consilio et arte compositum, natura autem prorsus destitutum fuisse putandum est.

2. hoc igitur si memoria tenebimus, etiam magis quam antea intellegere poterimus, quantum et Bergkius et alii a

---

talem argumentationem breviter commemorare quam in commodum meum vertere malui.

ex titulis Euboicis petita sint, nihil valere, quia nomina agripetarum Atticorum fuisse possint, errat. primum enim haec nomina literatura non Attica sed Ionica exarata sunt, de quo v. Kirchhoffium, „Studien zur Gesch. des griech. Alph.“ [2], p. 139 sq. deinde eo tempore, quo laminae Styrenses inscriptae sunt (non post *Ol. 75*, Kirchhoff l. l.), praeter praedia Hippobotarum (Herodot. V, 77) Euboea nondum ab Atheniensibus possessa erat. et postea cum *Ol. 83, 3* civitates Euboicae ab Atheniensibus defecissent, etsi tota insula a Pericle subacta est, tamen solorum Hestiaeensium agri agripetis Atticis distributi sunt (Thuc. I, 114). Styra autem oppidum cum et ab Hestiaea et a Chalcide satis longe distet, Kirchhoffius (l. l. 87. 139) eumque secutus Ermanus (l. l. 280) recte iudicarunt formas, quas ex inscriptionibus Styrensibus attuli, non de Attico fonte fluxisse, sed indigeni Ionismi documenta esse. itaque iam hoc tamquam certum statuere possumus: postquam Iones ex Attica profecti colonias latius propagare coeperunt, prisca et communis lingua eorum non solum in Attica diutissime intacta mansit, sed etiam in eis coloniis, quae a metropoli proxime aberant, non tam cito quam in ceteris in Neo-Ionicam mollitiem ac paene depravationem abiit[30]). postea vero cum nova forma, quam Ias

[30]) huic sententiae fortasse officere videtur ea, quam E. Curtius de origine tribus Ionicae et de migrationibus eius primum libello, qui inscriptus est „Die Ionier vor der ionischen wanderung“, 1855, deinde compluribus aliis locis exposuit. nam si Iones, inquiet quispiam, qui in Asia ad oram maris Aegaei habitabant, non ex Attica eo venerant, sed multo ante de montibus Asiae per Phrygiam et Cariam profecti, cum alii per insulas interpositas ad occupandam Graeciam pergerent, ipsi in oppidis maritimis remanserant, quomodo fieri potuit, ut horum lingua vetustatis non tenacior esset quam eorum, qui in terram oppositam paulatim transvecti et caelum mutaverant et aliis gentibus se immiscuerant? at qui sententiam E. Curtii accurate perspexerit, facile concedet ex ea de mutationibus linguae nulla argumenta repeti posse. nam quamquam ille (e. g. „d. Ionier v. d. ion. wand.“ p. 5. „Griech. gesch.“ I[4], p. 116 sq.) dicit, cum coloniae ex Attica in Asiam deducerentur, „Graecos ad Graecos venisse“, tamen, cum semper (e. g. „Griech.

recta via aberraverint in altero argumento, quo demonstrare studuerunt Atthidem consulto et acriter ab Iade segregatam esse. nam η Ionicam ex analogia Aeolidis et Doridis retro in ᾱ mutatam esse, ut illi voluerunt, neque per se veri simile est neque ullis exemplis ex antiquissima dialecto Attica petitis confirmatur, quod supra pluribus verbis explicavi. contra Iones studio ᾱ in η mutandi ab eo statu, quem antiquitus cum Atticis communem tenuerant, paulatim longius quam hos seductos esse cum per naturam linguae veri plus quam simile est, tum certis documentis epigraphicis confirmatur. nam Ermanus dissertatione, quam supra iam laudavi, „de titulorum Ionicorum dialecto“ (Stud. V, p. 249 sqq.) ostendit inscriptiones Chalcidicas partim in Euboea partim in coloniis Euboicis Magnae Graeciae repertas dialectum praebere inter Iadem et Atthidem quodammodo in medio positam[29]). cuius rei argumenta illum secutus breviter adscripsi: *Λυσαγόρας* et *Ἐσνέας* in laminis Styrensibus (Lenormant, Rh. Mus. 22, p. 276 sqq., III. 52), duo exempla α purae servatae contra duodecim in eisdem laminis exstantia, in quibus ea in η mutata est. accedit, quod *H* litera in his inscriptionibus numquam η vocalem sed semper spiritum asperum significat: *Ἡγαμονεύς*, *Ἱππόνδης*, *Ὁμήριος* (Lenormant 56—58). neque aliter in titulis coloniarum Chalcidicarum spiritus asper semper per *H* scriptus est: *ὅς* in titulo Cumano C. i. Gr. 8337, 2. *Ἱππολύτῃ*, *Ἱπ[π]αῖος*, *ἵπ[π]ος*, *Ἡρακλῆς* in inscriptionibus vasorum C. i. Gr. 7381. 7459. 7460. quod si quis putat horum exemplorum ea, quae

[29]) v. l. l. 276 sq. 281. 310. Ermanus etsi breviter tantum hanc quaestionem tractavit, tamen non dubito quin item atque ego putaverit singulari illi, quam notavit, naturae dialecti Euboicae munus conciliandi inter Atthidem et Iadem tribuendum esse. nam quod alio loco (p. 290 sq.) docet in contractione vocalium dialectum Euboicam etiam longius quam reliquam Iadem ab Atthide distare, hoc in tam exiguo numero exemplorum (tres enim sunt formae non contractae contra unam contractam) non multum valet neque sententiae, quam supra exposui, refragatur, quoniam per se exspectandum erat mediatricem duarum dialectorum diversarum modo unius modo alterius similiorem fore.



ex titulis Euboicis petita sint, nihil valere, quia nomina agripetarum Atticorum fuisse possint, errat. primum enim haec nomina literatura non Attica sed Ionica exarata sunt, de quo v. Kirchhoffium, „Studien zur Gesch. des griech. Alph.“², p. 139 sq. deinde eo tempore, quo laminae Styrenses inscriptae sunt (non post *Ol. 75*, Kirchhoff l. l.), praeter praedia Hippobotarum (Herodot. V, 77) Euboea nondum ab Atheniensibus possessa erat. et postea cum *Ol. 83, 3* civitates Euboicae ab Atheniensibus defecissent, etsi tota insula a Pericle subacta est, tamen solorum Hestiaeensium agri agripetis Atticis distributi sunt (Thuc. I, 114). Styra autem oppidum cum et ab Hestiaea et a Chalcide satis longe distet, Kirchhoffius (l. l. 87. 139) eumque secutus Ermanus (l. l. 280) recte iudicarunt formas, quas ex inscriptionibus Styrensibus attuli, non de Attico fonte fluxisse, sed indigeni Ionismi documenta esse. itaque iam hoc tamquam certum statuere possumus: postquam Iones ex Attica profecti colonias latius propagare coeperunt, prisca et communis lingua eorum non solum in Attica diutissime intacta mansit, sed etiam in eis coloniis, quae a metropoli proxime aberant, non tam cito quam in ceteris in Neo-Ionicam mollitiem ac paene depravationem abiit[30]). postea vero cum nova forma, quam Ias

---

[30]) huic sententiae fortasse officere videtur ea, quam E. Curtius de origine tribus Ionicae et de migrationibus eius primum libello, qui inscriptus est „Die Ionier vor der ionischen wanderung“, 1855, deinde compluribus aliis locis exposuit. nam si Iones, inquiet quispiam, qui in Asia ad oram maris Aegaei habitabant, non ex Attica eo venerant, sed multo ante de montibus Asiae per Phrygiam et Cariam profecti, cum alii per insulas interpositas ad occupandam Graeciam pergerent, ipsi in oppidis maritimis remanserant, quomodo fieri potuit, ut horum lingua vetustatis non tenacior esset quam eorum, qui in terram oppositam paulatim transvecti et caelum mutaverant et aliis gentibus se immiscuerant? at qui sententiam E. Curtii accurate perspexerit, facile concedet ex ea de mutationibus linguae nulla argumenta repeti posse. nam quamquam ille (e. g. „d. Ionier v. d. ion. wand.“ p. 5. „Griech. gesch.“ I⁴, p. 116 sq.) dicit, cum coloniae ex Attica in Asiam deducerentur, „Graecos ad Graecos venisse“, tamen, cum semper (e. g. „Griech.

adepta erat, etiam mutationem literaturae in Asia et in insulis maris Aegaei effecisset, haec reciproco cursu Athenas rediit, quo factum est, ut non solum Athenienses priscam literaturam diutissime inter omnes Iones retinerent, sed etiam in Euboea et in Magna Graecia pauca exempla vetustioris usus H literae diutius quam alioquin apud Iones servarentur.

noli tamen credere Atthidi omnem laudem vetustatis deberi. nam ut fit in tali genere, ut nusquam unum certum ac rectum ordinem mutationum habeamus, sed ut in unaquaque lingua antiquiorum et recentiorum aetatum quasi residua permixta exstent, ita Ias quoque, quam a pristina natura Attico-Ionica non paulum secessisse modo vidimus, in aliis rebus antiquitatis multo tenacior fuit quam ea pars huius dialecti, quae in terra Attica remanserat. quas omnes me afferre non oportet, quia hac dissertatione non de Iade sed de Atthide ago. tamen gravissimas differentias, quae huc pertinerent, breviter attingendas esse putavi, ne cui eas neglegenter omisisse et parum firmo fundamento sententiam meam exstruxisse viderer.

3. qua re primum commemoro veterem consonantem gutturalem in stirpe pronominum interrogativorum, quae in

---

gesch." I[4], p. 31 sq. 39. 45 sq.) dicat indigenas illos Iones Asiaticos eosdem fuisse, quos volgo Phryges, Leleges, Cares appellent, ipse ostendit se credere permagnum spatium temporis interpositum fuisse inter primam occupationem maris Aegaei, quae per Iones ex Asia degressos facta sit, et deductionem coloniarum, quae postea per alteros Iones, qui Graeciam insedissent, ex Europa in Asiam refluxerit. nempe hoc spatium temporis, si Curtium sequimur, tantum fuisse nobis putandum est, ut eo lingua Ionum Asiaticorum a pristina graecitate paulatim secedere et in Caricam vel Phrygiam barbariem abire potuerit. quae deinde, cum a sermone Hellenico satis abalienata esset, effecit, ut coloni Graecorum in Asiam tamquam terram maternam reversi consanguineos suos et paene fratres non agnoscerent. ceterum nequaquam puto hanc rationem linguarum diversitates explicandi magna probabilitate excellere. itaque ea, cum Curtii sententia aliam non ferat, denuo argumento esse potest suo iure viros doctos dubitasse Curtio de his rebus libere assentiri.

plurimis dialectis Graecis per labialismum, quem dicimus, in π mutata est, apud solos Iones servatam esse (cf. G. Curtium, Grdz.[3] 415 sqq. 425 sq.). quod quamquam in una tantum stirpe accidit, tamen, cum vocabula ab ea derivata frequentissimi usus sint, aliquem odorem antiquitatis toti dialecto infundit.

4. deinde huc referenda est aspiratio consonantium explosivarum, quae cum in nonnullis exemplis apud solos Iones non facta sit, documento est dialectum eorum in hac re vetustatem interdum melius servasse quam ceterorum Graecorum. e. g. affero *δέκομαι, τετύκοντο*, de quibus v. Curtium, Grdz.[3] 461. atque eadem ratio praepositionibus adhibenda est, quae ante vocabula a spiritu aspero incipientia vocalem terminalem amiserunt. nam quod supra (p. 236 sq.) vidimus Atticos antiquissima aetate in talibus enuntiationibus, quales sunt *ἀφοῦ, καθημέραν*, notam aspirationis semel tantum (per Φ, Θ literas aspiratas) scripsisse, id paulo diversa ratione etiam in consuetudinem Neo-Ionicam cadit, qua ipsa quoque notam aspirationis semel tantum, sed per spiritum asperum vocali, ante quam elisio facta est, praefixum scriptam esse constat: *ἀπ' οὗ, κατ' ἡμέρην*. quae consuetudo quoniam in Iade Asiatica semper mansit, studium antiquitatis, quod in ea viguerit, denuo confirmat[31]).

5. porro quid de contractione vocalium iudicarem, iam supra (p. 433 sq.) significavi. Nam Iadem (ita proprie eam partem huius dialecti dico, quae non Attica fuit) antiquitus Atticae constantiae vocales contrahendi participem fuisse, deinde vocales contractas tantum non omnes rursus dissolvisse cogitari nullo modo potest. imo vero initia vocales

---

[31]) haec sententia quam minime ei refragatur, quam Curtius, Grdz.[3] 476 de hac re significavit. nam si dicimus et Atticos et Iones a duplici scriptura aspirationis in commissura praepositionum et vocabulorum insequentium abstinuisse, causam huius abstinentiae leniorem pronuntiationem spiritus asperi, de qua Curtius l. l. loquitur, fuisse ipsi quoque putamus.

BEITRÄGE ZUR GRIECHISCHEN NAMENSYSTEMATIK

VON A. FICK.

Mit Kirchh. sind die Inscriptiones Atticae Euclidis anno vetustiores ed. A. Kirchhoff, mit Kum. die *Ἀττικῆς ἐπιγραφαί ἐπιτύμβιοι* hgg. von Kumanudes Athen 1871 bezeichnet, die übrigen Namen finden sich in Pape-Benseler's Wörterbuch der griechischen Eigennamen.

Ἁλι-μήδη Nereide: *Ἁλίη* Nereide: *Εἰν-αλία* Aphrodite.

Ἀργί-ποδες und *πόδας ἀργοί* heissen die Hunde bei Homer, daher: *Ἄργος* Hund des Odysseus.

Αήθ-αργος, *Ὅμ-αργος*, *Πόδ-αργος* Hundenamen: *Ἄργος* Hundename; *Πόδ-αργος*: *Ποδῆς* Hundenamen.

Βύκε-λος: *Βύκχις*, *Βύκκων*: *Ἴ-βυκος*. Noch zweifelhaft.

Ἀριστο-γείτων, *Διο-γείτων*, *Εὐ-γείτων* u. s. w.: *Γείτων*.

Ἀριστό-γειτος, *Διό-γειτος*, *Θεό-γειτος*, *Καλλί-γειτος*: *Γειτᾶς*.

Εὐ-γίτα, *Θεό-γιτος* boiot: *Γιτιάδας* Lakone.

Ἐπι-γήθης, *Εὐ-γάθης*, *Παγ-γήθης*: *Γαθέαι*: *Γαθιάδας* Heros.

Γηθοσύνη. *Γηθεύς* Hundename.

Ἐπί-γνωμος, *Εὐ-γνώμων*, *Εὐγνώμιος*: *Γνώμη*.

Γοργ-ῶπις λίμνη: *Γοργύλος* Fluss: *Σολο-γοργός* Ort.

Δασσαρῆται: *Δασσαρώ* Stammmutter der Dassareten, aus dem Volksnamen gemacht.

Δαφνη-φόρος, *Δαφνο-γηθής*, *Δαφνο-πώλης* Apollon: *Δα-φναῖος*, *Δάφνιος*, *Δαφνίτης* Apollon.

Δι-όμιλος: *Ὅμιλος*. *Ὁμιλία Ὁμίλου Ἡρακλεῶτις* Kum. 1765.

Διόσ-θυος, *Εὐ-θυαῖος* Monate: *Θύος* Monat.



Εὐ-δώρη Nereide: *Δωρίς* Nereide.
Εὐ-δώρη, *Πολυ-δώρη* Okeaninen: *Δωρίς* Okeanine, Mutter der Nereiden.
Ἑβδομα-γενής Apollon: *Ἑβδομίας* Kchh. 358. *Ἑβδομίσκος.*
Ἐθέλ-ανδρος: *Ἐθελήσας.* *Ἐθελούσιος* Kchh. 432.
Ἐπ-άλτης bei Homer: *Ἄλτης* bei Homer. Zu *Ἐφ-ιάλτης* gehört *Ἰάλμενος.*
Πισθ-έταιρος Kum. 88, *Σώ-ταιρος*, *Φιλ-έταιρος:* *Ἑταιρίων.*
Εὔ-αθλος vgl. *Πέντ-αθλος:* *Ἀθλίας* vgl. *Ἀέθλιος* myth.
Εὐ-αίμων König in Thessalia bei Homer: *Αἵμων* thessal. König, nach dem die Thessaler *Αἵμονες*, Thessalia *Αἱμονία* heissen sollte.
Εὐ-αίμων Stadt in Boiotia: *Αἵμων* Fluss in Boiotia.
Εὔ-γραμμος, *Εὐ-γράμμιος:* *Γραμμίς.*
Εὔ-γραφος, *Εὐγράφιος*, *Εὐγραφία* vgl. *Ζώγραφος:* *Γραφίς.*
Εὐ-κράντη Nereide bei Hesiod: *Κραντώ* Nereide bei Apollodor, von Heine in *Ῥαντώ* „verbessert“.
Εὐ-πετάλη: *Πέταλος.* *Πετάλη.* *Πεταλίς.*
Εὔ-πορος: *Πόρος*, *Εὐ-πόριστος:* *Ποριστής* (?).
Εὐ-σάγηνος Fischername: *Σαγηνεύς* n. pr. bei Suid.
Εὔ-σταχυς, *Εὐ-στάχιος*, *Καλλί-σταχυς:* *Στάχυς.*
Εὐ-στόλιον f.: *Στόλος.* *Στολίς.*
Ζειρο-φόρος Hades: *Ζειρήνη* Aphrodite bei den Makedonen.
Ζηλο-τυπία = *Ζηλώ.*
Ζευξ-ίππη Naiade: *Ζευξώ* Okeanine.
Ἐξ-ήκεστος, *Ἐξηκεστίδης*, *Θε-ήκεστος:* *Ἥκεστος.* *Ἡκεστίδης* Suid.
Ἀγαθ-ήμερος, *Εὐ-άμερος*, *Εὐ-ήμερος*, *Καλ-ήμερος:* *Ἥμερος.* *Ἡμερίς.* *Ἀμερίας.* *Ἡμέρων.*
Θήρ-αγρος, *Θηρι-δάμας* Hundenamen: *Θηρώ* Hundename.
Θηρο-νόμος: *Θηρευτής:* *Εὔ-θηρος* Beinamen Pans.
Παν-θήρα att. Schiff: *Θήρα* att. Schiff.
Ἴ-αιρα, *Ἰ-άνειρα*, *Ἰ-άνασσα* Nereiden: *Ἰόνη* Nereide bei Apollodor, ist nicht zu ändern; davon *Ἰόνιον πέλαγος*, nach den Alten von der *Ἰώ;* *Ἰόνη* zu *Ἰώ*, wie *Γοργόνη* zu *Γοργώ.*

Ἱππ-άφεσις Frauenname: Ἄφεσις Σωτᾶ Καρυστία Kum. 1868.
Ἱππο-θόη, Ἱππο-νόη Nereiden: Ἱππώ Okeanine: Μενίππη Nereide.
Κάλλ-αισχρος: Αἶσχρος. Αἰσχρέας. Αἰσχραῖος. Αἰσχρίων. Αἰσχρώ. Αἴσχρων.
Καλλι-λαμπέτης Helios: Λαμπετίη Tochter des Helios Odyss.
Καρπο-φόροι Demeter und Kore: Καρπώ eine Hore: Ἐπικάρπιος Zeus: Κάρπιος Dionysos.
Zu Κάσ-ανδρος, Κασσι-όπη u. s. w.: Κασσαμενός, vgl. Ἀκεσί-λαος, Ἀκέσ-ανδρος: Ἀκεσσαμενός.
Καϋστρό-βιος: Καΰστριος.
Ἀμφι-κήδης Kchh. 433, Δημο-κήδης, Λεω-κήδης, Φιλο-κήδης: Κήδων. Κηδωνίδης. — Κηδέστης.
Κιχήσ-ιππος Kchh. 298: Κιχησίας.
Μακρο-κέφαλοι = Μάκρωνες Volk am Pontos.
Μανό-δωρος Sklavenname: Μάνης Sklavennname.
Μεγα-κήτης heisst der πόντος Hom. Od. 3, 158: Κητώ Tochter des Pontos Hsd. th. 238, danach sind gedichtet: Κηταῖος, Κητεύς, Κήτων.
Εὔ-μορφος, Εὐμόρφιος, Καλλί-μορφος: Μόρφος, Μορφιανός.
Μόψου ἑστία, Μόψου πόλις, Ew. Μοψουεστιεύς = Μόψος Ew. Μοψεάτης.
Ναυ-κρατοῦσα att. Schiff: Ναύκρατις und Κρατοῦσα Namen att. Schiffe.
Νικη-φόρος: Νίκη: Ἀγαθο-νίκη, Ἀξιο-νίκη, Καλλι-νίκη, Πολεμο-νίκη, Πολυ-νίκη, Φιλο-νίκη Namen attischer Schiffe.
Ξιφ-άρης, Ξιφήρους λιμήν: Ξιφίδιος. Ξιφιλῖνος. Ξίφων. Ξιφωνία.
Πάν-αισχης Kchh. 448: Αἰσχέας. Αἰσχητάδης. Αἰσχίνης. Αἰσχύλος. Αἰσχυλίδης. Αἰσχυλίων.
Πασι-κόμψη: Κόμψη Kum. 2192.
Πασί-τεχνος: Τέχνων.
Πολυ-δεύκης: Δευκαλίων, Δευκαλίδης.
Πολ-ύμνια Muse: Ὑμνώ Muse.
Πτερέλαος: Πτερᾶς. Πτέρων: Εὐ-πτέρης Delier Kchh. 283.



Σκυρο-κλῆς: Σκύρων.
Ἐρι-στάφυλος, Εὐ-στάφυλος Dionysos: *Σταφυλίτης* Dionysos, *Στάφυλος* Sohn des Dionysos, *Σταφύλη* Frauenname: *Σταφυλο-δαίμων* fingirter Name.
Εὐ-στόργιος, Φιλό-στοργος: Στόργη.
Συμ-πληγάδες = Πληγάδες (πέτραι).
Σωσί-πολις: Σώζουσα, Σωζομενή, Σώτειρα, Σωτηρίς, Σωτηρία att. Schiffsnamen.
Ταχυ-κλῆς Kum. 451. 452: *Τάχυλλος* Kum. 712.
Εὐθύ-τονος, Εὐ-τόνιος: Τόνος.
Εὔ-τροπος, Εὐτρόπιος, Πολύ-τροπὸς: Τρόπος.
Ὑψηλο-πολῖται = Ὑψηλῖται Ew. von *Ὑψήλη, Ὕψηλις.*
Ἀγλαό-φαμος, Εὔ-φαμος, Θεο-φαμίδας, Κλεό-φαμος, Πολύ-φαμος: Φᾶμις.
Εὔ-φημος, Θεό-φημος u. s. w.: *Φήμιος* Hom. ist nicht auf den gemachten Namen *Φημο-νόη* zu beziehen.
Φαναγόρου πόλις = Φαναγόρεια = Φανάγορις.
Εὐρυ-φάων, boiot. *Εὐρου-φάων: Φάων.*
Φιλ-ήρετμοι heissen die Phaiaken bei Homer: *Ἐρετμεύς* Name eines Phaiaken bei Homer.
Φιλό-καπος: Κηπίας. Κῆπις. Κηπίδης. Κηπίων = Καπίων. Κάπων.
Φιλο-πλάτανος fing.: *Πλάτανος* fingirt.
Φυσί-γναθος der Froschkönig im Froschmäusekrieg: *Φυσίας. Φυσιάδης. Φυσωνίδης* und *Γνάθος. Γνάθις. Γναθώ. Γνάθων. Γναθωνάριον. Γναθωνίδης. Γνάθαινα. Γναθαίνιον.*
Χαριτο-βλέφαρος Beiname: *Βλεφάρων* Plaut.
Χολ-αργεῖς att. Demos: *Χολλεῖδαι* att. Demos.
Χοο-πότης Dionysos, sein Fest die: *Χόες.*
Ῥαφανο-χόρτασος. Χόρτασος. Χορτασώ Ort.
Χριστό-δωρος, Χριστό-φορος: Χριστίων. Χριστῖνα.
Πολυ-χρόνιος, ία, ιον: Χρόνιος. Χρόνιον. Χρονίων.
Ψυχό-πομπος Hermes: *Πομπαῖος* Hermes.

Zu den Vollnamen, welche mit Umstellung der Glieder wieder Vollnamen ergeben, kommen hinzu: *Αἰχμο-κλῆς* — *Κλε-αίχμα*. *Ἐχέ-πολις* — *Πολί-οχος*. *Κλεό-φαντος* — *Φαντο-κλῆς* Kchh. 31. 47. *Νεικό-τειμος* — *Τιμό-νικος*.

Wenn die Inschrift Kum. 1829 *Πειλεστροτίδας Θειβῆος* richtig gelesen ist, so haben wir in *Πειλεστροτίδας* einen Vollnamen zu *Πηλεύς*, denn boiot. *Πειλεστροτίδας* lautet gemeingriechisch *Πηλε-στρατίδης* und zu *Πηλέ-στρατος* ist *Πηλεύς* eine richtige Koseform. — Oder ist *Πειλε* dem äolischen *πῆλε* = *τῆλε* gleichzusetzen und entspricht dem boiotischen *Πειλέ-στροτος* ein gemeingriechisches *Τηλέ-στρατος*? Nach Benseler findet sich *Τηλέστρας* (doch wohl = *Τηλέστρατος*) auf einer ephesischen Münze.

Schliesslich noch ein hübsches Beispiel für die Vertretung zweistämmiger Ortsnamen durch einstämmige:

Μελάμ-φυλλος· ἡ Σάμος Hesych: *Φυλλίς· ἡ Σάμος τὸ πάλαι* Hesych. Die Zusammengehörigkeit beider Namen ist bereits von M. Schmidt bemerkt worden.

ÜBER *λαλ-* UND *lul-*,

ZWEI FÄLLE

GEBROCHENER REDUPLICATION.

VON

HERMANN OSTHOFF

LEIPZIG.



Brugmans gelerter abhandlung über die sogenannte gebrochene reduplication in den indogermanischen sprachen in disen stud. VII 185 ff. 273 ff. ist dasjenige schicksal widerfaren, welches man ir, one gerade vile hellseherkunst zu besitzen, leicht hätte voraussagen können. Der scharfsinnige und umsichtige forscher hat des guten zu vil getan, und die übergroße menge alles desjenigen etymologisch schwirigen materials, für welches er auf einmal mit dem neu entdeckten erklärungsprincip den schlüßel gefunden zu haben glaubte, hat mistrauen gegen das princip überhaupt erregt. Den bedenken, welche neuerdings Joh. Schmidt als recensent der Brugmanschen abhandlung in der Jenaer literaturzeitung 18. sept. 1875. s. 667. ausgesprochen hat, wird meines erachtens jeder besonnene forscher nur beistimmen können. Brugmans verfaren, seinen reichhaltigen beispilsammlungen gar manches einzufügen, dessen zweifelhafter natur er sich selbst recht wol bewust war (vergl. s. 353. seiner abhandlung) und was auch nach seiner eigenen meinung bei weiter dringender forschung sich als verfelt herausstellen würde: dis verfaren hatte in so fern allerdings wol einige berechtigung, als die kriterien für die zweifelhaftigkeit dises oder jenes falles freilich meist rein subjectiver art sind, und als ferner immerhin der versuch nicht unangebracht scheinen mochte, einmal zu erproben, wie weit etwa mit dem neuen erklärungsprincip sich kommen ließe. Aber um der sache der gebrochenen reduplication vorerst allseitige und unbedingte anerkennung zu verschaffen, worauf es doch zu allernächst ankam, wäre es, so meinen

wir, unter allen umständen vorteilhafter gewesen, wenn der verfaßer beim ersten anlauf nur die nach seinem eigenen subjectiven dafürhalten zweifellosen fälle vorzutragen sich beschränkt hätte. Eine grenze zu finden konnte, wenn Brugman so sein eigenes subjectives ermeßen, gleichsam sein etymologisches gewißen, als maßstab gelten ließ, unseres bedünkens doch nicht allzu schwer werden. Seine sache aber hätte dabei, das widerhole ich, unzweifelhaft nur gewinnen können.

Indes wird eine gefundene neue warheit bekanntlich nicht dadurch zum irrtum, daß der finder in der ersten freude des findens allzu weit gehende consequenzen aus dem gefundenen zu ziehen sich verleiten ließ. Bewärt sich die gebrochene reduplication auch nicht als etymologischer nußknacker für alle die vilen fälle, für welche sie nach Brugman sich bewären soll, so folgt daraus nicht, daß ire beihilfe in etymologischen dingen überhaupt zu verschmähen ist. Unter Brugmans beweismaterial überwuchert, wie gesagt, die große zal der vilen hypothetischen und dem gerechten zweifel nach wie vor unterworfenen beispile diejenigen in der minorität befindlichen fälle, für welche er wirklich mit seinem princip der gebrochenen reduplication den richtigen erklärungsgrund getroffen hat. Es ligt darum im interesse der sache, wenn anders dise, woran ich nicht zweifle, für eine richtige zu halten ist, daß das contingent der sicheren fälle, welche damit erklärt sind, durch hinzukommende andere von gleicher überzeugungskraft verstärkung erhalte. Zwei solche mir gesichert erscheinende fälle gebrochener reduplication, der eine der griechischen sprache, der andere dem sanskrit angehörig, seien im folgenden dem urteile der mitforscher unterbreitet.

Ueber die griechischen wörter *λάλο-ς, λαλέ-ω* und deren sippe scheint mir Fritzsche stud. VI 285. 337. nicht das richtige zu leren, wenn er von einer basis *λα-* ausgehen zu müßen glaubt. Eine wurzelhafte basis *λα-* findet zu wenig überzeugende anknüpfungspunkte an wörtern anderer

sprachen. Unser *lallen*, an das man denken könnte und an das ältere etymologen vilfach gedacht haben (auch Fritzsche nimmt darauf bezug), ligt doch wegen seiner bedeutung nicht so nahe, als es scheinen möchte: zwischen dem lallen oder stammeln als unarticuliertem sprechen und dem schwatzen oder vilen sprechen ist doch noch ein unterschid. Das deutsche *lallen* und nicht weniger die lateinischen wörter *lallus*, *lallare* „trällern" scheinen mir unverkennbar onomatopoetischen ursprunges zu sein. Für griech. *λάλο-ς, λαλέ-ω* dagegen weisen uns, wenn mich nicht alles täuscht, die dazu gehörigen bildungen *λάλαγες· χλωροὶ βάτραχοι* Hesych. und *λαλαγή* den richtigen weg: die ware wurzel aller diser wörter wird keine andere sein als die bekannte in griech. *λάσκ-ω, ἔ-λακ-ον, λακ-ερό-ς*, „lärmend, geschwätzig" und lat. *loqu-or* enthaltene. Curtius grundz.[4] nro. 85. Das herabsinken der tenuis *κ* zu der media *γ* in *λάλαγ-ες* unterligt gar keinem bedenken. Auch wenn man, wie bisher üblich, das *γ* in *λάλαγ-ες* für suffixal, nicht für wurzelhaft hält, muß man ja dessen entstehung aus *κ* annemen (Budenz das suffix *κός* im griech. Götting. 1858. s. 72., Curtius grundz.[4] s. 523), weil ein reines *g*-suffix etwas den indogermanischen sprachen fremdes ist; und vollends für *ἅρπαγ-* wird ja obendrein der gleiche lautübergang durch die genaue entsprechung von lat. *rapāc-* als völlig gesichert betrachtet. Vergl. Curtius a. a. o. s. 522. Ich zerlege also an jene wurzel anknüpfend: *λά-λαγ-ες, λα-λαγ-ή* und **λα-λαγ-jω* = *λαλάζω*; und wie ser von seiten der bedeutung für einen begriff wie „schwatzen, plaudern" die reduplication einer wurzel, welche „einen ton von sich geben, sprechen" ausdrückt, am platze ist, brauche ich des näheren nicht auszuführen. Nicht bloß dem sinne nach wird also *λά-λαξ* lateinisch am besten durch *loqu-āx* widergegeben, sondern dise übersetzung ist auch von seiten der etymologie beider wörter eine so völlig genaue, als es überhaupt nur möglich ist: in das concert der *λάλαγες βάτραχοι* des Hesychios stimmen die *ranae*

loquaces bei Vergil. Georg. III 431. unmittelbar mit ein. Schwerlich wird Horaz, als er seine *Lalage* eine *dulce loquentem* nannte, eine anung davon gehabt haben, wie wort- und wurzelgetreu er den geliebten namen in seine römische muttersprache übertrug.

Nun aber war, weil im griechischen die wortbildungen *ἅρπαγ-ες*, **ἁρπαγ-jω = ἁρπάζω, ἁρπαγ-ή* vorhanden waren, durch eben dise für das sprachgefül die versuchung ser nahe gelegt, auch jene *λάλαγ-ες*, **λαλαγ-jω = λαλάζω* und *λαλαγ-ή* in derselben weise aufzufaßen wie *ἅρπαγ-* und seine ableitungen, d. h. es ergab sich, indem *-αγ-* nach jener analogie als suffixal empfunden ward, eine basis *λαλ-*, wie *ἁρπ-* diejenige von *ἅρπ-αξ* ist. Die bedeutung von *λάλαξ* konnte es augenscheinlich auch nur begünstigen, daß man nach und nach dazu kam, die formalen bestandteile des wortes in ein anderes verhältnis zu einander zu setzen, als in welchem sie ursprünglich gestanden hatten. *Λάλαξ* gleicht ja seinem lateinischen verwanten *loqu-ax* auch darin, daß beide wörter einen hypokoristischen sinn haben. Diser hypokoristische sinn aber war von hause aus durch ein verschidenes mittel in jedes der beiden wörter hineingekommen: im griechischen hatte in die reduplication, im lateinischen das suffix *-āc-* bewirkt. War es da ein großes wunder, daß die griechische sprache, da sie ganz dasselbe suffix *-ακ-*, *-αγ-* ebenfalls und in ganz derselben function wie das lateinische besaß, daß sie unter solchen umständen auch in *λάλαξ* dem ausgange *-αξ* den nemlichen functionellen wert unterzuschieben sich gewönte, den jener ausgang bei disem worte ursprünglich nicht gehabt hatte? Von der auf dise weise neu gewonnenen wurzelhaften basis *λαλ-* konnten dann weitere sprößlinge treiben: *λάλ-ο-ς, λαλ-έ-ω* und deren ableitungen.

Es gilt hier noch einen einwand abzuweren. Es könnte jemand versucht sein, mir zwar die herkunft der bildung *λάλαγ-ες* von der wurzel *λακ-* zuzugeben, indessen aber zu behaupten, *λάλο-ς* als eine rückbildung aus *λάλαγ-* anzu-

sehen lige dennoch keine innere nötigung vor: *λάλο-ς* könne bei alledem doch wol auf eine einfachere basis *λα-* zurückgehen und demnach in zusammenhang mit den vorhin genannten onomatopoetischen bildungen stehen, und die wurzel *λακ-* selbst könne irerseits wol eine weiterbildung jener einfachen wurzelgestalt *λα-* sein. Einer solchen anname steht aber folgendes bedenken entgegen. Die verwantschaft von abulg. *rek-ą* mit griech. *ἔ-λακ-ον,* lat. *loqu-or* beweist, daß *r* der ursprüngliche indogermanische anlaut derselben wurzel war. Das abulg. *rek-ą* protestiert also gegen einen genetischen zusammenhang mit dem lauttypus *la-* in so fern, als für die das stammeln bezeichnenden schallnachamenden wörter, unser *lallen,* lat. *lallare,* skr. *lalalla* interj., kaum ein anderer anlaut als *l* ursprünglich angebracht gewesen sein dürfte. Aus eben disem grunde will mir denn auch die meinung Ficks wörterb.[2] s. 974., für die ursprache könne freilich nur ein *rar-* „lallen“ angesetzt werden, wenig glaublich erscheinen: wenn wir einmal der indogermanischen grundsprache den *l*-laut absolut absprechen müßen, nun, so hindert uns nichts, die schallwörter für das lallende stammeln in jeder einzelnen sprache gesondert für sich entstehen zu laßen, zumal da überall und zu jeder zeit die veranlaßung, für eine solche lautgebärde gerade eine solche bezeichnung zu erfinden, nahe genug lag. Doch, wie bereits gesagt, auch die begriffliche seite von *λάλο-ς* und *λαλέ-ω* fügt sich schon nicht leicht der anname onomatopoetischen ursprunges, da „vile und widerholte töne von sich geben“ noch etwas erheblich anderes ist als „unarticulierte stammelnde laute ausstoßen“.

Im sanskrit hat die wurzel *lubh-,* präs. *lubh-á-ti* und *lúbh-ja-ti,* nach dem Petersb. wörterb. folgende bedeutungen: „irre werden, in unordnung geraten, aus der geordneten ruhe kommen, dah. ein heftiges verlangen empfinden“; das causativ *lôbh-aja-ti* bedeutet: „in unordnung bringen; jemandes verlangen erregen, locken, anlocken, an sich ziehen“. Einer anderen wurzel, *lul-* mit dem präsens *lôl-*

i, kommt die bedeutung „sich hin und her bewegen“ zu,
d das particip. praet. derselben, *lul-ita-*, drückt aus: „sich
n und her bewegend, bewegt, flatternd, wogend; aus seiner
ıhe gekommen, in unordnung geraten, daher mitgenommen,
chaden genommen habend“; ferner als attribut von *manas*
besagt dasselbe *lul-ita-*: „in unruhe versetzt“. Für das cau-
sativ *lôl-aja-ti* werden von dem Petersb. wörterb. als bedeu-
tungen angegeben: „in bewegung setzen; in verwirrung
bringen, zu schanden machen“. Und die nominalbildung
lôl-a- adj. dient als ausdruck der begriffe: „sich hin und
her bewegend, unruhig, unstät, unbeständig; begeren em-
pfindend, begerend, verlangend nach, lüstern nach etwas“.
Selbst in den zusammensetzungen von *lubh-* und *lul-* mit
präpositionen finden noch übereinstimmungen der bedeu-
tungen statt: *vi-lubh-ita-* part. „in verwirrung, in unordnung
geraten“ (von haren u. dgl.) und *vi-lul-ita-* part. „hin und her
bewegt, aus einander gegangen, aus einander gefallen, in
unordnung, in verwirrung gebracht“, *saṃ-lubh-* „in verwir-
rung geraten“, causat. „verwirren, unter einander bringen,
verwischen“ und *saṃ-lul-ita-* part. „in berürung gekommen
mit, verwirrt, in unordnung gebracht“.


Bei so vilen berürungspunkten zwischen den bedeu-
tungen unterligt es wol keinem zweifel, daß beide wurzel
formen *lubh-* *lul-*, wenn sie anders formal und lautlic
zu einander gehören können, wirklich zu einander g
hören. Die brücken zwischen beiden felen aber auch h
nicht. Zunächst ist das particip. med. des intensivums v
lubh- einmal belegt in der form *lô-lubh-ja-mâna-* und
der bedeutung „ein heftiges verlangen habend nach“; v
Böhtlingk-Roth u. d. w. Desgleichen existiert ebenfalls
dem stamme des intensivums die nominalbildung *lô-lul*
die ganz gleicher bedeutung ist mit *lôlupa-* adj. „beg
habend, begerlich, girig nach“. Hinsichtlich dise
genannten *lôlupa-* vermuten die herausgeber des P
wörterb., es sei „wol aus *lôlubha-* entstanden.“ Ich
daß sie darin recht haben, trotz des einspruches v

wörterb. I[3] 202. Wie ist aber der ganz abnorme und sonst unerhörte lautwandel, der damit statuiert wird, der übergang von *bh* in *p* im sanskrit, zu erklären? Kaum anders, wie mich dünkt, als daß wir annemen, der sprache sei allmählich das bewustsein geschwunden, daß das *bh* von *lôlubha-* zu dem wurzelhaften teile des wortes gehöre. Nur wenn sie in dem *-ubha-* von *lôlubha-* den suffixalen bestandteil des wortstammes zu fülen seit längerer zeit sich gewönt hatte, war es der sprache möglich, auf die gewißenhafte reinerhaltung der laute in disem *-ubha-* weniger wert zu legen und außer aller regel stehende lautliche umwandelungen darin eintreten zu laßen. In der Wurzel *lubh-* hätte, so lange dise wirklich als solche von der sprache gefült ward, schwerlich jemals die verhärtung der tönenden aspirata *bh* zu der tonlosen tenuis *p* platz greifen können. Das indische sprachgefül verlegte also — das ergibt sich daraus mit hoher warscheinlichkeit — den sitz des wurzelbegriffes in den ersten teil des wortes *lôlubha-*, in den bestandteil *lôl-*, der in warheit nur aus der reduplicationssilbe und dem anfangsconsonanten der eigentlichen wurzel bestand. Dem zufolge konnten dann auch ein verbum *lôl-a-ti* und ein nomen *lôl-a-* gebildet werden, für welche bildungen nunmer wirklich ein hysterogener wurzeltypus *lul-* als grammatische basis anzusetzen ist.

Es sei mir nun noch gestattet, auch meinerseits eine bemerkung über den allgemeinen charakter solcher rückbildungen, durch welche gebrochene reduplicationen zu stande kommen, hier einzufügen, trotz des vilen treffenden, das bereits von Brugman gerade über disen punkt gesagt worden ist.

Daß derartige rückbildungen, wo sie ergehen, immer auf einem misverständnisse von seiten des sprachgefüles beruhen (vergl. Brugman s. 364), ligt durchaus in der natur der sache. Gesetzt einmal, die sprache würde aus einer längeren wortbildung veranlaßung nemen, dazu eine kürzere von verwanter, aber etwas modificierter bedeutung zu

schaffen, eine kürzere bildung, welche scheinbar die genetische voraussetzung jener sein könnte, und gesetzt, dis alles täte die sprache, one daß sie dabei den formalen charakter der zu grunde ligenden volleren bildung misverstünde: so wäre diser vorgang an sich zwar nicht undenkbar, allein es würde alsdann kaum festzustellen sein, ob nicht dennoch die später auftretende kürzere form trotz ires späteren auftauchens wirklich die früher vorhanden gewesene sei, und, wenn dis auch nicht, ob sie nicht wenigstens der idee nach bei dem entstehen der längeren wortbildung der sprache vorgeschwebt haben möchte. Einige beispile können dis erläutern. Bei einer früheren gelegenheit, in meinen forschungen I, 35, verwis ich auf ital. *vinco* „weide, bindweide", das schon Diez richtig als eine rückbildung aus *vinchio* = lat. *vinculum* erkannt habe, und ich vermutete a. a. o. s. 34, daß auch das spätlat. *marcus* „hammer" in eben solchem verhältnisse zu dem älteren *marculus* stehe. Disen fällen ist durchaus das von Brugman stud. VII, 216 über *circulus* und *circus* vermutete analog: jenes sei kein deminutivum von disem, sondern vilmer dises, *circus*, nach jenem deminutivisch klingenden *circulus* gleichsam als dessen primitivum nachträglich gebildet. Bei allen disen beispilen würde in der tat von wirklicher rückbildung, hervorgerufen durch irre geleitetes sprachgefül, geredet werden können. Legen wir nun aber denselben maßstab der beurteilung an ein anderes beispil, etwa an *lectulu-s* und *lectu-s*, an. *Lectulu-s* hat in seiner bedeutung nur wenig deminutivisches und könnte an sich wol das nomina instrumenti bildende suffix *-tulo-* enthalten. Stünde dis aus irgend einem grunde fest, so dürften wir auch *lectu-s*, vorausgesetzt daß es wirklich später aufträte als *lectulu-s*, anscheinend wol eine rückbildung aus jenem nennen. Aber das einfache suffix *-to-* hat mitunter auch selbst die instrumentale function, wie z. b. in griech. *κοῖ-το-ς;* vergl. den recensenten meiner forschungen im Literar. centralbl. 24. juli 1875. sp. 972. Und aus eben disem grunde würden wir verhindert sein,



lec-tu-s mit sicherheit eine rückbildung aus *lec-tulu-s* zu nennen, auch wenn jenes späteren ursprunges sein sollte als dises: die sprache hat nichts falsches gemacht, indem sie *lectu-s* schuf, selbst wenn sie es erst nach *lectulu-s* bildete. Einzig und allein weil es für *vinculu-m* feststeht, daß sein suffix *-ulo-* nicht das deminutive *-ulo-* ist (sih forschungen I 119 ff. 164 ff.), einzig deshalb können wir das darnach gebildete kürzere **vincu-m* = ital. *vinco* mit vollem rechte und one alles bedenken eine rückbildung nennen.

Um schließlich noch einmal auf unser engeres thema zurückzukommen, so gebe ich mich der hoffnung hin, daß dr. Brugman, der vater*) der gebrochenen reduplication, den beiden von mir hier erörterten fällen die anerkennung nicht versagen wird, daß sie sich den beweisen für seine sache in jeder beziehung würdig und als durchaus ebenbürtig anreihen. Ich hoffe aber ferner auch, daß griech. *λαλ-* und sanskr. *lul-* als gebrochene reduplicationen der wurzeln *λακ-* und *lubh-* nicht zu denjenigen dingen gehören werden, gegen welche Joh. Schmidt als kritiker Brugmans den paragraphen des sprachwißenschaftlichen strafgesetzbuches über „jagdfrevel" anrufen zu müßen glaubt.

*) [Brugman selbst weist Stud. VII 191 darauf hin, dass er nicht der erste ist, der diese Sache erkannt und den Namen gebraucht hat. Soll er dennoch wegen seiner eifrigen und fruchtbaren Verfolgung des in diesem Namen liegenden Gedankens jenen Ehrennamen erhalten, so müsste ich wenigstens auf den eines Grossvaters dieses Kindes Anspruch machen, dem ich übrigens, soll es ferner gedeihen, eine sehr vorsichtige Pflege wünsche. Man könnte es sogar ohne Schaden eine Zeit lang sich selbst überlassen. G. C.]

MISCELLEN.

1) DER LATEINISCHE CONJUNCTIV DES IMPERFECTS.

VOM HERAUSGEBER.

Der Reichthum des lateinischen Verbums an absonderlichen, den übrigen Sprachen unsers Stammes fremden Tempus- und Modusformen hat zu vielen Controversen Anlass gegeben. Unter den Formen dieser Art ist eine der schwierigeren der Conjunctiv des Imperfects. Bildungen wie *es-sem* von der W. *ed*, *fer-rem*, *dă-rem*, *lege-rem* sind besonders deswegen vom Standpunkt lateinischer Verbalflexion so befremdlich, weil sie sich so erheblich von den entsprechenden Indicativen unterscheiden. Wären sie, wie man gemeinhin annimmt, mit den Indicativen des Imperfects gleichzeitig auf dem Boden der italischen Sprachen entstandene Neubildungen, so begriffe man kaum, warum sie sich von diesen so wesentlich unterschieden. Schon die Ungleichheit, die sich sogar auf die Quantität des thematischen Vocals erstreckt — *legĕ-rem*, aber *legē-bam* — lässt auf eine verschiedene Entstehungszeit schliessen. Denn man wird den Grundsatz festhalten dürfen, dass Formen, welche bei ähnlicher Bedeutung und ähnlicher Stellung im Formensystem, wesentliche Verschiedenheiten zeigen, nicht denselben Schichten der Formenprägung angehören, sondern erst nach und nach nahe aneinander gerückt sind. Es muss

daher jedem, der das ideale Ziel verfolgt, Ordnung und Zweckmässigkeit in dem Bestande der Sprache nachzuweisen, erwünscht sein, wenn es gelingt, dem lateinischen Conjunctiv des Imperfects zu nahen Verwandten zu verhelfen und dadurch für ihn die Zugehörigkeit zu einer besonderen Sippe von Verbalformen nachzuweisen, die, wenn ich nicht irre, viel älter ist als die Sippschaft des entsprechenden Indicativs auf *-bam* und des diesem nahe stehenden Futurums auf *-bo*. Lässt sich dies nachweisen, so haben Indicativ und Conjunctiv nicht viel mehr mit einander gemein als etwa der Singular des gr. *ἔδωκα* mit dem Optativ *δοίην* oder der Indic. des Perfects *τέθνηκα* mit dem Particip *τεθνηώς*. Producte ganz verschiedener Sprachperioden sind ihrer Function nach zu einer Einheit verschmolzen.

Die Ausgänge *-se-m, -sē-s, se-t* u. s. w., die nur durch Assimilation (z. B. *vel-lem* für *vel-sem, fer-rem* für *fer-sem*) oder Rhotacismus (*dă-re-m, lege-rem*) den charakteristischen Sibilanten veränderten, verglich schon Bopp (Vergl. Gr. III 35) mit den Ausgängen *-σαι-μι, -σαι-ς, σαι* u. s. w. des Aoristoptativs (vgl. auch meine Tempora und Modi S. 349). „In der That“, sagt Bopp, „steht z. B. *stă-rē-mus* dem gr. *στή-σαι-μεν* erstaunlich nahe.“ Diese Vergleichung hat später Westphal aufgenommen und bis zu einer völligen Gleichsetzung beider Bildungen getrieben. Es heisst in Westphals „Verbalflexion der lat. Sprache“ S. 4 „Der bisher sogenannte Subjunctiv des Imperfects ist kein Imperfect, sondern ein Aorist, der seiner Form nach dem griechischen Ao. Opt. *λέξαιμι* u. s. w. entspricht.“ Diese Lehre wird dann S. 105 ff. weiter ausgeführt. Natürlich konnte es einem Manne von Westphals Scharfblick nicht entgehen, dass zwischen dem Conjunctiv des lateinischen Imperfects und dem Optativ des griechischen Aorists, ganz abgesehen von dem Gebrauche, auch in formaler Beziehung erhebliche Verschiedenheiten stattfinden. Allein er glaubt über diese hinweg kommen zu können. Zu Formen wie *lege-rem* im Unterschied von *λέξαιμι* d. i. *λεκ-σαι-μι* für **λεγ-σαι-μι*

könnte man allenfalls in einem Aorist wie *ἐ-στόρ-ε-σα*, Opt. *στορ-έ-σαι-μι*, ein Analogon suchen. W. thut das aber nicht, und wir wollen ihn deshalb nicht tadeln. Ihm gilt aber das *e* einfach als „Bindevocal", der noch dazu als solcher aus älterem *i* entstanden sein soll. Vielleicht dachte er dabei an jenes *i*, das in sanskritischen Aoristen wie *a-văd-i-sha-t* hervortritt. Der viel durchgreifendere Unterschied, dass der griechische Aorist zwar in einigen Fällen die vocalischen Eigenthümlichkeiten (z. B. ἔτευξα), in andern die angefügten Stammerweiterungen des Präsens (*ἐ-τάνυ-σσα*), niemals aber den thematischen Vocal aufweist, machte Westphal durchaus kein Bedenken. Er sagt S. 107: „Die Griechen warfen derartige Erweiterungen des Präsensstammes im Aorist ab" — scheint also der alten Meinung zu sein, dass dergleichen Elemente in grauer Vorzeit einmal vorhanden gewesen wären, wofür es schwer sein dürfte einen Beweis beizubringen. Dagegen für das Lateinische heisst es: „Die dem Präsensstamme im Gegensatz zum Perfectum eigenthümliche Stammerweiterung wird auch im Optativ des Aoristes beibehalten, vgl. *sine-rem*, *nosce-rem*, *siste-rem*." Offenbar liegt hier ein tief greifender Unterschied. So lange für die Sprachforschung der Grundsatz gilt, dass Formen aus verschieden gearteten Stämmen gesonderte Individuen sind, wird man *lege-rem* für principiell verschieden von *λέξαιμι* halten. *si-no* ist eine mit *πῖ-νω* vergleichbare, *gnō-sco* eine mit *γι-γνώ-σκω* fast identische Form, *si-sto* deckt sich beinahe mit *ἵ-στη-μι*. Aber wo finden wir griechische Formen wie **πινέ-σαιμι*, **γι-γνω-σκέ-σαι-μι*, **ἱ-στή-σαι-μι*, wie sie den lateinischen Conjunctiven des Imperfects entsprechen würden? Auch ist es ein starkes Stück, wenn W. S. 108 behauptet, „letztere — nämlich die gewöhnlichen Conjunctive auf *-rem*, *-res*, *-ret* u. s. w. — stünden mit dem Imperfectum in keinem etymologischen Zusammenhang". Denn dem gesammten Imperfect liegt der Präsensstamm zu Grunde. Auch der Conj. des Imperfects steht also in der allerdeutlichsten Stammgemeinschaft mit

dem Indicativ, wenn gleich das angefügte auxiliare Element ein andres ist. Man könnte ebensogut behaupten, eine Form wie *rēg-āli-s* stünde mit *rēg-iu-s* in keinem etymologischen Zusammenhang.

Das Wesen der fraglichen Conjunctivform besteht nach dem gesagten augenscheinlich in der Verbindung des Präsensstammes mit dem Element *-sa* (*-so, -se*), an welches das Moduszeichen *i* gefügt wird. Wo wir einen durch die Sylbe *-sa* erweiterten Präsensstamm haben, da, aber auch nur da, liegt ein Analogon zum lateinischen Imperfect Conjunctiv vor. Auf die Entstehung dieses *-sa*, das mir nach wie vor für die thematisch gestaltete, des anlautenden Vocals verlustige W. *-as* gilt, brauche ich dabei nicht einzugehen.

Bildungen nun, wie wir sie suchten, sind unverkennbar vorhanden in den Formen, welche Delbrück Altind. Verbum S. 121 mit Grassmann „Doppelstämme“ oder „Aoristbildungen vom Präsensstamme“ nennt. Diese dem Vedadialekt eigenthümlichen Stämme sind mannichfaltiger Art.

1) „Der Präsensstamm ist gleich der Wurzel mit *a*“ z. B. *ark-a-sē*, 1 Sing. Med. — nach Delbrück Conj. — von W. *ark* verherrlichen, vgl. *merge-re-m*.

2) „Der Präsensstamm ist gleich der Wurzel mit *nā*“: *gṛ-nī-shē*, dieselbe Form von W. *gar* rufen, preisen, vgl. *temne-rem, ster-ne-rem*.

3) „Der Präsensstamm ist nasalirt mit Suffix *a*“: *ṛñǵ-a-sāma* mediales Particip von der W. *arǵ-* sich strecken, streben (ὀρέγομαι), vgl. *ru-m-p-e-rem, fi-n-g-e-rem*. Dem von Delbrück unter 4 aufgeführten Stamme mit *ja* würde lat. *fie-re-m* oder *cap-e-rem* verkürzt aus **cap-ie-rem*, dem reduplicirten Intensivstamm *gi-gne-rem*, *si-ste-rem* entsprechen.

Volle Uebereinstimmung würde vorliegen, wenn es indische Potentiale aus solchen Stämmen gäbe, wie etwa **arǵa-sē-ja-m* = *regerem*. Wenigstens ein derartiges Beispiel führt Grassmann wirklich auf, das schon von Bopp in diesem Zusammenhang erwähnte *taru-shēma* (W. *tar*

durchdringen), das wir mit dem begrifflich anders individualisirten *tere-rēmus* vergleichen dürfen, vorausgesetzt, was allerdings kaum feststeht, dass das *u* des Stammes *tar-u* von dem thematischen Vocal *a* nicht principiell verschieden ist. Ein ganz entsprechendes indisches Correlat würde **tara-sēma* lauten müssen. Ausserhalb des Sanskrit und des Lateinischen kommt wohl nur das Kirchenslavische in Betracht für eine Verbindung des Präsensstammes mit einer Form der W. *as*, worauf auch Westphal a. a. O. hinweist. Aber nach einer freundlichen Mittheilung von Leskien kann von keiner einzigen Aoristbildung dieser Sprache Herkunft aus dem Präsensstamm wirklich erwiesen werden, am ehesten noch von Formen wie *neso-chŭ* ich trug, insofern man das *o* dem thematischen Präsensvocal gleich setzt. *vezo-chŭ* ich führte, könnte danach auf eine Grundform **vagha-sam* zurückgehen, die ins Lateinische übersetzt **vehe-ram* lauten und Indicativ zu *vehe-rem* sein würde. Dagegen nimmt Leskien an, dass das entschieden nachgeborne und auf slawischem Boden entstandene Imperfect z. B. *nesě-achŭ* aus dem Präsensstamme *nese* und einem Präteritum der W. *as* (ksl. *jes*) **jechŭ* u. s. w. entstanden ist, worüber ich mir kein Urtheil zutraue.

Es kann wenig auffallen, dass diese Stammbildung sich bei den Römern nur in einem einzelnen Modus erhalten hat. Auch im Vedadialekt sind diese Bildungen nur in beschränktem Umfange nachgewiesen. Aus dem herakleischen Dialekt der Griechen liegt ein einziges Beispiel einer verwandten, aber wieder anders gearteten Form, eines aoristartig gebildeten Conjunctivs Perfecti, *μεμισθώσωνται* vor. Gehörte ein sigmatisch erweiterter Präsensstamm zum Erbgut der Italiker, so konnte sich sehr wohl ein vereinzelter Modus aus diesem Stamme bei ihnen festsetzen, in einer frühen, italischen Sprachperiode gleichsam in Mode kommen und allmählich zu seinem festen Platz im Verbalsystem gelangen. Sollte übrigens Delbrück darin Recht haben, dass auch die indischen Infinitive auf *-sani* zu diesen Formen gehören, so würde zu überlegen sein, ob nicht die lateini-

schen Infinitive auf *-re*, welche die ältere Grammatik so vielfach mit den Imperfectconjunctiven verglich, mit hinzu gehörten. Griechische Genossen für die letzteren Formen hoffe ich anderswo zu erweisen.

---

2) *Δϝεινίας*.

Der freundlichen Mittheilung des Herrn Dr. Michael Deffner in Athen verdanke ich die Kunde von einer in Korinth aufgefundenen, jetzt von Hrn. Dr. Lolling in Athen erworbenen im alten Alphabet *βουστροφηδὸν* geschriebenen Inschrift folgenden Inhalts:

ΔϜΕΝΙΑ ΤΟΔΕ ΣΑΜΑ, ΤΟΝ ΟΛΕΣΕ ΠΟΝΤΟΣ ΑΝΑΙΔΕΣ

Die Schreibung des Namens ist in doppelter Hinsicht merkwürdig, einmal insofern das *E* = *ει* darauf hinweist, dass *Δεινίας*, also auch *δεινός*, nicht ein echtes mit dem Diphthong von *δεῖσαι*, *δεῖμα* auf einer Linie stehendes, sondern ein unechtes, durch Ersatzdehnung aus *ε* entstandenes *ει* enthält. Derselbe Name wird freilich auf altattischen Inschriften mit dem Diphthong (*ΔΕΙΝΙΑΣ*) geschrieben, wie Cauer oben S. 250 nachweist; auf einer von Keil edirten Inschrift aus Orchomenos lautet er *Διvίας*, und das Stammadjectiv erscheint mit dem Diphthong in der alten Inschrift aus Olympia C. I. No. 16 *Ἱάρων ὁ Δεινομένεος*. Vermuthlich lehnte sich der Eigenname nebst seinem Etymon *δεινός* an jene Wörter mit echtem Diphthong an, oder, anders ausgedrückt, erhielt *δεινός* schon in früher Zeit bei verschiedenen griechischen Stämmen sein *ει* (boeot. *ι*) durch die Analogie von Formen, die ursprünglich andersartig waren, aber in bewusster Begriffsverwandschaft mit *δεινός* standen. Das korinthische *ΔϜΕΝΙΑΣ* erinnert an das aus dem attischen *δεννάζειν* zu erschliessende aeol. *δέννος* und zeigt, denke ich, dass dies Adjectiv aus **δεσ-νο-ς* wie *ὀρεινός* aus

*ὀρεσ-νο-ς (vgl. *σκοτεινός, φαεινός* poet. *φαεννός, ἀλγεινός, κλεινός*), weiter aber aus **δεεσ-νο-ς*, **δϝεjεσ-νο-ς* entstanden ist. Ueber die Hyphäresis des ersten *ε* handelt Fritsch Stud. VI, 90.

Wichtiger aber ist eine zweite Aufklärung, die uns dieser Dveinias bringt. In meinen Grundzügen[4] 645 ff. habe ich die verschiedenen Meinungen besprochen, welche über den Anlaut der W. *δι* aufgestellt sind. Aus der positionbildenden Kraft des Anlauts bei Homer ging mit völliger Sicherheit nur so viel hervor, dass hinter dem *δ* ursprünglich ein Spirant stand; welcher, das war damals Sache der Vermuthung. Da alle etymologischen Versuche ein *ϝ* zu erweisen damals sehr wenig Halt boten, „so blieb es mir in hohem Grade wahrscheinlich, dass der Spirant, welcher nach *δ* ausfiel, nicht *ϝ*, sondern *j* war". Neu entdeckte Facta stossen in allen historischen Wissenschaften nicht selten entgegenstehende Combinationen um. So hier. Ich gebe die frühere Erklärung natürlich auf und halte es für erwiesen, dass, wie schon Buttmann vermuthete, *δϝι* die Wurzel dieser Wörter ist. Die wahrscheinlichste Vergleichung bleibt jetzt die von Fick Wörterb. I[3], 113 mit dem seltnen zd. *dvi* fürchten, auf die ich a. a. O. schon als eine mögliche hinwies.

Druck von J. B. Hirschfeld in Leipzig.



